10
7
1

6
29 N
30

10-7. a. 1.

III g 30



BIBLIOTECA NAZ.
ROMA

ANNALES ORDINIS SS.MAE TRINITATIS REDEMPTIONIS CAPTIVORUM

FVNDATORIBVS
SS. IOANNE DE MATHA
ET FELICE DE VALOIS

TOMVS PRIMVS

Primam Centuriam annorum complexus

Hoc eſt

Ab an. Chriſti D. 1198. ad an. 1297.

A V T H O R

FR. BONAVENTVRA BARO
HYBERNVS CLONMELIENSIS
ORDINIS SERAFICI S. FRANCISI

Prædicator & Lector Generalis, bis Iubilatus.
Sereniſs. COSMI III. Magni Ducis Hetruriæ Hiſtoricus
Et in Romano Collegio S. Iſidori Agricolæ AA. & S.T. dudum
iam emeritus profeſſor primarius, &c.

Ad usum F. Laurentij à S. Francisca Romana

Hic liber est Conv.tus Jesu Mariæ de Urbe fratrum Eremitarum Discalceatorum ord.is S. Aug.ni Cong. Italiæ et Germaniæ Anno 1691

ROMAE, Typis Angeli Bernabò, 1684. *Superiorum permiſſu.*

LVDOVICO MAGNO
GALLIAE, ET NAVARRAE
REGI CHRISTIANISSIMO

VOTIVAS oblationes, etiamſi tenues, ſupplici tamen cordis affectu dicatas, Cœlum non deſpicit; hinc eſt, inuictiſsimè Rex, quod Religionis noſtræ Paupertas hoc exile munus excelſo Tuæ Clementiæ Nomini humiliter offerre non reformidat; inclyta tua in bello, & pro Religione Chriſtianà Geſta tot onerata triumphis,tot decorata encomijs huic chartæ committere non audemus, quia ſublimiori, ac nobiliori ſtylo exarata iam extant, ſed tuam tantummodò Auorumque tuorum per ſecula multa regnantium religioſiſsimam pietatem attingemus. cuius è gremio Noſtra Sanctiſsimæ Trinitatis Religio, Præter alias

BIBLIOTECA NAZ.

quamplures , Primordia . atque Incrementum deſumpſit , & præſertim poſtquam Tua Maieſtas nos , & domum noſtram ſub ſuum præſidium admittere dignata eſt , vt conſtat ex eius diplomate ante quindenam annorum expedito . Cæterum opus hoc eſt authoris, qui plura in galliis edidit, & inſcripſit partim Maieſtati Tuæ, partim ſuæ Reginæ . Placeat ergo tibi Clementiſsime Rex, qui non ſolum per Gallias, ſed totum per Orbem inter Heroes. ſicuti Sol inter Sydera effulges , hæc ſacra Monumenta videlicet Primum Volumen Annalium Ordinis noſtri Sanctiſs. Trinitatis Redemptionis Captiuorum. ſereno vultu, benignoq; Maieſtatis Tuæ Animo excipere. vt ſub tam ſtrenui, Auguſtique Regis patrocinio Chriſtiadum robur, Captiuorum libertas, & Mundi felicitas vigeant.

S. M. T.

Deditiſſimi Subditi
Sanctiſs. Trinitatis & Captiuorum Religioſi
Excalceati Conuentus Sancti Dionyſij
Areopagitæ Romæ Alumni.

BARONIS AVTHORIS
P R O L O G V S
AD LECTORES

QV M *ſtatuiſſem chartis committere facta ,*
& paſſiones Reipublicæ vetuſtate canæ ,
ſanctitate magnæ , beneficiis Orbi chariſſi-
mæ, cenſui me iure huc adferre poſse quod
legitur Exod. 32. *quando Moyſes diuturno* Verſ. 17.
dialogo cum Deo fretus , deſcendit ex Sy-
nai in campeſtria ; Audiens autem Ioſue tumultum populi
vociferantis, dixit ad Moyſen : Vlulatus pugnæ auditur in
Caſtris. Qui reſpondit; non eſt clamor adhortantium ad
pugnam , neque vociferatio compellentium ad fugam ,
ſed vocem cantantium Ego audio. *Enim verò , (vt hic in-*
fra apud me ipſum patebit,) Religionem quam ſcribimus Ca-
nonicam & Clauſtralem Sanctiſſimæ Trinitatis prææeſ-
ſit olim Martia aliqua , ac Militaris. *Tunc Caſtra ,*
nunc Chorum frequentat . Olim Vlulatus *quiſpiam* pugnæ
penes ipſam , nunc verò vox Cantantium auditur ; *vt in*
illa tanquam Sunamitide *videri poſſit complexum planè in-*
ſolens , Chorus Caſtrorum. *Primùm animoſa illa, & pu-*
gnax , deind modeſtiæ tenax , vtrobique in omnes ben eſi- Cantic. 7. v. 1.
ca , & liberalis .

Quia autem ipſa (vt iam innui) modeſtiæ tenax ma-
luit facere magna quàm iactare , vndè tàm illuſtria ſan-
ctitatis & gratiarum monumenta permiſit paulò minùs ſilen-
tio , Ego , etſi exterus , quippe origine Hibernus , Ordine
Franciſcanus , ſtilum apprehendi vt ab ipsà tacità propi-
narem aliis eloquenda .

Ad id autem præſtandum , hìc in limine aduerto quàm verè pri-
ſci Veritatem dixerunt eſſe filiam temporis : Nam poſterior dies eſt
prioris diſcipulus ; nec ſolùm indicat ei ſcientiam , ſed eructat . Quod pſal. 18. v. 2.
Ego , (ſi quando aliàs ,) expertus ſum in huius Tomi partu ; nam eo
deſcripto, incidi in aliqua ſcitu digna de axe ipſo , aut potius polis ſuper
quos cæleſtis ſphæra huius Ordinis voluitur ; ſuntque SS. Ioannes &

Fæ-

Fælix fundatores. Deprehendi enim in illo argumenta Apoſtolicæ Legationis, in iſto Inſignia Regiæ nobilitatis.

Apud Cœnobium S. Franciſcæ Romanæ hic Romæ, in capite domorum, (vbi etiam Ego dego,) Viâ Fælici, vidi vetus Breuiarium, & in eo legi iſta: Duo Sancti eremitæ, videlicet Ioannes de Mata, de Falcon oriundus in Prouincia, Theologus Pariſienſis Doctor; & Fælix de Valois, ex Regali ſtirpe Valeſiorum oriundus; in Francia, habitabant Eremum in Ducatu Valleſij, in loco, qui dicitur Ceruus frigidus. *Cuius teſtimonij fides augetur, quoniam in fronte paragraphi hæc leguntur:* Inuentio Ordinis Sanctæ Trinitatis de redemptione captiuorum, extracta, recollectaque ab antiquis Regiſtris.

Iniuriâ temporum perierunt titulus, & initium huius Breuiarij.

Virg. 3. Æneid. verſ. 415. Tantum æui longinqua valet mutare vetuſtas.

Vnde etiam tempus impreſſi illius ignoratur. Sed ſatis annoſum illud eſſe inde conſtat, quòd in eo leguntur carmina quædam Nicolai *Maioris, Miniſtri Generalis Ordinis: Neque deſunt alia argumenta huius veritatis à vetuſtate petita, & S. Congregationi oblata: propter quæ illâ rem ſuâ ſententiâ abſoluit his verbis, in Legendâ S. Fælicis:* Fælix, Hugo antea dictus, ex Regali Valeſiorum familia ortus in Gallia.

Augeo adhuc horum fidem ex Summario hic Romæ confecto Anno 1666. ad SS. Ioannem, & Fælicem faſtis Diuorum inſerendos: nam Antonius Zapata, *publicus Notarius, addito iureiurando teſtatus eſt ſe in Belgio vidiſſe Breuiarium antiquiſſimum manuſcriptum, & in eo iſta, pro prima Lectione de Sancto:* Fœlix à ſanguine Regum Francorum ortus &c.

In eodem Archiuio S. Franciſcæ *aliud inſtrumentum exſtat dictum* Diurno Anglicano, *iteratis typis editum* Salamanticæ *anno* 1585. *in quo & Regium ſtemma* S. Fælicis, *& Apoſtolatus* S. Ioannis *in Dalmatiâ, ac Diocliâ leguntur, deſcripta ex vetuſta hiſtoriâ* D. Caroli *de Spiritu Sancto S. R. E. Cardinalis, Ordinis Redemptorum Sanctiſſimæ Trinitatis, libro de* Defenſione Eccleſiæ *in addit. Literal. §. 11. hoc tenore:* Eminens Doctor, in vtraque Theologia diſertiſſimus, in vtroque Iure, & in alijs ſcientijs in vniuerſum peritus, S. Ioannes de Falcon, Apoſtolus in Regno Dalmatiæ, & Diocliæ, & S. Fœlix de Valois ex Valoiſſibus Francorum Regibus &c. *Quæ inſtrumenta vetuſtate commendata, quàm non facilè inueniantur niſi in MSS. aliquorum, Ego oculatus teſtis plurium, omnibus commendo, tanquam omni ſuſpicione libera. Si quis autem ambigit de meà in his fide, legat ſequentium authorum ſententias; ſunt enim illi, viri dignitate alti, ſcientijs accurati, librorum partubus fœcundi.*

FA-

CENSVRA EIVS

Qui ex conſtituto Reuerendiſsimi Patris Miniſtri Generalis totius Ordinis hoc opus euoluit,

LEgi Tomum primum Annalium Ordinis Santiſſimę Trinitatis Redemptionis Captiuorum Authore Patre Fr. Bonauentura Barone, & teſtor nihil in eo haberi Catholicæ Fidei, aut bonis moribus aduerſum.

Fr. Thomas Gauranus
Sacræ Theologiæ Lectori Generalis & Guardianus Collegij S. Iſidori.

Imprimatur

Si videbitur Reuerendiſs. P, Mag. Sac. Pal, Apoſt,

I. de Ang. Archiep. Vrbin. Vigeſg.

Imprimatur

Fr, Ioſeph Clarionus S, Theologiæ Profeſſor ac Reu, P, F, Domininici Mariæ Puteobonelli S, A, Palatij Magiſtri Socius Ord, Predic,


In portis opera eius
Prouerb: 31.
P. FR: BONAVENTVRA BARO HIBERNVS CLONMELIENSIS ÆTAT: SVÆ AN: LII.
Poemata
Prolusiones
Portenta
Epistolæ
Artes Mixtæ
Quodlibeta
Physica
Metaphysica
Ethica
Theologia.
MDCLXII
Hic duplici geminum BARO pingitur icone vultum;
Extimus ære, suis intimus ille libris.

APPARATVS
IN
ANNALES ORDINIS SS.^{MÆ} TRINITATIS
ET REDEMPTIONIS CAPTIVORVM
PARS PRIMA
TESTIMONIA AVHTORVM

Qui Opera ſua typis vulgarunt, de noſtro

BONAVENT: BARONE,

EÒ OMNIA

Vt illi fides merenti adhibeatur, quem Lectores vident tot Scriptorum ſtilis tàm facundè celebratum.

I

IOANNES CARAMVEL.

Dudùm iam Abbas Pragenſis, inclyti Monaſterij *Emaus*; Deinde Epiſcopus *Campanenſis*, denique *Veglenenſis*, in Epiſtolis; Bernardino Clanſio S.P.D.

M*VLTI ſunt, qui* in Boetij *doctiſſimis, & eloquentiſſimis lachrimis conſolationem Theologicam deſiderarunt. Marchio de* Aytona *Hiſpanus dedit eius vitam, & num. 35. exiſtimat* Boetium *ſub ſuarum miſeriarum initium ſcripſiſſe de conſolatione Philoſophia, additurum libros de conſolatione Theologia, niſi fuiſſet capitali ſententiâ prauentus. Ego etiam* Francandelię, *inter arma, aliquos viros magnos ſcripſi, & inter illos* Boetium, *hominem doctum, fortemque, vt eius conſtantiâ, & ingenio in rebus me procelloſis iuuarem. Diſp. 5. quaſt. 18. ago de* Philoſophiâ *Aulicâ, & inquiro, qualis pſeudo-politicorum* Philoſophia? *Vtrum perturbatâ Repub. heroes oppreſſos conſoletur vera* Philoſophia? *& num 78. decidò controuerſiam &c.*

At, (me iudice,) viuidius difficultatis onus ſenſit, nodumque melius ſoluit Pater Bonauent. Baro: *addens operi, de conſolatione Theologię libros nouos, & eorundem editione* Boetium *ab omni appetitione abſoluens. In illis multa legi pulchra, & varia, in quibus cenſeo nec* Boetij *ingenium, nec calamum deſiderari. Hoc deerat tandem gentis Hyberna gloriæ, vt prater eruditos Theologos, claros Iuriſperitos, expertos Medicos, haberet etiam fideles hiſtoriographos, eruditos Rhetores, & Poetas melliſluos. At iſtos vniũerſos iam habet, cum authorem Theologica conſolationis. Eſt enim iſte alter* Bonauentura *in Theologicis, alter* Baronius *in Hiſtoricis. Et, quia cateræ facultates his adhęrent, firmat his verbis iura humana, & diuina; mæſtos afliſtoſque recreat animos.* Eloquio *eſt potens, & in ligatâ oratione abſolutus.*

Eſt, me iudice, hoc opus floridum, curioſum, eruditum; Authorque dignus laude quòd argumentum tàm arduum, ac nobile elegerit, illudque tàm audacter, & faliciter abſoluerit: Et ego, tuo fauore, falix quòd illud legerim, faliciorque ſi & ipſum, cuius ingenium in his libris ſicut in ſpeculo miror, poſſim aliquando videre, & honorare facie ad faciem. Vale. Dat. Praga apud Mont. *Serrat. ipſis* Calend. *Aprilis 1654.*

I I.

LVCAS VVADINGVS.

Totius Ordinis Minorum S. P. Franciſci Chronographus, ac Pater, plurium Congregationum Romæ Conſultor; tot tomorum author; duorum Collegiorum in eâdem Vrbe Româ fundator; qui etiam in Conclaui, aliquot Cardinalium ſuffragia pro ſummo Pontificatu accepit; denique Authori noſtro auunculus,

IN

IN OPERE
DE SCRIPTORIBVS ORDINIS S. FRANCISCI.

Litt. B. pag. 81.

FRater Bonauent. Baro: *Hybernus Clonmelienſis, meus ex ſorore Nepos, huius noſtri Collegij per aliquot annos prælector, edidit:*

1. Orationes panegyricas ſacro-prophanas *Prima, quæ eſt de venuſtate Virginis Mariæ, incipit.* Semper cenſui eorum perſtrigendam temeritatem &c. *Prodijt Romę apud Ludouicum Grignanum* 1643.

2. Metra Miſcellanea, *quorum primus Liber eſt epigrammatum, alter* Syluulæ variorum. *Quibus acceſſerunt Eulogia aliquot illuſtrium heroum. Incipit opus ab epigrammate de Chriſti Domini æternâ generatione.*

Soluit inauditum paritura ſilentia Verbum &c.

Prodijt apud eundem typographum hoc anno 1649 quo iſta ſcribo.

3. *Habet paratum prælo opus, quod incripſit,* Proluſiones *Logicæ, &* Philoſophicæ, *quibus annectitur opuſculum inſcriptum.*

Harpocrates quinque-ludius; *ſiuè* Diatriba ſilentij.

4. Centuriam epiſtolarum ſelectarum.

5. Obſidionem, & expugnationem arcis *DunKanon in Hibernia.*

6. Opus graue Philoſophicum, & Theologicum pro Scoti doctrinâ defendendâ.

Atque hæc ille ante annos minimùm triginta tres. Quo temporum lapſu, quantum adiecerit his Author, liquebit ex Indice operum eius in calce huius tomi fortaſſis ſubdendo.

I I I.
IOANNES BATISTA DE LEZZANA.

Hiſpanus, Ordinis B. Mariæ de Monte Carmelo, veteris obſeruantiæ, & totius Annaliſta; Roman. Congreg. Indicis Conſultor, multorum voluminum Author.

Tom. 3. Annal. Carmelit. ad an Chriſti 403.

HVIuſmodi hominis (*intellige Anachoretici*) *genus, eam patriam* (Scotiam *ſcilicet antiquam, ideſt* Hyberniam) *incoluiſſe, non incongruè Poeta quidam in eâ natus, ſic cecinit.*

Docta palæſtinos reparauit Hybernia campos,
Lucifugis populata ſuis, in eremon aprico,
Verſa ſolo; quæ diuiduis numeroſa colonis.
Aequauit ſuperum ſtellis melioribus orbem.

Quæ omnia in poetico opere Authoris noſtri habentur Lib 1. Silu. Metr. 1. *& ille lentè deſcripſit, vix dignus acceptis, qui in tali vſurâ æris alieni renuit meminiſſe creditoris Deinde tamen rediuit ad officium; nam.* To. 3. opuſc. Lugdun. In Edit. Roman. & Colonien. ſeparatim.

a 2 Idem

Idem ibidem.

Q*Vorum (exemplorum, inquit,) aliquot, ex ijs quæ quidam nouus Author* Bonauent. Baro: Minorita, Panegyr. 3. deſcripſit, *hic damus, pro pietate, & carnis mortificatione inter monachos promouendâ.* Noctes illi (*ſcilicet S. Patricio*) vigiliæ, dies inediæ aſperabant. Aeſtas æſtu, hiems frigore percellebat. *Deinde:* Carnem ſuam rigidiſſimis flagellis ita cruciabat, & cruentabat, vt iam propemodum ſui carnifex euaſerit *Demum pro Colophone, ac nobis ſubindicans tàm* Palladium *de quo ſupra, quam* Patricium *de quo modò, Elianum ſpiritum redoluiſſe, ſic proſequitur.* Vbi ergo Palladius Româ in Hiberniam Legatus &c. *Hæc etſi à neotherico Authore deſcripta, huic loco attexere placuit, quia velut per epilogum quæ in hiſtorijs S. Patricij fuſius continentur, contractius ipſe collegit, & ad inſtructionem noſtram (quod præcipuè in his Annalibus intendimus,) valde deſeruire poterunt.*

I V

IACOBVS GIBBESIVS ANGLVS
Medicinæ Doctor.

Poeta à *Leopold. I.* Cæſare laureatus

Dudum in obſequijs Bernardini Cardinalis *Spada*, in cuius Aulâ Authori innotuit, edidit Romanis typis primam partem ſiue tomulum poematum ſuorum, in quibus, inter alios aliquot, quos cenſuit ſuâ notâ dignos, Authorem celebrauit ſequenti

ODE ALCAICA

Priſco moueri fœdere Cælitum
Nolens Ierne; *qualia pectora*
Vtrique producis Mineruæ
egregio generoſa fœtu?
Pugnacis artes non mihi militis
Fas eſt inermi dicere barbito,
Ad pacis, alternumque amoris
finxit opus Pater ipſe vatum.
Hac te, BARONI parte ſub æthera
Tollam merentem, Vergiuii maris
Syrena tollam, nulla cantet
Vt potior Siculas per vndas:
Vidi ore vincto, vidi Ego libero,
Torrentis inſtar currere, nunc Dei

Tra-

Tractum per immortale Numen,
Nunc rapidi per acuta Mundi.
Iamque inuidendum Te fore poſteris
Edico ſydus: quippe facis iocum
Veros labores. Quis parabit
Seria? vel graue quid putandum
Si ludere hoc eſt? O vtinam vigil
Aequem iacentis ſomnia; vel meæ
Sint otium curæ ſagaces
Tale; pigram ſuperabo Lethen.

V

BERNARDINVS MERCATOR,

Coloniæ Agrippinæ ad tractum Rheni.

E*Didit ad vulgi profectum, neſcias quam doctrinam Decalogi, in qua luculentam hiſtoriam, & nuperam, ſed oppidò notandam omnibus, mæchis maximè, deſcripſit ex* Portentis *Authoris noſtri, (nec enim aliundè, pòtuit,) adiectis nomine, & titulo eiuſdem. Prodijt illud noſtri opuſculum,* primùm Romæ anno 1652. deinde Lugduni Galliarum 1669. *Gratior ille quam alius*

I V.

IACOBVS PIGNATTELLO,

Origine Neapolitanus, domicilio, & dignitate Romanus.

Q*Vi* Lezzano *ſimilis primùm, in Italicum opus ſuum tranſtulit nonnulla ex Latino Authoris, non adhibitâ memoriâ eius, ne margini quidem. Dignius tali creditore*

V I I.

DIDACVS DE LEQVILE

Hiſtoricus Auſtriacus, Archiducalis, Epiſcopus deſignatus, multorum operum Author.

I*Nter alia edidit opuſculum de ſitu, & ſplendore Vrbis Venetæ. Et quoniam inter Authoris noſtri poemata legerat de eâdem decadem diſtichorum, quorū ſingula ſenſum, & epigramma abſoluunt, producto vno aut duobus, eorū authorem ijs laudibus extollit, quę non poſſunt niſi hyperboli veritatem ſuam debere; vel ideò hic ſupprimenda, non tantùm quia vernacula.*

BRV-

VIIII.
BRVNO NEVSERIVS.

In Electorali Vrbe Moguntiâ S. Theologiæ Profeſſor.

E*Didit iam tandem opus Ethicum, ſiue Theologię Moralis, in quo Authorem noſtrum aliquoties producit.*

IX.

PETRVS DE ALVA, ET ASTORGA
Emeritus Lector, Curiæ Romanæ Viceprocurator Generalis, multorum operum nixu celebris.

I*N Tomo cui titulus;* Militia Conceptionis &c. contra malitiam originalis infectionis, *ſcribit*. P. Bonauentura Baro: *Ordinis Minorum Hybernus, ſuis Metris fol.* 47. *agit de myſterio Immaculatę Conceptionis à Scoto propugnatę, Libro impreſſo Romę* 1642. *num.* 12. *Item Elegiam vnam de* Conceptione *B. V. Marię*, impreſs. Romæ 1645.

X.

NELLANVS GLACCAN. HYBERNVS.
Medicinæ Doctor, eiuſdemque Profeſſor Toloſanus, ac Bononienſis, Regis Chriſtianiſſimi Conſiliarius.
1. part Phiſilogiæ.

C*Ollegium Hibernorum Franciſcanorum S. Iſidori Romæ eſt vberrimus fons, ex quo plurimi viri docti in Hiberniam, & in alia loca docendi gratia mittuntur. In eo nunc docent Theologiam* P. *Antonius* Obrien. *&* P. *Bonauentura* Baro: *Momoniens; quorum hic Orationes, & Poemata varia eleganter Romę ſcripſit.*

XI.

ANTONIVS à TERINCA

In Theatro Genealogico Hetruſco cuſo Florentiæ anno 1682.

B*Onau. Baro: Hibernus, Clonmelienſis, Sacræ Theologiæ Lector emeritus, olim Custos, & Commiſſarius, modò à multis annis Academicus Apatiſta Florentinus; Sereniſſimi Magni Ducis* Etruriæ *Hiſtoricus, vir omnigenæ eruditionis, de Religione, ac re Scholaſticâ optimè meritus, præter opera Philoſophica, & Theologica quorum titulus eſt* Scotus defenſus, *atque alia miſcellanea ſub titulo Opuſcula im edita, & à P. Vuadingo eius auunculo* de Scriptoribus *relata, in Tuſcia exiſtens edidit plura, quæ ſunt.*

Orbes

Orbes Medicei.

Trias Tuſca.

Chaos Carminum.

de Angelis, *qui eſt Tom: ix.* Scoti defenſi. *Scripſit vero de* Diuino opificio Hexameron, *& erit Tom. x.* Scotj defenſi.

Canones Canonicorum

Hiſtoriam Regiam.

de Hauſtu frigido.

Sermones Quadrageſimales pro feſtis, & ferijs.

X I I.

IANNES CHINNELLI.

Florentinus, Medicinæ Doctor, & ingenij fœtibus notus.

Nella prefatione al Malmantile del Lippi,

ſtampato nel Finacoi

P*lù me pregio che vn* P.Bonauentura Baronio *Theologo & Hiſtorico di S. A. S. nobiliſſimo per naſcita, candiſſimo per cuſtumi, e dottiſſimo per ſapere, mi onori della ſua amicitia, che non mi atriſto, che vn tale &c.*

Idem eiuſdem cun laude meminit in traductione Teſtamenti Carnalis BONA.

X I I I

HIERONYMVS DE SOZA

Toti Ordini Seraphici S. Franciſci à Secretis; Sac. Theologiæ emeritus Profeſſor.

Opuſculo cui titulus: Interrupti certaminis Inſtauratio; Nu. 19.

A*Vdiatur queſo* P.Baronius *in apparatu ad* Tractatum ſingularem de proceſſione,&diſtinctione SpiritusSancti à Filio §.1.in fine, *vbi inter alia huc ſpectantia hac habet:Certè ingens obſequium præſtaret eunti ad duellum, ſi quis eum admoneret, enſem, aut lanceam quâ vſurus eſt, vitio laborare, rimam aut rubiginem agere, quâ fiet vt pulſata frangatur. Ita, inquam, magno beneficio Eccleſiæ Latinę oſtendit* Scotus *non eſſe firmum argumentum ad probandam proceſſionem* Spiritus Sancti *à Filio, quod aliàs non diſtingueretur ab eo. Fuit qùm* Arianus *quiſpiam, qui Catholicus videri maluit quàm eſſe, librum edidit de Omouſiâ, ſeu Conſubſtantialitate Filij ad Patrem, Et cum obieciſſet quæ potuit optima pro Arianis, adhibuit tàm frigidas, & debiles ſolutiones Catholicorum, vt illo opere, quod ſpecie tenùs edidit pro Catholicis, quàm maximè partes Arianorum promouerit.* Hæc Baro.

X I V.

ANONIMVS

De Authore.

Quàm non obſcurus BARO ſit, nec inutilis Orbi,
Obſequijs Procerum, plebis honore probat.

Neque

X V

NEque verò non ſunt his accenſendi Baroni-maſtiges, ex quibus quidam nuperus Bohemus auſus eſt aliqua carpere in eius Philoſophiâ, ad celebrandam ſuam. Author tamen noluit referre ei ferulam, ne faueret: nec enim talem deprimere poteſt, niſi attollat; qum ambitus illius videatur eſſe vulgatum illud

MECVM CERTASSE FERETVR.

Ouid. lib. 13. Metam.

X V I.

SEd denique ſumma probatio horum eſt exhibitio operum, intelige noſtri Authoris. Expectetur ergo eorum Index latè latus (XX. circiter Tomorum,) in calce huius, aut in fronte ſequentis

TYPOGR; LL.

Ne nimis albeſceret hæc pagina, viſum eſt his ſubdere iteratam cenſuram vnius ex ſupra poſitis authoribus de noſtro. Eſt autem

LVC. VVADING.

Qui in epiſtolis ſuis, (accuratis illis,) hanc habet Reuerendiſs. P. Fr. Reginaldo Lucarino S. P. Apoſt. Magiſtro.

LIbellos Baronianos, Panegyricum, Metricum, Proluſorium, Epiſtolarem, à Te miſſos, voluptuosè perlegi. Inde magis placuerunt, quod prodierint è Theologicâ, officinâ in quâ rarò huiuſcemodi argumenta cuduntur, Qui Scholaſticas ſerunt contentiones, omnem ornatum contemnunt; & quo altiores ſectantur diſciplinas, eò profundiùs ſermonem demittunt Siuè Philoſophiæ rimentur arcana, ſiue Theologiæ ſcrutentur myſteria, non ſat putant eplicari, niſi barbarè proferantur. Rari ſunt qui ſcholaſticè ſtudent, & Rhetoricè loquuntur. Nobiles porrò ſcientias non abhorrere purum probatumque eloquium hic Author oſtendit, qui diſertum in ſcholis Theologum, & doctum ex roſtris agit Oratorem; atque in his Epiſtolis, et ſi frequenter ludas, multam promit ſcientiam. Seria grauiter exponit, ludicra verſat ingeniosè. Nihil hic languidum aut molle, nihil aſperum aut indecorum. Et (quod Tu potiſſimum ſcire cupis) teſtor nihil eſſe rectæ fidei contrarium, nihil bonis moribus aduerſum. Ad S. Iſidori. Nonis Ianuar. 1643.

APPA-

APPARATVS IN ANNALES ORDINIS SANCTIS.^MAE^ TRINITATIS

PARS SECVNDA

TESTIMONIA PLVRIVM,

Dignitate & doctrina præſtantium ſuper amplitudine, & ſanctitate eiuſdem Sacri Ordinis Redempt. Captiuor.

PARAGRAPHVS I.

SVMMI ECCLESIAE PONTIFICES.

INNOCENTIVS III.

Diplomate dato Viterbij Anno Chriſti 1209. Pontificat. X.

1. N*Onnulli, faciente cum eis Domino ſignum in bonum, poſteriorum obliti, ad anteriora cum Apoſtolo ſe extendunt, & exuentes veterem hominem cum actibus ſuis, & nouum, qui ſecundùm Deum creatus eſt, induentes, in vita tranſeunt nouitatem, cum relictis pro Deo quæ poſſident, & non quæ ſua ſunt, ſed quæ* Ieſu *Chriſti quærentes, voluntariam eligunt paupertatem, & diuinę ſe ſubiiciunt ſeruituti, &c. Ea propter dilecti in Domino filij, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & pręfatum Ordinem S. Trinitatis, &c.*

IDEM

In litteris ad Miramolinum Regem Marochetanum. Dat. Lateran. Pontificat. An. 2.

I*Nter opera miſericordiæ, quę* Ieſus *Chriſtus Dominus Noſter fidelibus ſuis in Euangelio commendauit, non minorem locum obtinet Redemptio Captiuorum. Vnde perſonis illis, quæ circa talia occupantur, fauorem debemus Apoſtolicum impertiri. Sanè viri quidam, de quorum exiſtunt numero pręſentium portitores, nuper diuinitùs inflammati, Regulam, & Ordinem inuenerunt, per cuius ſtatuta tertiam partem prouentuum omnium, quos vel nunc habent, vel in futurum poterunt obtinere, in redemptionem debent impendere Captiuorum, &c.*

HONORIVS[2] III.

Diplomate dato Laterani Pontificat. an. 1.

2. C*Vm Ordo Sanctæ Trinitatis, modernis temporibus inceperit, eique Dominus tantum dederit incrementum, quod à mari vſque ad mare palmites ſuos iam extendit, cuius regulam tam diligenter examinatam fęlicis recordationis* Innocentius *Papa predeceſſor noſter authoritate duxit Apoſtolicâ confirmandam, &c.*

INNOCENTIVS[3] IV.

Litteris datis Lugduni anno 1247. Pontif. 4.

3. V*Obis ad hoc totâ virtute ſollicitis, vt Conditori omnium per humilis deuotionis obſequia placeatis operibus miſericordię, fouendo miſeros, & de Paganorum vinculis redimendo captiuos, in gratiâ quam nos dignè poſſumus, nos beneuolos libenter exhibemus. Sanè cum huiuſmodi charitatis operibus duas partes omnium veſtrorum prouentuum, (prout aſſeritis,) ſecundùm inſtituta veſtrę Regulę, deputetis, vobis parte tertiâ remanente adeò exili & tenui, vt ex illâ multoties vix poſſitis ſinè mendicitatis adminiculo ſuſtẽtari; pium ac decens eſſe dignoſcitur, vt contribuendo ſuper decima, & vigeſima, quæ ſub ſubſidio Terrę Sanctę, ac Imperij* Romani *colliguntur de mandato Sedis Apoſtolicæ, veſtrę paupertatis humilitas non grauetur, &c.*

ALEXANDER[4] IV.

Dat. Romæ anno 1256. Pontif. 2.

4. H*I cum paſcunt eſurientes, ſitientes potant, colligunt hoſpites, nudos veſtiunt, & non ſolùm infirmos viſitant, ſed eorum ipſi infirmitates aſſumunt; miniſtrant in carcere poſitis, & quibus in infirmitate participant, communicant in ſepulturâ defunctorum. Illa omnia exequuntur, propter quæ Dominus in vltimo diſtrictionis examine bonos remuneraturum, & malos ſe aſſerit puniturum. Cùm igitur dilecti filij Miniſtri, & fratres Ordinis Sanctæ Trinitatis, & Captiuorum, ad hæc totis viribus elaborent, &c.*

CLEMENS[5] IV.

Pontificat. 2.

5. V*Eſtri Ordinis profeſſores erga illos qui ſunt in neceſſitatis anguſtiâ conſtituti, pia compaſſionis geſtantes viſcera, in ſe ipſos aliorum mendicitatem indigentium perfecto charitatis ſtudio tranſumentes, hoſpitalitati vacant aſſiduè; & non ſolùm recipiunt infirmos ſed trahunt; in quorum pios vſus, aliaque varia charitatis opera, quæ in eodem Ordine laudabiliter exercentur; illius bona tam libenter, quàm liberaliter exponunt. Hæc igitur, necnon*

&

& quomodo veſtra Religio meritorum reſulget gloriâ, & Sanctitatis gratiâ redolet, dignâ conſideratione penſantes, &c.

6.
CLEMENS V.

Litteris datis Auenione an. 1308. Pontif. 4.

6. SAcerOrdo veſter in agro Dominico diuinâ diſpoſitione plantatus, Apoſtolicis gratijs dignè meretur attolli, cuius Profeſſores, mundanis à ſe relegatis illecebris, cæleſtium contemplationi vacantes, inſiſtunt iugiter profectibus animarum, &c.

7.
VRBANVS V.

Litteris dat. Romæ apud S. Petrum an. 1365. Pontificatus ſui 3.

7. CVm itaque Miniſter et Fratres Ordinis Sanctæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum in redemptione fratrum noſtrorum Chriſtianorum præfatorum Captiuorum totis viribus elaborent, tranſeundo ad partes vltramarinas, pro afflictis & captiuis Chriſtianis in manibus inimicorum fidei Chriſtianæ captis, & detentis: Et eum dicti Fratres pro dictis captiuis redimendis corpora ſua mortis periculo ſubire non vereantur; videnteſque dictos Captiuos duris ac diuerſis tormentis afflictos, & cruciatos, & cum pro dictis pauperibus captiuis redimendis qui à Mauris captiuantur (Altiſſimo permittente) ipſiſque ab huiuſmodi captiuitate liberandis, coadiuuante diuino auxilio continuè totis viribus elaborent, &c.

8.
INNOCENTIVS V.

Litt. Romæ datis an. 1484.

8. DVm intrà mentis noſtræ abſcondita reuoluimus fructus vberes quos Ordo ipſe in agro militantis Eccleſiæ producere non deſinit, ac ſalutifera opera, quę ex bonis eidem Ordini piâ fidelium largitione oblatis, &c. continue, & ſine intermiſſione exercentur, &c.

IDEM.

In alijs litteris ibidem datis Pontif. ſui an. 2.

9. AD fructus vberes; quos ſacer Ordo Sanctæ Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum in agro militantis Eccleſię piâ inſtitutione plantatus produxit hactenus, & continuè producere non ceſſat, noſtrę dirigentes conſiderationis intuitum, & attentâ meditatione penſantes, quod dicti Ordinis profeſſores ad hoc totâ virtute ſolliciti, vt Conditori omnium per humilis pietatis obſequia placentes operibus miſericordiæ, fouendo miſeros, & de Paganorum vinculis redimendo Captiuos, quos dura ſors in Infidelium ſeruitutem redegit, quique etiam, diuerſis pænis, & tormentis vexati, Chriſti fidem in Baptiſmo per eos receptam perſępe (proh dolor) deſerunt in Chriſti nominis contumeliam, inceſſanter laborare non deſinunt, &c.

9.
GREGORIVS XIII.
10.
SIXTVS etiàm V.

Eadem per omnia de dicto Ordine, magno eius honore, deſcribunt: ille Dat. *Romę, Pontific. an.* 4. Alter *ſui ſecundo, Dominicę autem Incarnationis* 1586. *&c.*

§. 2.

CARDINALES & EPISCOPI.

1.
HIERONIMVS

Epiſc. Sabinen. S. R. E. Cardinalis Ruſticucius.

1. CVM *Ordo Sanctiſſimę Trinitatis Redemptionis Captiuorum nutu Diuino, per fœlicis recordationis* Innocentium *Papam III. ſub tali titulo, & nomine inſtitutus eſſe dignoſcatur, meritò à Sanctâ Sede Apoſtolicâ ſpecialibus gratijs, & fauoribus decoratur, &c.*

2.
RAINVTIVS

S. R. E. Cardinalis.

Dilectis in Chriſto filijs, Prouinciali, & alijs Miniſtris Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum Regni Portugalliæ, ſalutem in Domino.

2. R*Eligionis zelus, ſinceraque deuotio, quam ad Romanam Eccleſiam gerere comprobamini, promeretur vt votis veſtris, quantum cum Domino poſſumus, fauorabiliter prębeamus aſſenſum.*

3.
IACOBVS DE VITRIACO

S. R. E. Cardinalis.

3. EST *alia* Regularium *fratrum Clericorum, & Laicorum ſancta, & Deo accepta* Congregatio, *in omni loco habitationis ſuæ ſub titulo* S. *Trinitatis Domino militantium, vndè & Fratres* Sanctæ *Trinitatis appellantur, vni Summo huius Ordinis Priori per obedientiam humiliter ſubiecti. Habent autem in diuerſis regionibus Priores minores, & Congregationes particulares; Caput autem* Ordinis *in Eccleſia* Sancta *Trinitatis Maſſilienſis præfecerunt. Hi ſiquidem viri ſancti arctam* Religionis *viam ingreſſi, carnibus non veſcuntur, exceptis diebus Dominicis, & quinque magnis ſolemnitatibus. Vinum verò, ſecundùm Ordinis inſtituta, licet eis bibere, emere autem non licet: Camiſijs non vtuntur, neque linteaminibus, aut plumis.* Humilitatis Chriſti *formam expreſſiùs imitantes, aut pedibus ambulant, aut ſuper aſinos equitan-*

tantes incedunt. Alij autem, animalibus ad opus equitandi non vtuntur. Albis autem, & laneis tunicis diebus, & noctibus induti, cappis albis exterius, crucem bipartitam ex rubeo & nigro in medio pectoris affigunt. Et quoniam ad comparationem pietatis exercitatio corporis ad modicum valet, adeò miſericordię operibus affluunt, vt de omnibus bonis ſuis ſemper in honorem S. Trinitatis tres partes faciant: vnam partem ad redemptionem captiuorum, qui in vinculis Saracenorum detinentur; aliam ad ſuſtentationem pauperum infirmorum, quos in domibus ſuis miſericorditer recipiunt, in propriis perſonis humiliter miniſtrantes; tertiam partem ad vſus ſuos reſeruant, vt ſobriam, & pauperem vitam, vtcunque valeant ſuſtentare.

4.

EMANVEL DE SEABRA

Primò Septenſis, poſteà Mirandenſis Epiſcopus.

4. I*Ncepimus* Redemptionis *opus, & pręcepimus, ex eleemoſinis virtute San cta* Cruciata *acquiſitis, merces emi pretio triginta millium ducatorum.* Septamque *aſportari, vt inde curâ, induſtriâ, ſollicitudineque* Religioſorum *Patrum Ordinis Sanctiſſimę Trinitatis, in interiora Africę oppida deducerentur: Qui ſummâ curâ, & zelo, quo de captiuorum redemptione ſolliciti ſemper exiſtunt, nos in hoc opere maximè iuuerunt, ſeſeque nobis libentiſſimè obtulerunt, vt* Algerium, *Turcarum Vrbem pracipuam, ad Captiuorum eorumdem redemptionem proficiſcerentur, ad quam multos ex Luſitanis, aliiſque in prælio* Sebaſtiani *Regis captiuos fuiſſe ductos comperimus. Tandemque duo Religioſi eiuſdem Ordinis, virtute & experientiâ praditi,* Algerium *miſſi ſunt, vbi etiam vitam ſuam in mortis periculo, propter Turcarum malitiam, expoſuerunt, multos quoque labores ferentes, inde centum quinquaginta, & octo* Chriſtianos *captiuos libertate donarunt. In quorum redemptione viginti millia ducatorum ex ſancta* Cruciatę *eleemoſinis expenſa ſunt. Ex* Marochij *atque* Feſsij Regnis, *aliundeque octingenti, & viginti captiui, libertatem ſunt conſequuti. Expenſa ſunt ab ipſiſmet* Religioſis *Sanctiſsima Trinitatis in huiuſmodi redemptionibus quadraginta millia ducatorum.*

§. 3.

PROBATI AVTHORES

Qui huius Ordinis cum honore meminerunt.

I.

YOANNES DE PINEDA

Ordinis Minorum S. *Franciſci* libro 22. Eccleſ. Monarch. c. 23.

1. H*Vius* Religionis *canobitę captiuorum Chriſtianorum redemptioni incumbunt, quos ex Maurorum poteſtate liberant, qui noſtra hac tempeſtate plures ſunt quam quiſquam credere poteſt qui ignorat.*

II.

II.

HIERONIMVS ROMANVS

Eremita Auguſtinianus 1. p. rer. public. c. 3.

1. *Ratio ob quam Ordo iſte hoſpitalitatis quoque dicebatur, ſecundùm quod reperiri potui, ea eſt: Quoniam cum Chriſtiani populi deuotio creuiſſet, oppidaque Hiſpaniæ à Mauris eſſent occupata, vnuſquiſq; huic Ordini fauorem liberaliter impendebat, conſiderans, perpendenſque eleemoſynas erogatas in bonum ac redemptionem ſuorum, conſanguineorum, filiorum, fratrumque cedere, & ob hanc rationem cum eleemoſynæ congerebantur, aliquot eorum captiuos prædicti fratres redimebant. Nec hoc tantùm eis pietatis, Deoque maximè acceptum redemptionis officium præſtabant, quin etiam, ſi fortè Captiui infirmabantur, illis in eorundem monaſterijs ad ſalutem neceſſaria miniſtrabantur, tandemque ſani in patriam ſuam vnuſquiſque mittebatur.*

III.

EDVARDVS NONIVS, à LEONE

In Chronico Sanctij primi.

Permultus eſt fructus qui hoc ex Ordine Portugalliæ aduenit: Luſitani enim continua bella Mauris inferunt, quam ob rem eius profeſſores, ſemper captiuorum incumbunt redemptioni, captos à Barbaris redimendo: Qua in re vberes Deo fructus offerunt, maximaq; pro eiſdem redimendis, ac etiam conſolandis pericula mortis ſubeunt, ſuiſque commonitionibus deficientes ac debiles in fidei confeſſione roborantur. Maurorum, ac Iudæorum conuerſionem affectant: quibus operibus peragendis multi in martyrij beatam ſortem, vitaq; diſcrimina ſæpiſſimè inciderunt.

IV.

HIERONYMVS GRATIAN

Carmelita, in tractatu de Captiuorum Redemptione.

Propter iſtam reuelationem inſtituta eſt hæc Religio, concedentibus Summis Pontificibus gratias, indulgentias, priuilegia, facultateſque Religioſis Redemptoribus, fidelibuſque Chriſtianis, qui ad Captiuorum redemptionem eleemoſynas porrigerent; vt patet ex litteris Apoſtolicis eiſdem fratribus conceſſis, quas breuitatis causâ miſſas facimus. Ex quibus omnibus colligitur præcipuum inſtitutum, eſſentialeque exercitiũ huius Religionis eſſe Captiuorum redemptionem, quæ cum ſit opus tum pium neceſſariumque, Religio hæc Sanctiſſimæ Trinitatis magni habita eſt, vt deducitur ex Caſſanæo *in Gathalogo gloriæ Mundi, Diuo* Antonino

nino *Florentino*, Sabellico, Gaguino, & *ex Pontificiâ hiſtoriâ* Innocentij III.

V.

ALPHONSVS DE VILHEGAS

Toletanæ Eccleſiæ Sacellanus 1. part. Sanctoral. c. 51.

Claruerunt omni tempore in hoc Sacroſanctæ Trinitatis Ordine viri tam ſanctitate, quàm literis conſpicui, verbique Dominici celeberrimi concionatores, qui ſuis ad populum concionibus, præterquam quod ei ſalutaria pabula miniſtrant, vt à vitijs declinet, virtutes ſectetur, miſericordiam præcipuè, in Chriſtianos Captiuos, de eorum redemptione maximè ſolliciti, commendant. Quâ adbibitâ diligentiâ, quamplurimis eleemoſinas largientibus, ipſiſque Religioſis laborantibus, permulti Captiui à duro ſeruitutis iugo liberantur; quorum non tantùm corpora à ſeruitute, ſed animæ etiam à damnationis, quod infidelium contubernio ſubeūt, periculo eruuntur. Ad quod opus tam pium Romani Pontifices attendentes, maximis priuilegijs, fauoribus, indulgengentijſque ſæpius prædictum Ordinem implent, vt videre eſt in Bulla quâdam Gregorij *XIII. Pontificis Maximi, conceſſa anno Dominico milleſimo quingenteſimo, ſeptuageſimo quinto, in quâ ſequentes Antiſtites ſummi numerantur, videlicet* Innocentius *III. Ordinis Inſtitutor,* Honorius *item III.* Alexander *IV.* Vrbanus *IV.* Vrbanus *V.* Eugenius *IV.* Sixtus *IV.* Innocentius *VIII.* Leo *X.* Adrianus *VI.* Clemens *VII.* Paulus *III.* Paulus *IV.* Pius *IV.* Pius *V. & alij, qui omnes ſacrum hunc Ordinem approbaſſe, multiſque priuilegijs ac indulgentijs nobilitaſſe dicuntur &c.*

VI.

BARTHOLOMAEVS CASSANAEVS

In Catalogo Gloriæ Mundi.

Alius eſt Ordo qui dicitur Ordo Sanctæ Trinitatis, *cuius caput eſt in ciuitate Pariſienſi (qui dicuntur les* Maturins *) qui ſunt deputati ad redimendum Captiuos, qui, vt videtur, debet omnes alios Religioſos ſaltem poſt Monachos nigros, præcedere, ſaltem præcedunt Religioſos Sancti* Antonij, *qui ſunt deputati ad ſuſcipiendum hoſpites, quoniam ordinantur, & ſunt ordinati ad redimendum Captiuos, ideò Religio eorum eſt excellentior, vt dicit* Antoninus *Florentinus.*

VII.

HIERONYMVS DE MENDOCA

In opere de Siniſtro illo *Sebaſtiani* Regis bello Mauris illato lib. 2. c. 9.

Hoc etiam tempore Religioſi Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, Frater Ignatius, & *Frater* Auguſtinus *Feſſium vnam ex præcipuis*

Mau-

Mauritaniæ Vrbem, ingrediuntur ad Captiuos redimendos, quæ prima omnium, maiorque conſolatio ipſis fuit; qui ſtatim pueros puellaſque, ac mulieres, quorum ætas ad communes captiuitatis oppreſſiones ferendas erat imbecillior, ſummâ diligentiâ conquirebant. Cum enim pecunias, merceſque nonnullas, quas Septæ reliquerant, haberent, propter hoc, in omnibus captiuis non exigua conſolatio ſentita eſt, debileſque, & infirmi ad labores æquo animo tolerandos ſ inuicem exhortabantur, puerique ac mulieres peculiariter libertatis remedia ſunt conſequuti. Hi etiam Religioſi Patres viris nobili loco natis, aliiſque illuſtrioribus conſulebant quomodo ſub fideiuſſione libertatem conſequi poſſent, ſicque ſuo pietatis officio functi ſunt vt breui tempore pluſquàm trecentos captiuos in patriã liberè remiſerint.

Non loquor iam de patribus Fratre Ignatio, & Fratre Antonio à Conceptione, cæteriſque Religioſis Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, qui ibidem mortui ſunt, quandoquidem nouum illis nequaquam eſt in hoc Redemptionis officio vitam cum morte commutare, tanto animi, charitatiſque ardore, ſicut nos quotidie oculis perſpicimus.

VIII.

DIDACVS DE HAYEDO

Ordinis S. Benedicti Monachus In Hiſtoria Algerij Dialog. 1. Dec. 18

Eâ etiam de causâ tantopere inuideo Patribus Redemptoribus Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, quod eos tàm ſeriò (vt omnibus patet) tanto amore, curâ, vigilantiâ, omnibuſque viribus in hoc piiſſimo opere Captiuos à ſeruitute liberandi ſeſe exercentes, à cæteris tantam gloriam tamque eximium præconium video excipere. O fortunatos nimium ſemel, iterum atque iterum illos, inquam, qui pro Mundi defectibus ſupplent, auidiuſque Chriſtianum nomen honorant, & illuſtrant in medio Barbararum Nationum? O verè imitatores verbo, & operibus illius qui Mundi extitit Redemptor, Spiritus ſui hæredes, operum ipſius ſucceſſores.

IX.

FRANCISCVS DE AYALA

Carmelita in concione de B. Thereſia.

EA propter Religio, quæ auguſto ſemper Sanctiſſimæ Trinitatis nomine gaudet, magnum Eccleſiæ præſidium exiſtit, totque ac tantis alumnis, illuſtribuſque Martiribus decorata eſt.

X.

LAVRENTIVS RAMORENSIS

Monachus Ciſtert. part. 7. Miſticæ Hierarchiæ tom. 3. lib. 8. §. etiam 8.

Glorietur florentiſſimus Ordo Sanctiſſimæ Trinitatis in cęruleâ rubeâque cruce, in orbe meritorum Iridem pacis vel arcum in cęlo Eccleſię eſſe promittens, itaut ad illum conuertens Dominus oculos Chriſtiani populi, remittat offenſas, pacemque ſtatuat cum mortalibus, ac iracundiæ ſuæ telum temperet. Glorietur idem Ordo in ipsâ Cæruleâ, rubeâque cruce; cæli charitatiſque colores componens, vt intelligamus charitatis ſuæ ardores cælum fortiter oppugnare, terreſtriaque calcando cęleſtia tantùm appetere, in cęleſtibus rem ſuam agere, viuere, & conuerſari.

XI.

MARTINVS ALPHONSVS DE MIRANDA

Lib. 2. triumphi S. Crucis cap. 4.

Eiuſdem Religionis Monachi quàm plures extiterunt, qui diuerſis in locis Africæ pro captiuorum libertate obtinendâ vitam oppoſuere. Alii verò pro Catholicę fidei confeſſione maxima ſuſtinuere tormenta, celebriſque martirij coronam adepti ſunt, &c.

DE EADEM

Alij plurimi, quorum hìc ſufficiat nomina recenſere, tædio vitando.

Marcus Antonius Coccius Sabellicus, Eneade 9. lib. 5.
Onufrius Panuin. in Faſtis, ad an. 1208.
Gilbertus Genebrardus Sæculo 13.
Gualterius in Tabulâ Sæculo 12.
Emanuel Rodriquez, tom. 1. quæſtion. regular. quæſt. 3. art. 12.
Ioannes Azorius, Moral. Inſtitut. lib. 13. cap. 11.
Polidorus Virgilius lib. 7. de inuentione rerum. capit. 4. *tametſi vix ibi inuenias.*
Henricus Spondanus, continuat. Baron. tom. 1. ad annum 1207.
Abrahamus Bzouius tom. 13. Annal. Eccleſiaſt. ad annum 1199.
Ludouicus de Miranda in Manuali Prælatorum, tom. 1. quæſt. 4.
Et alij in Epitom. general. Redemption. producti, omnes externi; nam proprios huius Ordinis Scriptores miſſos facio, ne domeſticos teſtes producam.

APPARATVS
PARS TERTIA
DE IPSO IN SE ORDINE
PARAGRAPHVS I.
SCOPVS ORDINIS

Pſ.44.v.11. 1. QVISQVE *vnus, (credo equidem,) ſuâ ſpe expectaret faciendum, ſuo voto approbabit factum, vt Eccleſia Catholica tanquam* Regina aſſiſtat à dextris, circumdata varietate; *ne illa aut oculis Cyclops, aut manu manca, aut crure clauda videatur; quin tam diues Ordinum, tam ordinata miniſterijs, vt cuiuis alteri, etiam Auſtri Regina, Cilia erigere, animum ſuſpendere poſſit, attonito ad hierarchicam varietatem, & baſilicam opulentiam eiuſdem. Factum eſt quod erat faciendum. Illa, illa, bella & bellatrix, decora & terribilis eſt: bella in ſerie Monaſticorum Ordinum, bellatrix in illâ militantium. Bella in theoricis, terribilis in equeſtribus, decora in vtriſque. Nam etiam in iſtis tum* cœleſtibus caſtris pax & acies habent flores ſuos, quibus milites Chriſti coronantur. *Quidam contemplatione defixi ſunt; alij opere actuoſi: aliqui ſanant infirmos, alij erudiunt ſanos: aliqui redimunt ab hoſte captos, alij praeueniunt capiendos; quod quum dixi, iam incepi ferire ſcopum tam diuinæ Religionis cuius Annales molior, ſcilicet Sanctiſsimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum. Iſta enim ſuo modo theorica eſt, eodemque actuoſa. Praxes adhibet, ſed contemplatione temperatas. Prouidet proximorum commodis, nec ſuis ſeſubducit, domeſtica, & forenſis,*

Ven. Beda ſerm. 18. de SS.

Horat. lib. 1 de Arte.

Omne tulit punctum, quia miſcuit vtile dulci.

Quod totum latè patebit ex ſubnexis,

§. II.

Omen huius Ordinis inſtituendi.

F*Amiliare eſt Altiſſimo, & dignum eius prouidentiâ, oſtento aliquo vel oraculo præludere aut perſonis, aut rebus quas ipſe decreuit notâ dignas proferre:* Quia non faciet Dominus Deus verbum niſi reuelauerit ſecretum ad ſeruos ſuos prophetas. *Vnde etiam à non nemine obſeruatum eſt id ab eo praſtitum eſſe in auſpicijs huius ſacerrimæ Religionis. Pro cuius captu eſt aduertendum, quòd ſub idem tempus, non multo annorum diuortio, cœperint tres Illuſtriſsimæ Religiones. Prima huius triadis cenſenda eſt iſta Sanctiſſimæ Trinitatis; aliæ duæ ſunt Minorum, & Prædicatorum, hoc eſt SS.* Franciſci, *&* Dominici; *qui ſanè ſatis opportunè acceſſerunt tam iuuando Mundo, quam placando Deo.*

Amos.3.v.7

Enim

Enim verò ille, (intelligo Mundum,) tam immundus fuit, ita abſorptus abyſſo vitiorum, & datus in prædam peccatis, vt laboraret patientia Dei ferendo. Propter quod Chriſtus Dominus apparuit inſtructus tribus lanceis quaſi trino fulmine, quas etiam in reum illum vibraret, niſi obſtitiſſet alma Redemptoris Mater, quę irato illi obiecit duos, quos dixi Ordinum patriarchas. At enim nemo non videt lanceas tres fuiſſe, obices tantùm duos, niſi duobus tertium Ordinem adijcias, nempè illum Sanctiſſimę Trinitatis, *quem decuit, pro ſui nominis veracitate, trinitatem Ordinum adimplere.*

S. Antonin. titul. 22. c. 3. Caſtil. lib. 1. cap. 18. Hierõ. Plat. lib. 1. c. 34. Luc. Vvad. ding. Tom. 1. Ann.

2. *Quin imò videtur illi, in hoc negotio, primatus quiſpiam aſſignari in auertendâ Dei bile ſi ipſius verbo credamus. Hos enim viros in* Ezechiele *leges graphicè deſcriptos, & ad eum finem deſtinatos, qùm* dixit Dominus: Tranſi per mediam ciuitatem in medio *Ieruſalem*, & ſigna Tau ſuper frontes virorum gementium, & dolentium ſuper cunctis abominationibus quæ fiunt in medio eius. *Qui enim ſunt ſignati* Tau *niſi Religioſiſſimi Patres Trinitarij, qui in ſcapulari, & pallio illud, id eſt Crucem, vncialibus faſcijs præferunt, & oſtentant? Hi ergo ſunt qui gemunt*, & dolent ſuper cunctis abominationibus *Mundi*. *Hi ſunt qui Dei iram auertunt, qui Chriſto fulminanti tela aut eripiunt manibus, aut obtundunt.*

cap. 9. v. 4.

§. III.

Aliud Oraculum adhuc proprius.

1. *QVod præmiſi eſt iſti Ordini cum alijs commune; quod ſubdo, peculium, ſcilicet cęleſte oraculum dę ipſius inſtitutore. Hic in primis fuit Sanctus* Ioannes à Matha, *pro vt omnium librorum atque linguarum concordat authoritas. Cum autem noſtri* Ioannis *genitrix vterum geſtaret ipſo grauidum, & iam partui vicina ab imminenti illo timeret ſibi, ac fœtui aliquid ſperaret, (quippè quem optaret Dei obſequijs mancipandum,) vertit ſe ad virginem* Mariam, *cuius iconem in Oratorio ſuo tenebat; & flexa poplites, volas exerta, quàm potuit calenter orauit aduocatam, dignaretur ſe puerperij caſibus eripere, prolem autem in ſuo præſidio collocare. Ità illa, feria, & ſingultiens, votis lacrymas immiſcens, tam valenter cauſam perorauit, vt ipſam quam inuocauit redderet protinus præſentem Matrem Dei* Mariam.

Sabellic. Ænead. 9. lib. 5 Gaguin. lib. 6. hiſtor. Franc. Petr. Lopes de Alman. l. 1 Mallea. Franc. Macedo cap. 1. vit. S. Io. Vide Silueſtr. Maurol. & Miræum.

2. *Enim verò apparuit ei virgo mater* Maria *plurimâ luce illuſtris, pari vocis euphoniâ, qua ad ſupplicem verſa: Macta eſto Martha, inquit, quod oras impetraſti: paries enim prolem pietate ſanctam, fęlicitate Redemptorem, exemplar, & magiſtrum multorum qui eundem in Chriſtianis liberandis imitabuntur. Quo dicto deſijt videri ſimul, & audiri. Idem Ego*

§. IV.

Vnius Ordinis gemini inſtitutores.

Eccle. 4; v. 9. 1. H*Aud dubiè verti debet in laudem; indubiè enim* meliùs eſt duos eſſe ſimul quàm vnum, habent enim emolumentum ſocietatis ſuæ: Si vnus ceciderit ab alio fulcietur. Væ ſoli quia non habet ſubleuantem ſe. Et, ſi dormierint duo, fouebuntur mutuò, vnus quomodo caleſiet? Et, ſi quiſpiam preualuerit contra vnum, duo reſiſtent ei; funiculus triplex difficilè rumpitur. *Propter quę iudicare debemus hanc Rem-publicam ſecula victuram, diutius quàm Romana, quæ non potuit duos auſpices, tametſi gemellos, pati. Vnus alteri frater fuit, ſed alter primi homicida. Aliæ Religiones ſingulæ ſuos authores habent, ſed ſingulos; hęc plures, & coniunctos.*

Franciſc. à Puteo Petr. Blomou. *Sano iudicio inter miracula* S. Brunonis *numerandum eſt, quòd incepto Ordine, & colonijs Gratianopolim ductis, ipſe ſe aliò contulit,* Romam *ſcilicet ad* Vrbanum *Pontificem, cui à ſyngraphis & ſecretis fuit; nec proinde noua Religio in Cunis extincta eſt. Certè Seraphicus* Franciſcus, *ſitibundus prę clari calicis, puta paciſcendæ mortis pro Chriſto, ſemel in Syriam, iterum Marochium profectus, denique retrogreſſus eſt diuino monitu in Italiam, vbi frater* Elias, *relictus ab eo Ordinis vicarius, nonnulla moliebatur in detrimentum Regularis obſeruantiæ, quam in nuperis tum comitiis conuellere tentauit.*

S. Bonauēt. vit. cap. 9. H. Spond. 1219. n. 3. 2. *Iſti melius, nam quùm S. P.* Ioannes *inchoatâ Religione, & iactis primi clauſtri fundamentis* Romam *ad ſecundi ſtructuram perrexiſſet, abiit* quaſi non *abiiſſet,* ſimilem enim ſibi reliquit *Fælicem, vt Ordo non caderet, tàmetsì caſurus,* habuit enim ſubleuantem, nam fouebantur mutuò. *Neque tantùm Hugo fuit Fælix, ſed & Ioannes; habuit enim emolumentum ſocietatis ſuæ. Et denique videri poteſt locus de hac Religione ſcriptus, & ipſe Eccleſiaſtes de eâ loqui: nam quùm ſemper eatenus de duobus egiſſet, deſinit in trinitate:* funiculus triplex difficilè rumpitur, *quùm aliàs expectanda eſſet ab auditore duplicitas duntaxat.*

§. V.

Dignitas veſtis huius Sanctiſſimæ Religionis.

N*Vmeramus in honoribus quod cuiuſpiam nomen aut perſona ipſa è cœlo ſit hauſta; non quòd in laminâ Firmamenti characteribus ſtellarum legatur alicuius fortuna deſcripta, quę deindè ineluctabile fatum euadat; abſint enim Stoica paradoxa, aut quorumcumque. Sed quod* ipſe Altiſsimus creator omnipotens ſedens ſuper thronum, & dominans Deus, ipſe creauit eam, & dinumerauit, & menſus eſt. *Iſta omnia impenſa ſunt alio-*

Eccli. 1. v. 8.

rum

rum animabus, horum PP. corporibus, imò etiam veſtimentis. Noluit cælum iſta, ſicut quorundam Ordinum, eſſe arbitraria, aut in hominum libitu ſita; ſed dimiſit ephæbos ſuos, Angelos inquam, qui habitus horum colorem, & futuram præſe ferrent. Qùm enim S. P. Ioannes de Matha, *iam ordinatus presbyter, primum Sacrum* Pariſiis *fecit in S.* Victoris *templo, ſimul ille extulit in altum pro more, adorandum Corpus Domini ſpecie panis obductum, ſimul omnibus ſe obiecit apertè Angelus, altare ipſum inſiſtens, candido veſtimento, quod quâ parte pectus geſtantis velabat, præſe ferebat crucem, cuius duæ faſciæ ſic interſe commiſſæ erant, vt recta rubrum, tranſuerſa cæruleum colorem exhiberet; qui, propriè eſt illa forma habitus quam PP. Trinitarij geſtant. At enim de hoc infra expectandus ſum fuſior.* Part. Ap-par. §.

§. VI.

Titulus huius Religionis.

1. NOn *ſum nimiè nominalis, neque deſero ſyllabis aut ſonis, tanquam neſcias quæ myſteria complectantur. Scio omnia eſſe auram pulſatam, & ſtrepitum ſubinde moleſtum. Non eo tamen inficias quin alia aliis præſtent, eo incremento quo obiecta inter ſe certant; & aut cedunt aliis, aut ſuperantur. Quo præmiſſo, auſim aſſerere, titulum huius Ordinis eſſe cæteris ſuperiorem, non iis tantum qui extant, & audiuntur, ſed quotquot exiſtere poſſunt & audiri, imò quotquot cogitari poſſunt, quotquot intelligi, aut in ſinciput hominis aſpirare. Eſt enim iſte:* Ordo Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum*: Iſto Ego tunc dicam inueniri poſſe potiorem qùm alius mihi aſſignauerit aliquid maius, quidquam melius Sanctiſſimâ Diuinâ Trinitate*: Sub *quâ ſi ſubſumas, & moliaris deſcenſum, ſtatim incides in* Redemptorem. *Nam ille ſub Deo eſt ſummus, cæteroqui aliorum omnium apex, quo altius non poſſis ne quidem remigio imaginatiuæ, cogitationum vehiculo extolli.* Benedictus, Baſilius, Franciſcus *magna nomina ſunt ſed ſeruorum nomini* Redemptoris *omnis ſeruitus cedit, omne genu obliquatur.*

2. *Sed fortaſſe non deerit querulus quiſquam aut Momus qui audire vellet quid habet Ordo iſte agere cum Sanctiſſimâ Trinitate præ aliis? aut cur ſibi eam in titulum vel admiſit vel aſſumpſit? Cui reſpondeo propoſitam quæſtionem plauſtro ſolutionum opprimendam. Si quis enim paulò penitius introſpiciat huius Ordinis auſpicia, inueniet ea, neſcias quo, trinitatum ambitu obſeſſa. Tres ei occaſionem quaſi conceptionem dederunt: totidem enim apparuerunt in Miſſâ S.* Ioannis, *& in illâ* Innocentij *Pontificis, angelus vnus duorum Captiuorum medius.*

3. *Tres partes habent Patres illi facere de bonis ſuis, vnam ipſorum vſui applicandam, alteram illi pauperum, tertiam Redemptioni Captiuorum.*

Tres colores geſtant, album, qui, qùm ſit omnium primò primus, rectè ſignificat æternum Patrem; Rubrum, qui rectè Spiritum Sanctum *refert ob igneum*

quod

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

quod præferti mixtum ex vtroque ſatis patet cuique ſignificare Filium qui eſt medius duorum.

Pontifices quorum auſpiciis Ordo ille conceptus, natus, & adultus eſt, fuerunt ſinguli illius nominis numero tertii; Innocentius *III.* Honorius III. Cæleſtinus III.

Sed præ omnibus id probat oraculum Apoſtolici præſulis, qui repletus Spiritu Sancto liberè pronuntiauit quòd.

HIC EST ORDO APPROBATVS,
NON A SANCTIS FABRICATVS,
SED A SOLO SVMMO DEO,

Hoc eſt (vt interpretor,) trino.

4. *Quę qùm ſint ſolida, fas erit mihi addere quod de quodam inclyto Ordine ait quiſpiam* Regiæ *hiſtoriæ interpres:* Nam alij hominum Ordines diuino cultui deputati, humano iure ſunt inſtituti, Nazaræi autem Diuino, Deo ſui Ordinis Authore & conditore gloriantur. Vnde eorum inſtitutum non humanum fuit inuentum ſed diuinum.

Franc. Mendoſ. in libr. pr. Reg.

5. *Quæ omnia inde firmantur, quòd aliorum Ordinum præfecti, quà Abbates, quà* Rectores, *quà Magiſtri, huius Miniſtri dicuntur, quippè ſubſtituti alteri qui in regimine eſt ordinarius ac principalis. Quod negari non poteſt diuino conſilio factum:* Nam *oriente hoc Ordine, cum ex mandato* Pontificio Innocentij *Epiſcopus Pariſienſis, Abbas Sancti* Victoris *cum S.* Ioanne de Matha *diſponerent œconmiā eius, ideſt Canones qui tam dicto quàm facto debebant obſeruari; vbi ventum eſt ad titulum quo Prælati inſigniri debebant, hæſerunt aliquamdiu, non facilè inuenturi nomen illis opportunum, quamuis plura interim occurrerent, & proponerentur. Ne ergo tempus tererent, vno vocabulo longùm occupati, tranſiuerunt ad alia, relicto ſpatio nomini deinde inſerendo. Et ecce Altiſſimi prouidentiam; Qùm enim poſtera die ſimul conueniſſent, inuenerunt ſpatium quod reliquerunt vacuum, iſto biuerbio occupatum:* Miniſter vocabitur.

7. *Placet his coloribus vmbram appingere, ſiuè allegoriam ex priori Teſtamento. Exodi* 4. reuerſus eſt Moyſes in Aegyptum portans virgam Dei in manu ſuâ: *Cur autem Dei illa præaliis? multi multa dixere. Pro nunc placet amplecti commentarium* Abulenſis, *aut verius aliorum apud ipſum, qui dicunt quòd iſta virga vocatur virga Dei, quia nomen Dei erat ſcriptum in eâ. Vnde ille opportunè vſus eſt eâ cum erat educturus populum ex captiuitate. Sciò me intelligi; nemo enim eſt qui ſapiat vel ad ſobrietatem, & non videat Ordinem cui nomen Dei etiam trini impreſſum eſt, meritò deſtinari ad redemptionem.*

verſ. 20.

APPARATVS
PARS QVARTA
SVPER PATRIARCHIS AVTHORIBVS SACRAE RELIGIONIS.

PARAGRAPHVS I.

Incipiendum eſſe à Sancto Fælice.

1. *Par eſt Annales Ordinis cum ipſo incipere, quod etiam fiet in loco. Neque tamen ęquum eſt pra patribus naſci filios, ſed pra ipſis; atque ideo* Ego *prius quàm ſeriem nepotum exponam, hic omnium authores adſcribam. Dixi iam eſſe duos,* Ioannem, *&* Fælicem, de quorum meritis atque virtutibus quæ omnem loquendi ſuperant facultatem, nihil diuerſum nihil debemus ſentire diſcretum, quia illos, & electio pares, & labor ſimiles, & finis fecit æquales. S. Leo Pp. ſerm. 1. in natal. Apoſ.

Propter quod vix poſſum facere primi delectum, aut decernere vnde incipiam. Sola temporis ratio poteſt vnum alteri præponere, quando vnius ortus totâ ętate Redemptoris, hoc eſt triginta tribus annis, alteri anteiuit. S. *enim* Ioannes *Mundo illuxit ſeculi duodecimi anno ſexageſimo,* S. Fœlix *vigeſimo ſeptimo eiuſdem. Ille* Alexandro III. *Pontifice, hic* Honorio II.

2. *Quam obrem ſicut numeramus* Pontifices *aliquos aliis ſuppares, qùm ſinguli ſint ſummi, ita* Ego *cum illo ordiar qui prius vitam hauſit ad Eccleſiam communi prole fætandam, fuitque* Fælix Valeſius; *ſemper ille reapſe Fælix, ſed non ſemper nomine, nam in primis* Hugo *audiuit, & hoc vocabulum in Baptiſmi fonte accepit, quod deinde meliori omine in* Fœlicem *recudit, nequando minor eſſet (vt ita dicam) priſcis* Patriarchis, *qui binomines ſubinde erant; ſubinde prius nomen in poſterius cęlo ominante commutarunt. Secundi generis fuit* Abraham, *primi* Iacob, *vtriuſquo* Petrus, *ſed hęc alio vergunt.* Geneſ. 17. v. 5. Geneſ. 32. v. 27. & 35. 10. Mat. 4. v. 18.

§. II.

Conditio Eccleſiæ Catholicæ in Ortu S. *Fœlicis*.

1. *Non eſt fas inducere honeſtum hoſpitem niſi domicilio ei pręparato: atque ideo* Ego *antequam* Hugonem *hunc Mundo inſeram Eccleſię aggregandum, ipsius Eccleſię ſtatum exponam; partim ominoſum, partim aduerſum. Ominoſum dixi ob regularem Ordinem; & verè Redemptorem in illo editum; Aduerſum ob modeſtias Sedi Apoſtolica à ſaculo illatas. Qum enim anno Chriſti D. 1127.* VVillehelmus *Dux Apulia ſine liberis obiiſſet,*

quod præferti mixtum ex vtroque ſatis patet cuique ſignificare Filium qui eſt medius duorum.

Pontifices quorum auſpiciis Ordo ille conceptus, natus, & adultus eſt, fuerunt ſinguli illius nominis numero tertiij; Innocentius *III.* Honorius III. Cæleſtinus III.

Sed præ omnibus id probat oraculum Apoſtolici præſulis, qui repletus Spiritu Sancto liberè pronuntiauit quòd.

HIC EST ORDO APPROBATVS,
NON A SANCTIS FABRICATVS,
SED A SOLO SVMMO DEO,

Hoc eſt (vt interpretor,) trino.

4. *Quę qùm ſint ſolida, fas erit mihi addere quod de quodam inclyto Ordine ait quiſpiam* Regiæ *hiſtoriæ interpres:* Nam alij hominum Ordines diuino cultui deputati, humano iure ſunt inſtituti, Nazaræi autem Diuino, Deo ſui Ordinis Authore & conditore gloriantur. Vnde eorum inſtitutum non humanum fuit inuentum ſed diuinum.

Franc. Mendoſ. in libr. pr. Reg.

5. *Quæ omnia inde firmantur, quòd aliorum Ordinum præfecti, quà Abbates, quà* Rectores, *quà Magiſtri, huius Miniſtri dicuntur, quippè ſubſtituti alteri qui in regimine eſt ordinarius ac principalis. Quod negari non poteſt diuino conſilio factum: Nam oriente hoc Ordine, cum ex mandato* Pontificio Innocentij *Epiſcopus Pariſienſis, Abbas Sancti* Victoris *cum S.* Ioanne de Matha *diſponerent œconomiã eius, ideſt Canones qui tam dicto quàm facto debebant obſeruari vbi ventum eſt ad titulum quo Prælati inſigniri debebant, hæſerunt aliquamdiu, non facilè inuenturi nomen illis opportunum, quamuis plura interim occurrerent, & proponerentur: Ne ergo tempus tererent, vno vocabulo longùm occupati, tranſiuerunt ad alia, relicto ſpatio nomini deinde inſerendo. Et ecce Altiſſimi prouidentiam; Qùm enim poſterâ die ſimul conueniſſent, inuenerunt ſpatium quod reliquerunt vacuum, iſto biuerbio occupatum:* Miniſter vocabitur.

7. *Placet his coloribus vmbram appingere, ſiuè allegoriam ex priori Teſtamento. Exodi* 4. reuerſus eſt Moyſes in Aegyptum portans virgam Dei in manu ſuâ: *Cur autem Dei illa prææliſ? multi multa dixere. Pro nunc placet amplecti commentarium* Abulenſis, *aut verius aliorum apud ipſum, qui dicunt quòd iſta virga vocatur virga Dei, quia nomen Dei erat ſcriptum in eâ. Vnde ille opportunè vſus eſt eâ cum erat educturus populum ex captiuitate. Sciò me intelligi; nemo enim eſt qui ſapiat vel ad ſobrietatem, & non videat Ordinem cui nomen Dei etiam trini impreſſum eſt, meritò deſtinari ad redemptionem.*

Verſ. 20.

APPARATVS
PARS QVARTA
SVPER PATRIARCHIS AVTHORIBVS SACRAE RELIGIONIS.

PARAGRAPHVS I.

Incipiendum eſſe à Sancto Fælice.

1. P*Ar eſt Annales Ordinis cum ipſo incipere, quod etiam fiet in loco. Neque tamen ęquùm eſt pra patribus naſci filios, ſed pro ipſis; atque ideo* Ego *prius quàm ſeriem nepotum exponam, hic omnium authores adſcribam. Dixi iam eſſe duos,* Ioannem, *&* Fælicem, de quorum meritis atque virtutibus quæ omnem loquendi ſuperant facultatem, nihil diuerſum nihil debemus ſentire diſcretum, quia illos, & electio pares, & labor ſimiles, & finis fecit æquales. S. Leo Pp. ſerm. 1. in natal. Apoſ.

Propter quod vix poſſum ſacere primi delectum, aut decernere vnde incipiam. Sola temporis ratio poteſt vnum alteri præponere, quando vnius ortus totâ ętate Redemptoris, hoc eſt triginta tribus annis, alteri anteiuit. S. *enim* Ioannes *Mundo illuxit ſæculi duodecimi anno ſexageſimo,* S. Fœlix *vigeſimo ſeptimo eiuſdem. Ille* Alexandro III. *Pontifice, hic* Honorio II.

2. *Quam obrem ſicut numeramus* Pontifices *aliquos aliis ſuppares, qùm ſinguli ſint ſummi, ita* Ego *cum illo ordiar qui prius vitam hauſit ad Eccleſiam communi prole ſætandam, fuitque* Fælix Valeſius; *ſemper ille reapſe Fælix, ſed non ſemper nomine, nam in primis* Hugo *audiuit, & hoc vocabulum in Baptiſmi fonte accepit, quod deinde meliori omine in* Fœlicem *recudit, nequando minor eſſet (vt ita dicam) priſcis* Patriarchis, *qui binomines ſubinde erant; ſubinde prius nomen in poſterius cęlo ominante commutarunt. Secundi generis fuit* Abraham, *primi* Iacob, *vtriuſquo* Petrus, *ſed hęc alio vergunt.* Geneſ. 17. v. 5. Geneſ. 32. v. 27. & 35. 10. Mat. 4. v. 18.

§. II.

Conditio Eccleſiæ Catholicæ in Ortu S. *Fœlicis*.

1. N*On eſt fas inducere honeſtum hoſpitem niſi domicilio ei pręparato: atque ideo* Ego *antequam* Hugonem *hunc Mundo inſeram Eccleſię aggregandum, ipsius Ecclesię ſtatum exponam; partim ominoſum, partim aduerſum. Ominoſum dixi ob regularem Ordinem, & verè Redemptorem in illo editam; Aduerſum ob modeſtias* Sedi *Apoſtolica à ſæculo illatas. Qùm enim anno Chriſti D.* 1127. VVillehelmus *Dux Apulia ſine liberis obiiſſet,*

Ro-

Cæſ. Baron. Tom. 12. an. 1127.

Rogerius *Comes Siciliæ Ducatum eius inuaſit, quod acerbè ferens* Honorius *II. Pontifex* (*cuius ille Ducatus erat feudarium Beneficium*) *ſe inconſulto factum, conuocatis Principibus qui Sedi Apoſtolicæ fidem ſeruabant, in Apuliam profectus, contra illum caſtra mouit. Ipſe vero* Rogerius, *deſtinatis ad* Honorium *Legatis, orauit vt abeo Ducatus vexillum, & Ducis titulum acciperet; proinde pollicitus ei Ciuitatem* Troyanam, *& oppidum* Montem Fulcum: *Quod* Honorius *renuit, collecto exercitu ſigna cum hoſte collaturus.*

2. *Sed Rogerius aſtu magis quam viribus nixus, inſtar* Fabij *Romani Cunctator, fatigauit Duces HonorI. nolens pugnam committere: Vnde etiam* Robertus *Capuæ Princeps*, Randulph. *Comes* [illegible], *Grimoaldus etiam Princeps Barenſis, & alii Barone ab eo deſluxerunt. Quod aduertens, & dolens* Honorius *Beneuentum receſſit. Sequutus eſt eum* Rogerius, *qui & iuramenrum fidelitatis, &, quod vocant, homagium præſtitit, atque ab eo in ponte qui* Sebetho *imminet Dux Apuliæ eſt inauguratus.*

G. Tyrius lib. 12. c. 17.

3. *Ipſe vero* Honorius *eodem anno qui* Hugoni *noſtro erat natalis,* Michaelem *Cardinalem Albanenſem in Gallias Legatũ deſtinauit ad celebrandum Trecenſe Concilium, in quo confirmatus eſt ab eo Apoſtolicâ authoritate Ordo Templariorum, ſiue militum Templi, iam tum nouennio exacto inſtitutus: adquod & alia praſtanda Cardin. Legatus duxit ſecum duos celeberrimos Abbates, Sanctum* Bernardum *Clareuallenſem, & Sanctum* Stephanum *Ciſtercienſem.*

4. *Alia Legatio eiuſdem* HonorI. *in Germaniam deſtinauit* Gerardum *Cardinalem, qui deinde fuit* Lucius *Papa, & tunc Eccleſiæ Parthenapolitanæ, (vulgò Magdeburgenſi)* S. Norbertum *Epiſcum dedit.*

§. III.

Status Seculi.

Cromer. de reb. Pol. li. 5

1 IPſo anno Rex Lotharius *cum Duce Bohemiæ Norimbergam duobus menſibus cũ obſediſſet, ſine effectu receſſit. Meliori omine, & potiori exemplo alius Dux Poloniæ* Boleslaus *cum exiguo Comitatu piorum in Gallias pedes venit, ad ſepulchrum Sancti Ægidij: Peſſimo autem* Vuilhelmus *Burgundiæ Princeps, &* Carolus *Flandriæ Comes, rigidus iuſtitiæ cultor vltra omnes coæuos, coram altari in oratione poſitus a ſuis cæſus eſt.*

2. *In Parochia Genlacenſi qùm quidam frumentum moleret, farina ardere cæpit. Quia autem quidam ortui noſtri* Hugonis *aſſignat ſequentem annum* 1128. *addo quòd tunc, ſub* Honorio *quem dixi, venit Romam præsbyter quidam* Arnolphus, *inſignis Eccleſiaſtes, qui qum faſtum & libidines Cleri argueret, à Romanâ nobilitate laudatus, oculte captus*

de

de nocte interfectus eſt. Fateor etiam adhuc annum propriè ſpectare religioſum & verè Chriſtianum iter Boleslai quod pramiſi.

3. Circa hęc tempora ſcriptus eſt liber Iudaicorum Annalium (à Genebrardo verſus,) qui inſcribitur Seder holam, ſiuè, Series Mundi, ſummæ authoritatis apud Iudæos: item liber Cabalæ Rab. Abrahā leuitę Hiſpani. Genebr. in Chonic.

4. Ad hæc, produit etiam Petrus de Bruis Prouincialis Tandemii, & in Arelatenſi prouinciā virus ſuum vomere perrexit per annos viginti tam ſtylo quàm verbo. In eo fuit; paruulis infra annos diſcretionis, vt aiunt, ſine rationis vſum, baptiſmum non prodeſſe defectu fidei. Baron. tom. 12. an. 1126 Sander. &c.

Item, nouas Eccleſias non eſſe ſtruendas, ſed ſtructas deſtruendas.

In Euchariſtiā non adeſſe Chriſtum.

Nec ſacrificia, nec orationes, aut eleemoſynas prodeſſe defunctis. Videri poteſt etiam aduocatus mendacii, quippe qui cenſeret illud licere.

§. II.

Aſſignantur Annus, item menſis & dies Natales noſtro Hugoni.

2. IGitur Hugo noſter Orbem auxit anno ab eius Creatione 5088. Reparatione 1127.

Eccleſiæ nauem gubernante		Honor.	2.
Imperante	Orienti	Ioan. Comneno	
	Occidenti	Nullo	
Rege	Hieruſalem.	Balduino	2.
	Franciæ	Ludouic.	6.
	Hiſpaniæ	Alphonſo	7.
	Poloniæ	Boleslao	3.
	Angliæ	Henric.	1.
	Scotiæ	Alexandro	1.
	Luſitaniæ	Alphonſo	1.
	Æthiopiæ	S. Zalibala	

Sæculo planè tali, nempe Redemptore digno ſexta, Mundi ætate, toto ferè Orbe in pace compoſito, quando in Europâ noſtrâ vix leuabat gens contra gentem gladium, nec exercebantur vltra ad prælium. Iſay. 2. c. 4.

MENSIS

2. Illò dignus fuit Aprilis, Seruio ſic dictus ab aperiendo, quia ſcilicet Captiuis aperturus erat carceres, quibus exirent. Quamuis Varro ſcribat aliis viſum eſſe ſic dictum à Venereque dicitur Aphrodite. Hinc Horatius.

lib.4. Carmin.Od.11. Idus tibi ſunt agendæ
Quæ dies menſem Veneris Marinæ,
Fingit Aprilem.

Certè Romani in ipſo Veneri faciebant, quippe parenti authoris eorum Aeneæ; ſicut in Martio Marti, aquo ſe ſatos fatebantur.

DIES.

3. *Ei nitalis fuit ille* 9. *Idus Aprilis, quo ipſo* Rhotomagi *in Galliâ celebratur natalis* S. Hugonis *Epiſcopi & Confeſſoris: vndè creditur inditum ei nomen illud ex duobus primum in fonte Baptiſmi.*

4. *Neque vero defuit ei eodem die aliud omen, quando eodem illo in* Meſopotamiâ *celebrantur feriæ Sancti* Amidæ *Epiſcopi, qui in Captiuos Chriſtianos tantâ liberalitate efferbuit, vt pro redimendis ipſis conſecrata Eccleſiæ vaſa venderet & conflaret.*

§.III.

Patria *Hugonis*.

1. FOelix *illa, (etſi nundum* Fœlicis, *) fuit Galliæ Picardia, quam Prouinciam miratus ſum non efferri latino nomine;(liquet enim illud eſſe Barbarum, & ſubſecutum victorias* Romanorum,*)ne à* Cæſare *quidem:* In Coſmograph. *Eadem cogitatio quaſi Thaumantias* Iris *occupauit* Merulam, *ſuperauit* In Geographia. Ortelium. *Sed quidquid illi, Picardia ad occaſum reſpicit Occeanum Britanicum, cum aliquâ portione Normanniæ; ad ſeptemtrionem Arteſiam, &* Hannoniam; *ad Ortum Luxemburgum, & Lotharingiam. Habitarunt eamdem Ambiani, Sueſſiones, Vermenduni Morini. Ad rem noſtram duo loca habet notat, digna, Ambianam, & Fanum Sancti* Quintini, *quod Comitum Veromanduorum aliquando domicilium &* Regium *culæ caput, Auguſta vermanduorum olim audiuit: Quamuis* Robertus Cenales *hanc Auguſtam omninò dirutam velit, nihilque eius ſupereſſê preter Cœnobium ſiue Abbatiam, vulgò Vermand Abbayes. Ambianum autem vrbs eſt, & Epiſcopalis* Sedes, *cuius præſules ſe Comites Nouiomagi & Franicæ pares inſcribunt.*

2: *Vermanduum aliquando Comitatus titulo inſigne fuit. Inter Comites eius (ait Merula) primum inuenio* Hugonem Henrici Primi *Francorum* Regis *Filium,* Philippi *fratrem, qui cum aliis proceribus bello ſacro, quod in* Paleſtinâ *geſtum eſt* Godefrido *Bouillonio Duce anno* 1099. *interfuiſſe legitur.* Succeſſe *ei duo* Rodulphi, *filius & nepos: ex quibus altero hoc ſine liberis defuncto* Comitatus *ad* Regnum *eſt deuolutus.*

Dixi duo illa ad me interim ſpectare, quia nimirum noſter Hugo *in vno illorum conceptus, in alio natus; conceptum* S. Quintino *debet,* Ambiano *natiuitatem, qua in hunc modum euenit.*

§.VI.

§.IV.

Natiuitas *Hugonis*.

1. DEgebat Leonora *eius mater in inſigni Vrbe, de quâ dixi* S. Quintini:*cumq; videret imminere ſibi puerperium, ſolitæ pietatis exercitia in duplum auxit: peregrinationes ad Santuaria aliquot ſuſcepit, vt diui locorum tutelar eam in partu iuuarent. Ex illis fuit inclytum monaſterium* S. Vedaſti *prope* Attrebatum, *Epiſcopii Cameracenſis, diues exuuiis* S. *Hugonis Epiſcopi* Rothomagenſis, *tam tenerè culti à prouincialibus illis vt ob ipſius memoriam plures Galliæ* Reges, *& dinaſtæ voluerint eo nomine vocari, capto exemplo ab* Hugone *Capeto, qui dudum & fæliciter Galliæ imperauit.* Altun. lib. 1 Chronic. cap. 2.

2. *Cum igitur religioſa matrona inuiſiſſet reliquias illas ſacri corporis, & magno animæ emolumento ſicut adipe, & pinguedine repleretur, ſtatuit ſacramentorum vſu diſponere ſe ad partum, quod alii faciunt ad mortem. Vnde & nouenam dierum in* S. Præſulis *honorem celebrauit vigiliis & precibus impenſam: non illa in caſſum, nam in vltimâ ei obtulit ſe in ſomnis videndam virgo mater* Maria, *Filium ſuum ſinu complexa, & iuxta eam genibus inſiſtebat alius paruulus vultu ſpecioſus, qualis cum Chriſto pingi ſolet* S. Ioannes Baptiſta. *Chriſtus D. Crucem humero geſtabat & alter puſio florum corollam manibus, quam etiam obtulit puero* Ieſu; *& iſte ei crucem. Hæſit attonita* Leonora *& auxit ei admirationem* S. *Hugo Archiepiſcopus, qui interim pontificio apparatu reuerendus, pluribus etiam Clericis ac* Monachis *comitatus, Eccleſiam intrauit. Omnes autem ordinatâ ſupplicatione in binos binoſque ſummam aram aſcenderunt: vbi ſanctus* Epiſcopus *profundè inclinatus Virginem matrem atque eius Filium adorauit.* Reliqui *omnes genibus nixi pauimento inſiſtebant, &* S. *Hugo paruulum illum manu prehenſum duxit ad* Leonoram, *addens: Ego ſum* Hugo *aduocatus tuus:* Iſte *puſio tam pulcher eſt ipſe quem vtero geſtas, qui tecum diuidet Crucem, & ambo cum ipsâ agnum ſequeminor.* Protinus *puſio ille in duas medietates illam diuiſit, quarum vnam cùm matri ſuæ tradidiſſet, iterum cum ſancto ſummam aram aſcendit, vbi genibus, vt antea, flexi omnes, qui venerant Ordine exiuerunt, tum autem deciit oſtentum.*

3. Ex perre *facta fæmina, & vix ſui compos prægaudio, reliquias noctis cæleſtium contemplationi impendit, ruminans, & ſecum expendens oſtentum. In quo ne falleretur, ſtatim ac diluxit ſequuto mane totum retulit arbitro ſuæ conſcientiæ, volens ab eo doceri quid hinc interim credere & expectare deberet. Ille autem non nimis ſibi fidens, inducias temporis poſtulauit vt maturius reſponderet. Quo exacto, & cælo interim conſulto, reſpondit, illud eo omine voluiſſe ipſam præuenire, etiam præmunire, ad ſufferenda aduerſa quæ ei imminebant. Addidit fuiſſe vaticinium ſuper infante quem vtero geſtabat, eumque inquit fore magnæ virtutis virum, idque ſignificatum eſſe per hoc quod cum Deipara penes ſe tenebat, non floribus illis quos ſucculentos, & varios*

præferebat. Quod autem Crux inter vtramque diuiſa ſit, ait ominari ingentes moleſtias, quæ vtrique erant ſufferendæ ad agni ſequelam, in quibus etiam ipſa à filio, vterque à Virgine ſorent iuuandi. Quod autem paruulus fœtus mutauerit flores Cruce, aicbat portendere eum voluptatibus dicturum vale, & patrimonio dimiſſo vexillum Crucis prælaturum multis, qui eo ſæculo ſequturi eum erant in recuperandâ poſſeſſione Terræ ſanctæ; quæres omnibus, nominatim infanti accerſeret denique diadema in cæleſti Aula.

4. *Audiit illa, & credidit audi tui, atque, actis Deo gratiis, commendauit ſe precibus Monachorum, quibus etiam numerauit abundè ſtipendium plurium Sacrorum, quæ ad eius votum legerentur. Inde regreſſum molita,* Ambiani *correpta eſt partus doloribus; & nihilominus placidè enixa infantem: Super his monitus Comes eius maritus qui apud* Fanum *degebat, protinus accurrit cum aulicis, omnibus tam matrem, quam prolem viſurus.*

At enim cælum ipſum & ſuperi lætius cælebrarunt infantis huius natales. Fuit enim inibi fœmina demonem hoſpitem habens, quem conata excludere exorciſmis, orationibus, & Sacerdotum authoritate, non valuit; tam obſtinatè ei immanſit dæmonium, nolens mutare coloniam. Qùm tamen tener ille fœtus vtro excluderetur terrâ exeptus, continuò ſuperbus ſpiritus demiſit cbriſtas, & ſeipſo exulauit, reſtitutâ hoſpiti libertate.

§.V.

Regia nobilitas noſtri *Hugonis*, etiam Cæſarea Auguſtæ.

1. *VT aperiam me, hæreo anceps, nam vellim nobilitatem numerare in bonis naturæ, an in illis fortunæ? &, quore ſcunque cadet, exiſtimo illam neque nimis ambiendam eſſe, neque, ſi acceſſerit, reſpuendam. Eſtque notâ dignum quod D. Noſter* Chriſtus, *honores reſpuit, poſſeſſiones abiecit, voluptates longiſſimè abegit; exinaniuit ſe iſtis, non exinaniuit nobilitate, ſed impleuit. Non contentus regio ſanguine, addidit ſacerdotalem: quod acutè collegit quis piam ex illis Angeli ad Virginem iam tum grauidan lam:* Et ecce Eliſabeth Cognata tua, *quæ tamen erat de tribu Sacerdotali. Libet* Auguſtinum *audire:* Cuius fœminæ
Luc.1.v.36. lib.7. quæſt. in Iudic. qoniam nec Sacerdotale tacetur genus, inſinuante *Luca* quod cognata eius eſſet *Eliſabeth* quam dicit de filiabus *Aaron*, firmiſſimè tenendum eſt carnem Chriſti ex vtroque genere ptopagatam, Regum ſcilicet, & Sacerdotum *quod nulli Principum apud nos, ne* Cæſari *quidem contingit.*

2. *Proinde Ego vt* Hugonem *opportunius reddam redemptorem, conabor oſtendere, quam in hoc preſſerit veſtigia communis omnium Redemptoris Chriſti* Ieſu, *non excluſà nobilitate ſed auctâ ad apicem & faſtigia,*

ſtigia. Extincta enim ſtirpe Caroli *Magni in* Ludouico V. *Lotharii F.* Hugo *capetus, cuius poſteri ſunt Valeſij, primus Galliæ Rex conſecratus. & inuntus non item coronâ ſertatus eſt, ſed ipſe* Robertum *F. coronauit. Deindè autem Chriſtianiſſima familia* Valeſiorum, *tredecim* Franciæ *Reges protulit, & ante aſſumptum cognomen continuis tercentum annis Gallici Imperii habenas fælicíſſimè eſt moderata. Item per ſecundum, tertium, & quartum natu Filios Andium proceres, (quorum virtus, & ingenium imperio nata videbantur,) regnorum Angliæ Siciliæ, Neapolis, Hungariæ diutiſſime gubernium geſſerunt. Denique Ducatus Burbonicus præſentium Regum, cæpit à* Ludouico *Claromontano Comite, qui muniſicentia* Philippi *Valeſij Dux eſt nominatus.* Auth. Thea. tom. 3. lib. 5

3. *Auſim ergo aſſerere nullum fere Principem ſertati capitis vixiſſe illius annis, aut prope ſecutis, quem ille non accederet conſanguinitate aliqua aut affinitate. Ad quod ſuadendum ſtatuendus eſt ſtilus in ſolido, & adſtruendum quod fuerit* Regio *ſtemate prognatus, intelligo de Regio Gallorum.*

Rumpatur quiſquis rumpitur inuidiâ. V. Mart. lib. 9. Epig. 99. Tymoth. 1. v. 4.

Totum ante me pronunciauit alius fide dignus, quia, & auctoritate donatus, Aegidius Gonzales *de Auila Hiſtoricus Regum Hiſpaniæ, cuius iſta ſunt verba* Textu *in latinum traslato,* Seruus Dei Sanctus Fęlix Francus natione, epuriſſimo ſanguine valeſiorum, qui dedit Franciæ inuictiſſimos Chriſtianiſſimos Reges, & quidē grandes, patriam habuit Ambianum Ducatum valeſiorum in Picardia: *Quam eius criſim ſimul cum meâ ſit adtruo: noſter enim* Hugo *filius fuit* Ranulphi, *Ranulphus alterius* Hugonis *francij fratres* Philippi *I. Regis Franciæ vterque geniti ab* Henrico *I. Franciæ item Rege. Videat qui volet num noſter* Hugo *hauſerit ſanguinem Regium necne: Ego dico quod vident etiam qui inuident. Pergamus; iſtius* Henrici *Regis coniux fuit* Mahamud. *neptis Imperatoris* Henrici *II.*

4. *Iam verò linea materna eiuſdem vix inferiora ſequetur. Mater ſiquidem eius fuit* Leonora *Filia* Teobaldi *III., cui cognomen* Magni; *Comitis Blecenſis & Campanenſis,* Theobaldi *IV. Soror qui principatus cæpit in* Dux, *patre* Pipini *I. Regis à quo genitus eſt* Carolus *Magnus. Fuitque Ducatus tempore* Clodouæi *Filij* Dogoberti *hoc nomine primi, à quo gloriantur ſe deſcendiſſe omnes Reges etiam Imperatores Chriſtiani, quibus ob iam producta argumenta ſanguine inexus eſt noſter* Hugo, *vel inde Fœlix.*

5. *Quia autem non eſt mei muneris ſequi (quod Apoſtolus vetat)* Genologias interminatas, *remitto lectorem ad alium qui id latè proſequutus eſt* Petrus Lopez *pr. par. Chronic. cap. 3. contentus duabus biſtabulis vtriuſque lineę, tam paternæ quàm maternæ noſtri Hugonis.* 1. Tymoth. 1. v. 4.

§. VI.

§. VI.

Heroica facinora Raynulphi, patris noſtri B. Hugonis.

1. VT omnibus pateat nobilitatem noſtri Hugonis, & ſuorum non fuiſſe ſegnem aut otioſam, non grauabor ſaltem proximi parentis eius Martiani virtutem & beneficia in Eccleſiam collata ex parte proferre. Ad hanc autem ſupponendus eſt mihi, atque etiam lectori ſcitus pernitioſi ſchiſmatis quod contra Innocent. Pp. II. Sepit Petrus Leonis qui in pſeudopontificatum voluit Anacletus dici. Huius & ſuorum furias cum fugeret Innocentius in Galliam tranſiturus, Chriſtianiſſimus earum Rex ad eum exipiendum Piſas deſtinauit Radulphum Comitem, noſtri Hugonis patrem, qui exhibitâ Pontifici, Regis nomine, obedientiâ, etiam exercitum comparauit quo Rogerium Ciciliæ Regem qui Anacleto adhæſit & terras Eccleſiæ occupabat debellaret.

2. In re autem tanta molis merito cenſuit Innocentius maturè procedendum neque pergendum ad bellicam violentiam; niſi qùm ſuauiora remedia fruſtarentur: Vnde poſt celebratum Remis concilium in quo PP. ſuffragiis dictus Rogerius diuis deuotus eſt, ſed in primis pſeudopapa Anacletus, aliique eius complices ac fautores omnes, ſtatuit Romam repetere, quo in itinere Raynulphus ſecuritatem ei præſtitit, & obiecit ſe Rogerio. Qùmque omnes pigeret ſanguinem Chriſtianum fundere Pontifex adhuc ſemel conuenit Rogerium per litteras obſecrans, increpans, arguens in omni patientiâ & doctrinâ, tam ſolide interim vt ijs lectis Rogerius cœperit non nihil moueri ad humilitatem & pacem. Deinde autem qùm ad eum Pontifex Henricum Cardinalem & S. Bernardum Abbatem deſtinaſſet, ipſos quos ab eo petiit & expectauit cauſæ arbitros, ſiue expoſitores, ambo eum in caſtris deprehenderunt ordinantem acies ſuas ad prœlium. Quod dolens S. Abbas Bernardus, & repetitis monitis laſſus denique prædixit ei infœlicem pugnæ ſucceſſum, & victoriam ab hoſte futuram.

3. Nihillo tamen minus Raynulphus pronus ad pacem; diffi.ilis ad cruentam victoriam, adhuc vnâ die diſtulit certamen. Poſtero autem mane Rogerius nouis copiis accedentibus in ſubſiduum ſuum inflatus, ſigna cum hoſte contulit. Leouora Raynulphi vxor conſcia periculi totam ſededit cælo exorando, ad quod etiam puerum Hugonem induxit. Sed & Sanctus Bernardus cum aliquot Monachis in Eccleſiam quandam caſtris vicinam ſe contulit oraturus. Quod cum omnes ſerio feciſſent, vnus eorum ad ſtrepitum pugnantium rediuit ad portam; Vnde diſpiciens quempiã ex Raynulphi caſtris, interrogauit de exitu prœlii, & qua parte victoria inclinaret? Cui alter reſpondit Dauidico illo: vidi impium exaltatum ſupra cædros libani: tranſiui
Pſ.36.v.35 & non erat, tanta enim arogantia, & gloria eius vt fumus euanuit. Sed & ipſe Comes Ranulphus proſequendo victoriam, & perſequendo victos ibidem ſupe-

ſuperuenit: & quamuis in ardore pugnæ tamen fidit equo & acceſſit portam templi cui monachus inſiſtebat, agens Gratias immenſas et habeo ne extendimus habeo Deo atque eiusſeruo Bernardo *cuius meritis ac precibus adeptus ſum tam illuſtrem victoriam parua iacturâ meorum, ingenti cęde inimicorum: qua rapide effatus iterum equum aſcendit, te cecidit aduerſarios palantes ac fugitiuos eâ ſtrage quę* Rogerium *non debilitauit tantum ſed confudit, & coegit ſua repetere in glorium.*

§. VII.

Hugo infans à matre Deo offertur in templo per manus *S. Bernardi*.

1. R*Edit in infante* Hugone, *matre* Leonora; *Abbate* Bernardo *quod olim præceſſit in* Samuele Propheta, *quem* Anna *parens, per* Heli *Sacerdotem maturè Deo obtulit, idque in tabernaculo. Ita enim ipſa* Leonora *tum gratitudinis titulo, vt prolem referret acceptam D. Deo, tum ſtimulo ſpei vt cœleſti benedictione conualeſceret ad frugem. Non abiuit ambiano neque aulam ſuam repetiuit niſi ingreſſa celebre illud cœnobium* Claræuallis, *vbi* Bernardus *Abbas ſeptingentis monachis præſidebat. Eoque magis inde expectabat ſubſidium quòd tantæ molis fabrica erecta eſt quàm maximè liberalitate D.* Theobaldi *IV. Comitis Campanenſis & Bleſenſis, qui* Leonoræ *fuit germanus frater. Hinc accedenti illi totus ille cętus ſanctorum obuius proceſſit in ſuas acies ordinatus. Et ipſe abbas ſacrum celebrauit ſolito pietatis affectu; quo abſoluto inſtar* Simeonis *infantem in vlnas accepit, & obtulit D. Deo, orans eum in ſuum reciperet, & ſuis obſequiis vellet cum matre mancipatum. Deinde autem puerum reddidit ſinui parentis, quam qùm notaſſet præ gaudio lacrimis roſſidam, ipſe ſuas addidit, in quo eum ſecuti ſunt ſequaces, hoc eſt ſeptinginti illi patres.* 1. Reg. 1. v. 26. Alcun. lib. 1 chron. c. 5.

2. *His perfunctis perrexerunt ad aram B. Virginis cui imminet eiuſdem Deiparæ imago, beneficis portentis illuſtriſſima. Modulati ſunt monachi vnam antiphonam: &* Leonora *infantem Aræ impoſuit, virginem orans vt eum dignaretur deinceps in ſuis numerare: Sanctus etiam abbas legit* Euangelium *tam parenti quam proli, quę abeuntes reliquerunt cœnobio teſta tam amborum liberalitatem inſigni vi pecuniæ, qualem etiam in alios pauperes; ibidem erogarunt, & denique in palatium ſuum apud S.* Quintinum *remearunt. Ibi nouo apparatu & feſtiuis epulis excepti ſunt à* Raynulpho *marito, eodemque parente, imo a ſubditis omnibus certatim, ſed reclamante* Leonora *quæ profuſos illos ſumptus optabat in ſubſidium pauperum conuerti. Prouide illa et opportunè quando apud* S. Quintinum *graſſabatur annonæ charitas, et egeſtas pabuli, viſcera pauperum de paſta. Ipſe autem* Ranulphus, *eâ occaſione explicauit horrea ſua et diuiſo in omnes frumento voluit infantis pugnum et articulos ita erigi vt exprimerent geſtum benedicentis. Non fruſtra, non falsò,*

Deus

Deus enim in cælo itâ ratum habuit efficium, vt annona non ſolum ſufficeret plene octiduo feſtiui epuli, ſed & ipſa fames deindeps omnina ceſſaret.

5. *Prodigium hoc (ſi tamen hoc idem ſit ac non magis aliud magnificentiu:) video aliter aquopiam referri quod nimirum parto* Hugone, *ſaltem ſub id tempus tractus Vermand. pars bona Picardiæ, maligno ſidere icta laborauerit miſerâ egeſtate edulij. Obſtinatum cælum negabat terra imbres; ſementis aruit, campi ardore exuſti, coloni conatibus laſſi, omnia deſperationi litabant. In anguſtijs illis* Ranulphi *aula erat inopum aſilum: ſed hæc quoque citra penuriam ſtetit, & domeſtici, ne dominos deſtituerent, mendicos neceſſitati permittebant: denique tamen* ſuſcitauit Deus Spiritum ſanctum pueri iunioris

Daniel. 13. v. 45. cuius nomen *quę enim nutrix baiulabat puſionem, per manum eius ſignum crucis edidit in ſicco aere, & protinus terra quaſi opportuno imbre imbuta frumenta in agris, domi panes maturauit, qui etiam viſi ſunt ſurgere, & creſcere, atque alij ex alijs naſci. Dixiſſes mare Tiberiadis eo fluxiſſe, vbi inter manus Domini hordeum creuit, panes ex panibus nati, ſeipſis ſine fermento tumuerunt.*

§. VIII.

Hugo vix dum trimulus ab *Innoc.* Pp. II. benedicitur.

1. A*D annum Domini* 1130. *extincto Roma Honorio Pp.* II. *Subſtitutus eſt* Innocentius *ſimili numero II. vir eâ ſede, & electorum calcu-*

2. Reg. 24. v. 1. *lis dignus, anteâ Cardinalis S.* Angeli *at enim* addidit furor Domini iraſci contra IsRaeli *eodem die eis paucas horas, alius* Pontifex *erupit Cardinalis* Petrus Leonis, *qui Pontificio nomine voluit Anacletus vocari. Hic verius* Leo *quam Anacletus circuit quærens quæ deuoraret. Expilabat Eccleſias, vaſa ſacra fornacibus immiſſa in nummos recudebat: Cuius immanitatem fugiens* Innocentius *Piſas ſe recepit, vnde emiſit litteras circulares ad Principes Chriſtianos & in primis ad proximum qui fuit Rex Galliarum, paternè monens, vt à Pſeudo* Pp. *tanquam à lupo, & adhuc Leone cauerent. Chriſtianiſſimus autem in ſuâ Majeſtate ſubſtitit aliquamdiu, ſat gnarus negotium nimis arduum, neque temerè aut reſpuendum aut amplectendum. Vnde coegit Concilium prope Pariſios ad quinque leucas, quò etiam acceſſit* S. Bernardus *a Rege vocatus, eiuſque ſolertiâ denique decisum eſt legitimum Pontificem fuiſſe* Innocentium, *ad quem proinde deſtinati ſunt à Rege oratores qui eum in Gallias inuitarent. Ad* Regem *etiam Angliæ H*enricum *IV. noſtri paruuli H*ugonis *patruum, deſtinatus eſt idem S. Abbas* Bernardus.

2. *Primus Princepsque oratorum fuit* Raynulphus *noſtri H*ugonis *Pater, qui etiam* Pontificem *ſecum in Gallias duxit, vbi eum hoſpitio excepit* Theobaldus *eius affinis, frater* Leonoræ, *noſtri* Hugonis *patruus. Quod qùm ipſa intellexiſſet, protinus eò acurrit, paruulum ſinu complexa. Admiſit eam* Pontifex *magnâ ſignificatione beneuolentiæ, iam mariti ergò quam fratris quippe qui ab eorum altero oblationem Regiam, ab altero hoſpitium accepiſſet.*

Ipſa

Ipſa vero genibus eius obuoluta petiit benedici vtrique; atque etiam vt Pontifex paruulum illum dignaretur Deo offerre. Ipſe verò Pontifex erecto altè brachio, & apprecando illis optima, conceptis verbis inquit. Benedictio Altiſſimi deſcendat ſuper vtrumque, & Ego tanquam Vicarius illius eam vobis impertior, In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti: *concedo etiam vobis omnem illam gratiam quam applicare poſſum ex theſauro Eccleſiæ & meritis Chriſti: Oro inſuper diuinam eius majeſtatem, vt omnem quem poteſt fauorem vobis impendat, in quibus deſijt dicere, at non præſtare humanitatem, nam vtroque brachio vtrumque ſolo erexit, paruulum in ſinum ſuum recepit & demulſit amanter, tàm maturè ſpeciſſum; ſed & miſcuit dialogum cum eodem, oppido obluctatus innocentiâ, & linguâ euchari* Hugonis.

§. IX.

Præludia miſericordiæ in pauperes pueri *Hugonis* & exercitia adulti.

1. L*Ongum eſſet hic proſequi pietatis exercitia, quæ paruulus ille, ſe ipſo maior exhibebat ad illecebram amoris, quem in Pontifice* Innoc. *Rege Angliæ, &* Theobaldo *auunculis ſuis erga ſeipſum excitauit. Optabant & ominabantur ei boni optima, quorum augurium ille partim impleuit, partim auxit hoc, quod ſum recenſurus. Notauit paruulus turbam pauperum, qui ad palatium auunculi ſui, quaſi apes ad aluear itiabant; applicuit ſe aluei, unde diſpenſator nummos promebat miſeris diuidendos, & vagitu pro precibus vſus fecit, vt ipſi concederetur. Eâ potius, multâ gratiâ, pari iudicio diuidebat nummos, plures pluribus, quam, ſolis ſenibus quam vegetis, infirmis quàm ſanis, dando totum câ lubentiâ: vt quoniam comes imperauit deinceps permittendas ei eſſe pecunias pauperibus diuidendas, ipſe electo ſe proriperet deinceps ſolito anterius, quo ita maturius pauperum neceſſitati prouideret. Neque adduci vnquam potuit vt ipſe prius ientaculo ſe reficeret quàm pauperibus ſtipem erogaret. Quod cum Comes* Theobaldus *notaſcet, iuſsit pauperes maturius conuenire, ne ſuus nepos cogeretur ieiunium protrahere ipſorum ergò.*

2. *Et quoniam non poteſt ſiſti tempus, ſed debent creſcere paruuli, adoleuit* Fœlix, *& addidit ſe comitem prouectis: quod quùm aliquando cum aliis nobilibus faceret per campeſtria, acceſſit eum inops quiſpiam, idemque infirmus ſtipem implorans. Alii porrexerunt ei ſinguli neſcias quem nummulum:* Hugo *quùm non haberet quod concederet, quippe qui totum iam erogauit, pretioſam clamidem quam præferebat, humeris detractam pauperi porrexit. Iſte benè videns non conuenire ſibi indumentum, ad forum pergens pretio illam diſtraxit. Famuli domeſtici clamidem videntes agnouerunt, & campiorem prehenderunt tanquam furti ſuſpectum, dum non comparuit* Hugo, *qui ſerie rei geſtæ relatâ, & acerbè ferens iniuriam pauperi illatam, illum menſæ ſuæ adhibitum penes ſe epulo excepit & dimiſit aliâ ſtipe ditatum.*

§. X.

Pro explicandà *Hugo* pædià deſcribuntur Theobaldi Comitis virtutes .

1. QVm non poſſet ſalutaribus gnōmis ſuperari pertinatia pſeudo Pp. Anacleti, itum eſt in id conſilij vt Marte magis quam Mercurio tentaretur, armis expugnanda . Commiſſa eſt expeditio pratot principibus Raynulpho noſtri Hugonis patri. Qui Italiam petens vxorem & filium reliquit Peronæ, vnâ exurbibus ſua ditionis . Sed qùm in tumultibus illis fœmina non tam commode degeret domi ſuę , migrauit ad illam germani ſui Theobaldi quem optabat filij educatorem .

2. Vt autem ſciatur à neſcientibus quàm prouide illa proceſſit, diſponam hic paucis que de ipſo Theobaldo apud Authores lego. Fuit enim iſte princeps conſcientiâ nitidus, vitâ compoſitus, ſolidus patientiâ , in iniuriis mitis, in fide conſtans , ſpe firmus, charitate feruidus, ſimplicitate planus, in litibus iuſtus, in neceſſitatibus liberalis, orphanis pater, viduis aduocatus , pauperibus liberalis , in ſubditos ęqus, in adulantes ſeuerus. Si quempiam notaret in virtutum exercitio tepeſcere, erigebat eum oratione, accendebat exemplo . Errantes prudenter arguebat, deiectos amicè confortabat, & denique tam erat exacte liberatus in agendo vt virtutes ad harmoniam & concentum quendam reductę, non inſita ſed innatę ei viderentur . Pręferebat Principem, ſed viuebat monachum: quod ita verum eſt, vt in vitâ S. Norberti legatur eum à Sancto praſule poſtulaſſe ſui Ordinis veſtem, et vitam, iuxta ducendam; ſed ſanctum diuinitùs monitum vtrumque ei negaſſe quod cælum vellet eum ſęculo immanere ad aliorum procerum exemplum, ad regimen ſubditorum, et denique ad hanc quam ſcribimus Hugopediam . Ipſius aula cenſeri poſſet cœnobium; In eius ditione iuſtitia exactè adminiſtrata non reliquit locum inſolentiæ: Pars maxima prouentuum eius impenſa quà alendis pauperibus, quà erigendis clauſtris Religioſorum, et denique Dei obſequijs; per quæ aliaque ipſe adquiſiuit ſibi boni agnomenta, dictus Theobaldus Bonus.

3. Hic fuit primus Hugonis pędagogus ſub quo poſuit rudimenta pietatis matris induſtriâ, quæ prius voluit eum pium eſſe quàm aulicum: Quantum autem Hugo hoc doctore perfecerit, infra latè proſequar qùm Magiſtri eminentiam abſoluero. Tametsì enim multa Theoricè denſentur de cuiuſpiam ſanctitate, nihil tamen æquè impetrat fidem apud audientes ac ſignum e cælo datum , ſiue confirmatio pietatis per portenta: Et ecce vnum inſigne. Ibant aliquando ambo campeſtri itinere, Theobaldus & Hugo pernemus, vbi niuium tumuli frigus aſperarunt ; qùm ex aditis illis erupit quiſpiam miſer , ſeminudus & plenè algidus , qui proinde miſericordiam eorum afflictim implorabat . Huic Theobaldus; et quid (inquit) velles à nobis accipere ? Cui ille, pallium ; et continuò accepit. Sed adhuc inſtitit Theobaldus ſciſcitari , num aliud quid-

piam

piam expectaret, et quid. Cui ille reſpondit, togam: et Theobaldus *protinus exuit togam, eidemque porrexit, ſemper ſcicitans an aliud expectaret? affirmauit alter et optauit thoracem; nec fruſtra, nam protinus â* Theobaldo *accepit Thoracem. Ità vir primarius in adulta hieme ſolo induſio frigori repugnabat. Et nihilominus rediijt ad ſciſcitandum ex paupere, num foret ſatis ei factum? Cui ille ait, adhuc caligas ſibi de eſſe. Quid mores; chirothechas manibus eius detraxit, annulum digito, collare ceruici. Qumque adhuc gallerum pergeret auferre, repulit id tentantem* Theobaldus: *huc vſque licuit inquiens: Si etiam gallerum eripis, caluitiem riſui expones.* Subſtitit *ergo pauper, et protinus deſijt videri; ſed capit intelligi, iam tum enim patuit aliquid vltra humanum, et planè ſpiritus.*

§. XI:

Profectus *Hugonis* ſub ipſo pædagogo.

1. FOrtes creantur fortibus, & bonis
Eſt in iuuencis, eſt in æquis patrum
Virtus, nec imbellem feroces
progenerant aquilæ Columbam. Horat. li. 4. Carmi. Od. 4.

Strophe *nobilis Venuſini, proinde huc pertinet, quia tam etſi ab authore applicita ſit ſementi, tamen eſt fecunda ſenſuum vt etiam pędias et magiſteria complectatur. Vt enim vero prouerbio circumfertur quòd Conſuetudo ſit altera natura, ita veriſſimè dices educationem tranſire in conſuetudinem, et hanc in neſcias quam neceſſitatem Fotum probauit paruus, etiam adultus* Hugo: *qui enim ſtipendia fecit ſub tali duce non potuit in prœlio eſſe piger, ſed magnis itineribus ad victorias et palmas properauit.*

Non ille ſemper paruulus ſed ſemper humilis, fuit ductulis ab obſequia imperantem, quę quadantenùs praxi ſuâ praueniebat. Applicitus legendo ac ſcribendo, equales ſtatim ſuperauit. Lubentiſſimè Miſsis aderat, ſermones audiebat, quos domi deinde eo ornatu, & euphoniâ vocis repetebat vt auunculum, matrem, ac denique aulam omnem non ſolum admiratione ſuſpenderet, ſed etiam ad pietatem flammaret.

2. *Vt autem patruus eius volebat eum quadam artium encyclopediâ inſtructum, ita eum applicuit etiam picturę addiſcendæ, quippe quam nobiles nullà dignitatis iacturà exercent. Ipſe autem* Hugo *libenter admiſit eius magiſtrum, cui exhibuit ſe diſcipulum, cum ea ars videretur ei futura ſubinde pietatis illecebra, & ſancta cogitationis occaſio. Nec errauit ſcopo; cum enim aliquando effigiem Chriſti Crucefixi elaboraret, tam tenerè indoluit vt duo lumina eius totidem flumina lachrymarum in telam pluuia omnes eius colores labefactarent profundè enim ruminabat interim quam different vulnera quę ipſa pingebat, & quæ Chriſtus ferebat, ſpinę à ſpinis, flagra flagris, Claui, Clauis; Qum Imagines Sanctorum formaret, ipſorum virtutes cogitabat, cum Angelos puritatem; atque ita de aliis vſque ipſos floſculos qui eidem mundiciã ac nitorem obiiciebat.*

 3. De-

3. *Deprehenſus eſt aliquando dextrâ penitillum ferens læuâ colorum tabellam, ipſe interim abſorptus ac ſibi ereptus. Et licet tunc diſſimulauerit que circa ſe gererentur, deinde tamen ſuæ conſcientiæ arbitro faſſus eſt ſe ſibi ſubductum ſeria cogitatione vanitatis eorumque in Mundô æſtimantur, quam nihil ſolidi ſit extra æterna. Ex quo deducebat eorum inſipientiam qui tantâ operâ ſectarentur quæ caduca ſunt, negligerent quæ manſura.*

Alfonſ. de Andrada cap.5.

4. *Præ omnibus autem in pauperes pronus fuit. Cum ſecus eum contingeret ex illis aliquem tranſire, reuocabat eum, & omne quod interim habebat eidem erogabat. Ex dimenſo edulij quod ei erat aſſignatum, quotâ meridie dimidium illis tranſmittebat, idque eâ teneretudine charitatis vt delicata quæq; illis reſeruaret, ipſe obuijs contentus. Non potuit ferre quod diſpenſator aulæ ſtipem egenis erogaret, quum id ille per ſe ita præſtabat vt ſubinde plus illis concederet quam à parentibus foret aſſignatũ.*

Deus autem Omnipotens idemque optimus, quippe qui ipſa charitas eſt, ſignificauit ſubinde oſtentis quàm grata ſibi eſſet tam præcox pietas ſuâ ergò ſuis impenſa: eorum Ego aliqua ſequenti §. *exponam.*

§. XII.

Beneficentia *Hugonis* & ſuorum miraculis approbata.

1. A*Cceſſit aliquando* Hugonem *miſer aliquis & ſtipem orauit. Iſte protinus ſenſit ſe intrò moueri ac moneri ad commiſerandum, & paruit ſtimulo occultè eum fodicanti: porrexit enim ei quam potuit: neque eâ contentus retraxit mendicum ſeorſim, & in ſeceſſu illo ſubuculam exuit, deditque illi induendam, ſummè ei commendans ſecretum, ne cui factum innoteſceret. Qùm autem idem* Hugo *cameram ſuam deinde ſubiret, offendit ibi ſub ceruicali induſium multo decentius, multoque melius quam depoſuit, nam vltra augumentum candoris, ſpirabat odorem qui i ſum, alioſque e vicinia demulcebat.*

2. *Sub texam aliud, quamquam non ſolam diſcipuli eminentiam prodat, ſed magis magiſtri. Ibant ambo equis vecti* Theobaldus *&* Hugo *qumque vrbe egrederentur, obtulit ſe illis videndum quiſpiam tam horrendè leproſus vt nemo eum permitteret ſuas ædes ſubire.* Hugo *patienti compaſſus orauit auunculũ vt bonâ ipſius gratiâ poſſet leproſum hoſpitem colligere. Ille autem nolens in certamine pietatis aiuuene anteiri, qùm nepote ſidit equo quem inſidebat, & vterque miſerum deduxerunt in cuiuſpiam vicini ædes. Numerarunt patri familias æs ad eius ſubſtentationem, & curam* Hugo *autem non ſolum alimoniam eius, ſed & deliciat procurabat, tranſmiſſo ei quot diebus ex mensâ ferculo ſapidè condito.* Theobaldus *etiam memor miſeriæ in videbat eum ſubinde, imò ſemper quoties contingebat ingredi aut egredi vrbe; Id que tam ſolicitè vt*

cum

cùm à negotijs ſuis aliò aduocaretur vbi debebat aliquandiu hærere, commendaret eum calidè Hugonis *charitati. Iſte autem qui non egebat calcaribus in ſtadio virtutis, commiſſum ſibi officium benefaciendi non impleuit ſolum ſed exeſſit.*

3. *At enim omnes differre mortem poſſumus, auferre non poſſumus; proinde horridus ille media inter gaudia curæ tot inter delicias ab* Hugone *procuratas diem vltimum impleuit, & acceſſit manes, quod etiam fecit alius* Lazarus à Lucâ *Euangeliſta recenſus. Tamen* Theobaldus *vrbi redditus & adhuc inſtius actorum,* Lazarum *illum repetiuit in ſuo garguſtio, equo fidens, & quibuſcunque eius obſequiis impendendus. Sed omne illud partim ratè, partim irritè. Deprehendit enim eum quem ibi dimiſſit, at non* Lazarum *aut leproſum, quin ſanum ac ſolidum, & aptum conferre potius quam admittere Sanitatem vnde & obſtupuit ſui impos, & impar admirationi. Quod aduertens alter, ità eum eſt affatus: ne a Deo obſtupeſcas, neque diffidas aut oculi vitris, aut palpo tactus. Ego ego, ille ego qui quondam, ſum ipſe quem expectas modo, & alias tot delicijs obſtrinxiſti, Sum inquijt idem ſuppoſito ſed alius fælicitate, tum miſer ac miſerandus, iam commodus & beatus: huc interim diuinitus deſtinatus, in primis vt gratitudinis offitio fungar: quod fateor tibi deberi ampliſſimum; tum etiam vt votis tuis, illis eximiæ humanitatis pondeam ſignificans quam ſim alius ab eo quem hic dimiſiſti. Expectas leproſum, & inuenis lætum cæleſtibus choris aggregatum. Quo dicto diſparuit, & repetiuit cęlum vnde deſcendit.*

§. XIII.

Alia *Hugonis* educatio apud Claramvallem.

1. I*Luſtriſſima huius pueri parens in eo educando ſub auſpicijs auunculi omnibus quibuſcunque ſatisfecit, ſibi ipſi nequaquam, quin adhuc voluit plenum corpus cænobij ei præficere, & in primis caput, Abbatem* Bernardum, *a quo vt ape mel fugeret ſi ſapere vellet: ſi deſpere, aculeum. Igitur eum in* Claramvallem *deſtinauit, quo alij adoleſcenæes ortu nobiles edem fine conuenerunt, & inter ipſos* Henricus *Princeps* Philippi *Franciæ Regis filias qui illa ſchola tantum profecit vt vt noluerit ea ex ire ſed hæſit in eodem cænobio monachum profeſſus.*

2. *Hunc in primis exprimendum ſibi propoſuit* Hugo, *& verò ſequebatur, arctè eius veſtigia premens. frequentato choro, ſub eundis laboribus, lectione diuinorum. Quę & alia Ordinis exertitia ita illi arriſerunt vt etiam ipſe voluerit ſe ei mancipare, indui monachum & profiteri. Sed obſtitit tenera eius ætas, & Sancti Abbatis præuidentia qui iam tum cœlo didicit eum a Deo deſtinatum non ſub eundo Ordini quem alius inſtituiſſet, ſed alteri inſtituendo.*

3. *Hæ-*

3. *Hæſit tamen apud* Claramvallem *aliquandiù cum cognato ſuo quondam principe, vbi contra vſum multorum præſtabat quæ non promiſit, cum alij non præſtent quæ promiſe. unt. Sciebat monachatum non conſtare ſolo cucullo, neque vertice raſo, ſed virtutibus quas ille tam ſtrenuè ibi exercebat vt cederet monachis in exemplum. Sufficit lectori meminiſſe academiæ in quâ ſtuduit, puta* Claræ vallis: *doctoris ſub quo profecit ſcilicet Sancti* Bernardi, *cuius vtriuſque energiam ad virtutis amplexum ſua debet abunde quod ſub texo.*

4. *Cum aliquando* Hugo *per vrbem incederet cum auunculo* Theobaldo *incidit in vnum, quem ob enormia crimina ſatellites ducebant ad ſupplicium, iam iam patibulo appendendum. Mouit ſpectaculum* Hugonem, *qui ſentiens ſe intrò percelli miſericordiæ ſtimulo, & quaſi illiqueſcere compatiendo, ſupplicem ſe ſtitit auunculo, vt ſi credi ſum vellet ſe ab illo amari, in gratiam ſui ignoſceret reo & permitteret eum porrò vitam producere. Renuit id auunculus, quamquam nepotis amans: ſed nepos rediuit ad præces, & agit iterum aduocatum damnato. Alter autem obſtinatus rediit ad repulſam; & addidit nebulonem illum redidiſſe ſe indignum eâ gratiâ, relapſu, & repetitis vicibus facinorum. Si iam primùm peccaſſet pronum ſe fore ad audiendam vocem orantis: iam autem præiudicatum irè iuſtitiæ ſi toties ignoſceretur indigno.* Hugo *cum ſe imparem videret perum pendæ iudicis ſeueritati, adhibuit Sanctum* Bernardum *cuius facundia tantæ emphaſis fuit vt denique* Theobaldus *reum vtrique concederet, vel ideo quàm maximè quia ſpoponderunt ei non modo peccandi finem, ſed vitæ nouitarem, quod & alter præſtitit, & Hugo præuidit. Fuit enim facinoroſus ille deinde egrege monachus, & obiit in opinione Sanctitatis.*

§.XIV.

Hugonis fortuna aduerſis pulſata.

1. E*GO illa vt expectanti lectori propinem neceſſe habeo communem tunc temporum calamitatem præmittere. Fuit autem ingens, & inde oriunda quod* Ludouicus VI. *Galliarum non contentus regno, voluit etiam Sacerdotium ſibi ſubdere, ac pro libidine conferre & auferre: & reipſa depoſuit ſuâ ſede Archiepiſcopum Vituicenſem. Acerbum id fuit* Innocentio *Pontifici, qui neque tolerare facinus poſſet, neque ſimultates incipere cum principe cui ſe ſentiebat obſtrictum. Cum ergo eum placide in ſuas partes trahere non poſſet noluit cenſuris Eccleſiaſticis illum inuoluere ſed ſcripſit* Theobaldo *quam ſepe diximus. Comiti vt Archiepiſcopum rurſus ſedi reſtitueret. vidit iſte.*

Periculoſę Plenum opus aleæ.

Horât. lib. 2 Carm. Od. 2 *& Regem in rabiem agendùm, neque tamen deſtitit* Pontifici *parere, ſed exterrem præſulem in throno ſuo collocauit. Rex quaſi furiis actus, coactis proceribus regni deliberauit cum illis ſuper vindictâ ſumendâ de* Theobaldo, *&*

ditio-

ditione eius deſtruenda, amicis vexandis, & quidquid foret quod maximè ei ob fuiſſet inferendo. Quia autem regius exercitus iam tum parebat Raynulpho *eius affini, veritus ne forte hic ei contra ſe faueret, conatus eſt moliri aliquid quo vnum ab altero alienaret. Et verò inuenit impium ſtratagemma, ac dignum Diabolo authore. Voluit* Leonoram Theobaldi *ſororem a* Raynulpho *dimitti, & duci* Petronillam, *ſororem eius, quæ nupſit* Delfino *Galliarum hæredi. Factum id per vetitum nefas:*Leonora *repudio abſciſſa adultera declaratur.* Hugo *eius heres ex hęreditate mulctatus, vt illegitimè natus: omnia rursùm prorsùm voluit tàm impiè, et crudeliter, vt omnis conditio, ſexus, & ætas eadem tempeſtate inuoluerentur. Patratæ cædes, expilatâ monaſteria, ſanctimoniales offenſæ, & deniquè videre erat quaſi in Theatro quidquid malorum potuit Infernus ructare. Quando idem Impius Rex curauit aliquandò intrà vnam Eccleſiam incendi mille quingentos huiuſmodi.*

2. *Hinc Ego iuſto poſliminio reuertar ad præſcriptos parentem, ac prolem* Leonoram, & Hugonem *qui bonis ſpoliati, à ſubditis deſerti, cognatis, affinibus, amicis erant odioſi. Tantus furor Regem incuſſit, vt nemo auderet illis fauere, & omnium minimè* Theobaldo. *Quid ageret tàm miſera Trias, in quibus pietas plectebatur: & prò crimine erat fidem coniugi, obedientiam Pontifici, Deo innocentiam ſeruaſſe? Vidit iam tunc* Leonora *non ſomniaſſe ſe quod in ſomno aſpiceret a* Christo *D: diuiſam Crucem inter ipſam, & Hugonem, cuius trabs aliqua quemque illorum contingeret tanto pondere, hoc eſt, tot moleſtiis portanda. Non eſt Artis, aut Eloquentiæ vllius verbis aſſequi, quæ omnes illi, ſinguli que in tàm ſæua tempeſtate debebant deuorare. Neque tamen omnis illi potuit vllum eorum ad ſcopulum impatientiæ allidere, ne dum infidelitatis, aut deſertæ ſpei. Non ſunt audita eorum murmura, non notatę querelæ quotquot erant. omnes ſingulique ſubſcripſerunt faciles diuinæ voluntati, quam etiam armatam flagello, & ferrientem ſe adorabant. Vnus alterum, parens filium, iſte Matrem, vterque auunculum, animabant ad procellam hanc patiendo frangendam.*

3. *Quod noſtrum eſt aduerto, ſcilicet iuuenculum* Hugonem *vix tùm Duodennem, tàm teneram carnem maceraſſe ieiuniis, triuiſſe flagellis, ciliciis aſperaſſe, quum etiam cœlum lenià & repetità oratione pulſaſſet, vt interim illi rorarent miſericordiam, & nubes ſaltem Iuſtitiam pluerent: aperiretur terra, & germinaret aliquem omnium Saluatorem: Non ſurdo cecinit. In primis enim vice aliqua tàm callidæ orationis vidit ſpiritu venientem ad ſe Reginam, cuius ſinu filius ferebatur, qui exertis brachiolis, circumplicuit illa collo Hugonis, quem eſt arctè amplexus: Addit:* Animæ quidem eſto, & mactus animo, tota hæc tempeſtas cedet ſereno; & vniuerſum regnum fruetur quamtotius tranquillitatē pacis, quam expectat: *Quo dicto diſparuit cum parente. Non fefellit ſponſor audientem, neque defuit vaticinio fides, cuius implete pars magna debetur induſtriæ Sancti Abbatis* Benardi, *vt in annalibus eius legis. Ego titulum §. proſequor addendo* Hugonem

Orpha-

Orphanum, quippe qui paulò poſt media inter gaudia pacis matrem amiſit notum quam nobilem, quam Deo, & ipſi charam: ſed amiſit ad reddendam crucem Hugoni. *Ille ergò defunctam proſecutus eſt lacrymis nullâ ſpongeâ tergendis, proſecutus precibus, non ſuis ſolùm, ſed aliorum, maximè regularium, & vulgi mendicantium, quibus largiſſimè ſtipem erogabat pro eius non modò mortuæ ſalute, ſed & moribundæ ſanitate, ſi fortè D. Deus vellet eam ſibi lentiùs viuere, & tardius mori. Quod cum aliquando ſtrenuè ageret, & intenderet neruos orationis coram icone crucifixi, accepit hanc vocem inde emiſſam:* ne perge petendo, ſed permitte matrem tuam tandem aliquandò quieſcere: Tu interim in me patrem, & matrem inuenies.

§. XIII.

Hugo in Aulam à Rege *Ludouico* conſobrino ſuo vocatur, vbi de portento ab eo Patrato.

1. D*IXI pacem Regno redditam, cum qua honorem* Hugo Leonoræ *maritum recuperauit: Quià autem addidi aliud nimis verum, nempè eiuſdem* Leonoræ *mortem, Proindè* Ludouicus R*ex noluit* Ranulphum *legitimis nuptiis maritare* Petronillam, *quam ante ſacrilegis acquiſiuit. Et quoniam ille prouidè cenſuit non tam commode fore priuignum apud nouercam, voluit H*ugonem *noſtrum ſuam Aulam accedere cum aliis magnatum prolibus regie educandum: & factum, acceſſit Aulam: Aſſignatur ipſi aliqua pars Palatii, itemque omnis generis miniſtri, etiam magiſtri, qui eum omni militari arte imbuerent, tùm Equis in catadromo ſubigendis, tum torneamentis, haſtis, arundinibus explodendis, aliiſque pro more, in quibus ille paſſus eſt ſe exerceri, vt reſponderet potiùs genio Regis, quàm ſuo quem iam olim deſtinauit piorum librorum lectioni, Eccleſiarum frequentia, vſui Sacramentorum, atque id genus exercitiis pietatis, vt videri poſset D. Deus ideò eum Aulę induxiſſe, vt cæteros ſuo exemplo reduceret, ac reuocaret a nugis ad ſeria, & veræ probitatis amplexum, cum ipſius vita videretur tacita aliorum, ſi non emendatio, certe autem reprehenſio. ille enim quam potuit, commode ſubtrahebat horas aulicis parergis impendendas Xenodochiorum acceſſui, infirmorum viſui, etiam obſequio.*

2. *Erat etiam litterarum ſtudio addictus, &* Sorbonicam *Accademiam lubens accedebat; intererat diſputantibus, aderat profitentibus; & denique in eorum conſeſſibus profecit ad eam ſcientiæ eminentiam, quæ deinde illi in ſolitudine magno fuit vſui. Fuit etiam a natura editus ad omnem modeſtiam, ac verecundiam, adeo, vt rariſsime viſus ſit ridere: ſolide hilaris, & ſobrie pro re natâ, ne notari poſſet moroſus: Cautus admodùm in domicelis Aulæ accedendis, & tàm cautæ moderationis, ut non facile concederet ſe preſente, aut Dei nomen iuramentis, aut abſentium famam detractionibus laceſſiri. Oderat adulatores, & mendaces, neque ipſi vmquam vlla fictio excidit, quantumcumque certò ei conſtaret aſſertio veritatis.*

3. *Il-*

3. Illum Rex ſubindè ſecum venatum ducebat; in quâ praxi ille pietatem exercebat, compaſſus iumentis, quæ dolebat ſinè ſuâ culpâ cædi. Reddebat Sanctum Romoaldum, qui cum Sergio Patre venatus, captus eſt amore nemorum et iam tùm prurivit ad ſolitudinem ſyluarum. Subibat illi ſeceſſus Lau. Surius Claræuallis, quam longiſſimè aulico faſtui, & turbulentię prȩferebat; vt videretur Deus deſtinaſſe illum vitæ anachoreticæ, aut auſpicem, aut ſectorem.

4. Iuuerant eum apprimè ad hoc conſilium opere implendum duo caſus, qui deindè proximè in Aulâ euenerunt. Enim verò cùm Rex celebraret, neſcias quod Bachanal feſtiuo apparatu, tàm denſo hominum concurſu, vt tecta non caperent turbas, quamuis capaciſſima, debuerunt tabulata erigi, & quaſi repeti contignationes; quarum impar oneri ſtrues, cùm non ſufficeret turbæ quâ premebatur, cœpit fatiſcere, & denique fractum, ſuâ ruinâ plures oppreſſit, quà vitâ, quà membris mulctatos: vidiſſes mancos brachiis, ruptos cruribus, capite colliſos; multos morte extinctos, plures agone moribundos, quorum centuplex miſeria, & commiſerantium ploratus admonuit Hugonem Aulicæ fragilitatis, & quòd ſit illa theatrum verè vitreum, quod vectores ſuos ſæpè opprimat, ſemper fallat: propter quod vertit aliò ſua vota, & expectabat cum Abraham ciuitatem fundamenta habentem, quam, & accepit. Hebr. 11. v.10.

Alter autem maiori notâ dignus, ac donatus fuit qui calente adhuc haſtiludio, & torneamentis, cum ludiones illi, equis inſidentes, impactis lanceis feroculi, ad pompam interim, eminùs, cominùs ſeſe impeterent, modò rectà progreſſi, aliàs in gyrum acti volubiles, & equis ſubindè in aera elatis, aliàs ſolo pulſato celeribus, aliquandò in ſpeciem fugitiui, nonnumquam ad periculum conſtantes, ſecum iumenta fatigarent; quidam non æquè emeritus equitando, & qui plus animi quàm artis ad ludum attulit, equum validè impulſum, ſecum humo illiſit, omnium opinione proindè extinctus, certè autem proximè extinguendus. Iſte aut caſu, aut curâ cælorum, propè ſe Hugonem habuit, qui protinùs ei adequitans, & deindè illo fidens, miſerum illum apprehenſo brachio attrectauit, et indixit, vt in nomine Sanctiſſimæ Trinitatis, Patris, & Filii & Spiritus Sancti, erigeret ſe, & ſanum oſtenderet. Res ſtupenda; quæ proindè circumfuſos admiratione ſuſpendit; ille equo præcipitatus, & humo valenter illiſus, nullâ ſpe vitę ſuperſtite, ad illam Hugonis (atque illi Fœlicis) vocem, erexit ſe ſanum, & oſtendit omnibus, tàm certò, & ſeriò, vt iterùm equum conſcenderit, cum aliis, vt anteà, luſurus.

5. Hic permitto lectoribus criſin, quanta Hugonis ſanctitas, adoleſcentis gratitudo, Aulæ vulgique æſtimatio, de noſtri nec dum Fœlicis fælicitate; & diuinâ vi, quam in frequenti hypodromo, infinitis teſtibus exhibiuit admirandam, & tanto ampliùs notabilem, quanto rariùs in Aula contingunt hæc phænomena curationum, quæ indè plerumque profligata, videntur ad cœnobia, & eremos tranſiuiſſe.

§. XIV.

Hugo Febre corripitur.

2. Corinth. 12. v. 7.

1. NE magnitudo reuelationum extolleret *Apoſtolum*, datus eſt ei *diuinitùs* ſtimulus carnis ſuæ, qui eum colaphizaret: *Paulo illi certò, at non eidem ſoli, quem in hoc* Hugo *imitatus, à patrato portento febrim contraxit, quartâ quâque die ſauientem. Fodiebant eum aculei doloris, adimebant ſomnum, ejum auferebant, neque tamen elicuerunt ſyllabam querelę, non concepta vota prò poſtliminio ſanitatis, quam permittebat liberrimo arbitrio Dei ferientis: vſui tantùm erant vt blandientem famam, & portento adquiſitam, æquilibrio aduerſi compenſarent; vt ſpiritum premeret qui ex talibus ſolet tumere, & perſuadere authori, quòd ſit aliquid ſuprà nihil, ſed falsò; quando ſuperpondium illud non proprium eſt, ſed alienum, ſcilicet Dei ſolius. Nam imperare Naturæ, non poteſt eſſe naturale. Reuocare ab inferis, ad ſuperos pertinet; Mederi ſine tractu temporis, ſinè vſu pharmacorum, eius eſt qui e nihilo res educit, non ullius qui è nihilo ipſe prodiuit.*

Ibid, v. 9.

2. *Cæterum ille iterùm Apoſtolo doctore per huius morbi paſſionem profecit, expertus,* quod virtus in infirmitate perficitur, *quaſi ad cotem acuta, aut aurum in fornace, nam ſubſeſſiuis horis ille iactum cogitationis emittebat in fortunę perfidiam, Aulę inconſtantiam, cuius quaſi theatri ruinâ complices opprimuntur. Vidit volatica gaudia quaſi in ſcenâ celebrari, digna ſpretu, indigna procatu: ac proindè ille palati ſui guſtum ab Aulà ad cælum tranſtulit, hoc eſt, à tempore ad æternitatem. Interim Deo gratus, quod eum dignatus ſit in paleſtrâ aduerſitatis exercere, quâ ille, tanquam thus igne incenſum, aromaticum vaporem exemplo patientiæ emittebat. Notabant enim Aulæ proceres adultam in adoleſcente virtutem, canam in puero prudentiam; vt taceret ore, prædicaret opere, atque illâ incude pectoris ſui retunderet malleos fortunę naturam labefactantis.*

§. XV:

Hugo Cruce Belli ſacri pro recuperanda Paleſtina ſignatur; & quæ ei interim acciderunt.

1. O*Pus eſt præludere huic pugnæ hiſtoricum etiam, quaſi rorarium veliten, vt bellantum indè indè exercituum prælia accuratius capiantur. Igitur* Innocentio II. *ſedem* Petri *premente, Hieroſolymis regnante* Falcone *quarto à* Gottifredo *Buglione, qui* Paleſtinam *Turcis eripuit, Quidam horum Tyrannus* Alaf *nomine, collegit ingentem manum armatorum, ac totâ ipſâ* Falconem *inuaſit, & re ipſa Edeſſam expugnauit, atque alias, aliaſque terras, quarū colonos diris ſuppliciis exagitauit,* Rege *interim feriante, & quaſi otioſo teste ſuis oculis ſuorum funera ſpectante. At non impunè; luit enim ſocordiam,*

diam, tum ve natu diſtentus, dum prædã inſequeretur, equus, cui inſidebat calcitrans, cadenſque. ſolum ſuâ mole pulſauit, & Regem infrà deprebenſum, ſui ruinâ oppreſſit. Qui ſucceſſit ei Baldouinus III. in indice Regum V. timens iacturam Hieroſolymorum, & hærenter totius Terræ ſanctæ, expediuit legatos ſuos ad Pontificem in primis, hinc etiam ad ſæculi Principes, fidei Chriſtianæ profeſſores, vt laboranti Paleſtinæ ſuccurrerent, nec permitterent ſancta canibus.

2. Quo in ſtudio noſter Hugo ſtrenuè partes Chriſtianas egit, ſuggerendo ſalutaria Regi, inculcando opportuna Senatui, cominùs præſentes, litteris abſentes allocutus. Et cum omnes ſe diſponerent tàm ſacræ expeditioni, tamen primus, qui crucis vexillum ſuſtulit, fuit noſter Hugo, qui Regem comitatus in Syriam, ſicut domi aulicis, ità peregrè militibus præiuit exemplo probitatis, vt videri poſſet adhuc in Burgundia hærere Monachus Claræuallis. Veſtis ei moderata, verba modeſta, familiaris lectio piorum librorum, frequens Sacramentorum communio; nec inter arma, oliuæ obliuiſcebatur; vbique miſericors, ac pronus ad egenos iuuandos, & denique quaquàuerſum talis, quem diceres Angelum cælitus deſtinatum ad milites compeſcendos, Regem alloquio conſolandum, quando expeditio illa ſummè infælix fuit, ipſo Ludouico, toties à Barbaris victo, ob honorarios prætextus, & ſuperioris loci ambitus, qui Conradum Imperatorem adeò occuparunt, vt in ſummis periculis Ludouico ſe ſubduceret. Verum eſt adfuiſſe Rogerium Siciliæ, & Baldoinum Hieroſolimorum Reges, qui etiam Damaſcum obſederunt. Sed ob penuriam victus, & adbuc maiorem potus, cum aqua militibus ità deeſſet, vt omnium penè valetudo morbis tentaretur, & plurimorum mortibus deficeret, coactus eſt cùm paucis qui ſuperuixerant, inglorius ad propria redire.

§. XVI.

Hugo Sacris Ordinibus initiatus, abdicat ſe Patrimonio; & nomen mutat.

1. NOn eſt malum in ciuitate, quod non fecit Dominus, quia nil tam abſurdum, vnde ille non elicit oportunum, quaſi ſugeret mel de petrâ, oleumque de ſaxo duriſſimo. Iſta, quam retuli tragedia ſacræ expeditionis, tàm fauſtè cògitata, quàm infauſtè geſta, deſijt in inſignem methamorphoſin Regii adoleſcentis Hugonis. Hic enim indè redux, & ægre viſus ob aleam infæliciter iactam, nec minùs ipſe motus tot orbitatibus familiæ ſuæ, tot aliorum mortibus, vidit Regis maieſtatem vitreum theatrum eſſe, cui niti non poſſis, niſi opprimendus. Meditatus eſt Mundi huius ſtolidam ſuperbiam, & inſanam cupiditatem eorum qui dies inquietos, noctes inſomnes ducunt ob floccum aliquem lucri, bracteam qualiqualem bonoris. Calent, algent, fatigantur ad

Amos 3. v. 6.
Deuter. 32. v. 13.

ad ea adipiſcenda, quæ etiam acquiſita, non extingunt ſitim ſui, ſed irritant. Miſeros dicebat, nec miſerandos, quos aliena pericula non docent, ſed debent ipſoipſi non perdere tantùm, ſed perire. Quanto ſatiùs illi eodem pretio emerent æterna? atquè alia id generis,quæ cùm illi arctè inſediſſent,voluit exequi,atquè à profanâ militiâ ad ſacram migrare. Neque id neſciuit, aut neglexit Satan, æternus pietatis hoſtis, ſed voluit aduerſis machinis cæptum ædificium labefactare. Obijciebat ei voluptates quas dimittebat, iuuentam quam amitteret, vitam quam fruſtrà accepiſſet. Repetebat pericula Monaſticæ difficultates ſolitariæ, incommoda vtriuſque, amplitudinem fortunæ quam Aula ei præparauerat, maiorum faſtum, & patrimonium,quæ ipſum, quippè hæredem,expectabant: Nec deerant adhuc alij priſci ſerpentis ſibili,quibus ille, vt occurreret, ſtatuit ſuo conſilio in his diffidere, vti alieno: Quod vbi factum, ille deniquè maturè cenſuit ſacros ſuſcipiendos Ordines Sacerdotii, ſeque Eccleſiaſticæ militiæ adſcribendum; quod & fecit, ſecundùm quoſdam protinus, idque Pariſijs; tametsì non deſit, qui malitjeum in primis ſolitudinem ſubijſſe,eâque aliquot annis cultâ Ambiani *initiatum à* Theodorico *Epiſcopo*.

2. *Fuit id clam omnibus digeſtum, nequè tamen Patri eius ingratum, qui cum ex ſecundâ coniuge liberos ſuſcepiſset, libenter admiſit patrimonium, quod* Hugo *dimiſit, inter illos diuidendum: Ipſe autem tantùm abeſt, quòd hoc temerè fecerit, aut factum pœnitentiâ retractaret, vt liberrimâ ſponte non ſolummodo patrimonia abdicauerit, ſed & patrem, conſanguineos, conſobrinos, notos, amicos, & amantes, &, quod maius eſt, ſeipſum depoſito nomine* Hugonis, *quod in* Fælicem *recudit*.

§. XVII.

Hactenus *Hugo* iam Fœlix, ſolitudinem ſubit à *S. Fiacrio* Hiberno incolatu ſuo conſecratam.

1. P*Robè nouit neomiſta quanto oneri ſcapulas ſubiecerit, cum ſacerdotium ſuſcepit; non fuit docendus quot paraſangis ſanctitatis* Fælix *debebat* Hugonem *ſuperare: hoc eſt, Eccleſiaſticus Aulicum, Sacerdos Militem, Presbyter prophanum. Vndè, vt reſponderet cæptis, ſtatuit ſe cæterorum conſortio ſubducere, & ſibi vendicare. Didicit autem de quodam heroe ſancto, nomine* Fiacrio, *patriâ Hiberno, ſiuè (ſi mauis) Scoto-maiore, hoc eſt, veteris, & maioris* Scotiæ, *alumno; ſpero enim lectores non adeò ieiunos in ſuctu hiſtoriarum, vt neſciant vocabulum* Scotia *duobus regnis fuiſſe olim commune; ex ijſque aliam maiorem, aliam minorem dictam, Hibernorũ honore, ſed & damno: Nam ex hac mononomiâ,*

nomiã, plures plura ornamenta eius ad aliam minorem tranſtulerunt. Quod vt ſciar ſolidè ſcribere, adhibebo hic veterum clariſſima ſcita, qui Hiberniam Scotiam *appellarunt, & Hibernos Scotos.*

2. Ethicus *Coſmographus in deſcriptione Europæ:* Hibernia(*inquit*) *à* Scotorum gente colitur. *Ecce Hibernos Scotos. Cl.* Claudianus *in quarto Conſul.* Honorij, *deſcribens luctum* Hiberniæ *ſuper ſtrage auxiliarium copiarum, quas miſit in* Britaniam,

Maduerunt ſanguine ſuſo
Orcades, incaluit Pictorum ſanguine Thule,
Scotorum tumulos fleuit glacialis Ierne;

ſine dubio ſuos, non externos, adeòque ſui, ideſt Hiberni tunc dicebantur Scoti. Sed quia hunc locum alibi ex authore protuli ad iſtum ſcopum, hic interim volo eum mutatum, certè autem auctum alio eiuſdem, iſto. In Monum. poſthum fa: Ioan. Duns Scoti Tom. 5. operum.

Me quoque vicinis pereuntem gentibus inquit
Muniuit Stilico, totam qùm Scotus Iernam
Mouit, & infeſto ſpumauit remige Thetis,
Illius effecit virtus nè bella timerem
Scotica, ne Pictum tremerem. &c. Panag. 2. Stilicon.

Quomodò enim Scoti totam Hyberniam mouiſſent niſi ipſi Scoti eſſent Hyberni?

Proſper *Aquinaticus Epiſcopus Rhegiens: de Cæleſtino Romano Pontifice ſcribit, quòd ordinato Scotis Epiſcopo, fecit Inſulam Chriſtianam. At verò liquidum eſt Cæleſtinum Hibernis tunc Epiſcopum dediſſe, non Albionibus, adeoque.*

3. *Et quoniam prætendere quiſpiam poſſet hunc vſum vocabuli viguiſſe aliquando, ſed olim; & deinde antiquatum, proferam teſtimonia Authorum, qui Sancto* Fælici *ſincbroni erant, ideſt duodecimi ſeculi, & reputarunt ſynonima vocabula duo hæc* Hybernia, Scotia. *Quoties huc vſque retuli* S. Bernardum *ſummè amicum, ſummè deuinctum fuiſſe* Theobaldo Hugonis *auunculo,* Raynulpho *patri,* Leonoræ *parenti; propter quos* Hugo *ipſe erat ei in delitijs: Et tamen idem* Bernardus *in vitâ Sancti* Malachiæ, *quem Hybernum fuiſſe preſſo ſtylo, & calamo ſtillante deſcribit, de eodem pronuntiat:* Ab vlteriori Scotia vſquè cucurrit ille ad mortem. *Denique, ne diutius circumferar,* Laur. Surius *gnarus veſtigator veritatum, tom. 4. profert egregiùm M. S. codicem Eccleſiæ* Traiectenſis, *in quo hiſtoria vitæ S.* Fiacri *incipit:* Beatus Fiacrius ex Hyberniâ, nobilibus ortus parentibus. *Quid adhuc deſideramus teſtimonia? quæ qui volet ad crapulam, & ructum, legat* Mellingamum *in Florileg.* Colganum *in antiquit, &c.*

4. *Atque hæc Ego ne paterer imponi lectori per anceps vocabulum, quod poſterorum vulgus priſtinæ ſignificationi detraxit. Poſſum etiam ipſe alibi conſuli ſuper eodem, Tom. quinto Scot. defenſ. in* Monumento poſthum. fam. Ioannis Duns, &c. *Hunc*

Hunc ergò Heroem propoſuit ſibi ſequendam noſter (proinde) Fœlix *; itâ non fictè, vt ad litteram (quod aiunt) veſtigia eius premeret , hoc eſt habitaret tugurium , frequentaret ſacellum , hortum coleret; de quibus proximè : Interim eſto ,*

§. XVIII.

Sanctitas , & miracula Beati *Fiacrij* breuiter perſtricta .

1. Q*Via non poteſt tranſumpti fides conſtare , niſi conſulatur authographum, proindè Ego , vt oſtendam quàm exactè* Fælix *expreſſerit* Fiacrium *, ipſum hic magiſtrum ſuis coloribus depingam : at non omn ibus ex æquo , nec dubia pro certis vendam, ſed ſuis quodque baſibus ſuffultum . Fuit igitur* Fiacrius *certò nobiliſſimi ſtemmatis , incertò Regij, (quanquam nonnulli authores tàm preſsè ſcopum feriant vt auſint Regem patrem nomine ſuo inſignire, ſcilicet illo* Eugenij) *qui ementitâ veſte , Aulam eluſit, & voluntario exilio ſe mulctans, in Gallias nauigauit . Ibi aliquandiù peregrè degit, dùm non montem* Brodelia *aſcendit, in Epiſcopatu Ambianenſi , Prouinciâ Picardiæ, planè quaſi D. Deus vellet eum prodromum , noſtro* Fælici *domicilium præparare . Non opus eſt adiacentia Brodoliæ hic minutim proſequi, quod iam à me factum eſt ſuprà in geographicâ deſcriptione* Ambianis *ſufficit hic addidiſſe, quod mons præruptus ſit, ſuperno ſitu horridus, virgultis vndique opacus, niuibus etiam rigens , quæ cum liqueſcunt , tot torrentibus in vallem præcipitant , vt ibi fluuium reddant , ſubinde piſcoſum . Alit etiam Ceruos , venatui & aucupio opportunus .*

2. *Hunc inceſsit S.* Fiacrius *Hiberniâ egreſſus cum ſocijs aliquot , qui omnes magnis itineribus propoſuerunt ſibi ſequendos , etiam aſſequendos , priſcos Aegypti, & Thebaidis anachoretas , nec retrò ſteterunt, noctu , & interdiù diuinis laudibus occupati; non ſegnes ad opus laborabant manibus agricolæ, ferebant fruges hortulani, alebant inopes, colligebant peregrinos. Interim autem ſui carnifices, corpora ſua domabant quà ieiunorum macie , quà flagrorum impactu; humum ſomno premebant , aut , vt delicatè, tabulatum; cilicia carni obducta nunquam exuebant; oratione ſolâ vocales, aliàs ſilentio muti erant. Denique Angelis propiores quàm hominibus, cæperunt cælum aut habitare, aut facere : Itá omnes , & præ omnibus ſanctus* Fiacrius *, quippe dux , & auſpex aliorum, electus vt Sol, non domeſticis ſolùm , ſed exteris adoratus , qui proinde turmatim eum accedebant ęgritudine quâcumque pulſati , ſolo eius tactu ſanandi . Ipſe autem ex tantâ populorum frequentiâ voluit non popularem auram metere, ſed exercitium charitatis. Acceſsit ergò Epiſcopum, & orauit vt ad colligendos hoſpites, & focillandos inopes, eius bonâ gratià poſſet montẽ illum parte aliquâ demoliri in planitiem reducendum . Annuit Epiſcopus, & indulſit ei ad ſementem tantum illius rupis quantum per diem vnam poſſet cauatâ foſsâ circumdare : quod audiens* Fiacrius *ſcipionem ſuum apprehendit , eoque*

humum

humum ſignans, fodit altè, quacumque ſignabat cedentibus virgultis, ſaxis retroactis, quę omnia tantùm ſoli ei ceſſerunt, quantum voluit ſanctus iaciendo ſemini deputare.

3. *Et ecce noui portenti ſeminarium: Fœmina quadam interim ſubibat montem cùm hiaret, & admirata factum, magicis cantionibus aſſignauit. Vnde & Epiſcopum garrula, ac contentioſa acceſſit, Monens, ne monachum illum ſuâ diœceſi contineret, eſſe enim eum Ariolum, incantatorem, Dæmonum præſtigijs infamem. Et reuerſa ad montem, iiſdem titulis miſerum monachum compellauit, imperans Epiſcopi nomine, vt à cępto deſiſteret. Ille ad nomen Pontificis paruit, vt olim* Paulus; *& quia ſtatuit quieſcere, inſedit ſcopulo ibi tum vicino; et O oſtentum dignum ſancti viri modeſtiâ; prœruptum ſaxum, & duritie tot ſæculorum obſtinatum, viro Dei ceſſit, & tanquam ſui faber, in ſedile ſe compoſuit, non rigidum vt olim, ſed blandum, & captandę quieti opportunum.*

4. *Sanctus autem puritatis amaſius, qùm etiam diligeret decorem domus Dei, eundem orauit, ne quæ fœmina cęnobium ſuum vnquam intrare poſſet; & verè impetrauit, tàm ſolidè, vt cum matrona quadam nobilis, experimentum priuilegij factura, pręmiſiſſet ancillam, ipſa oculo capta, pœnam temeritatis luerit, ancillâ impunè tranſuadente.*

5. *Non deſinam addere, quanquam deſinam credere, quod quidam tradunt, extincto* Hiberniæ *(aliàs Scotiæ) hęrede, germano fratre, & maiore natu* S. Fiacrii, *regni proceres deſtinaſſe ad ſanctum Oratores, & oblatores regni, vt vellet, qui iam debebat, regnare. Sanctus autem Anachoreta, ſui inſtar reſponderit: Non eſſe ſe dignum, vt manu ad aratrum applicitâ, retroſpiceret; neque cœleſti regno vt prophanum illi præferretur: adeoque conſtanter eremum coluerit, in quâ ille diues meritis, & dierum plenus deceſſit, poſthumis miraculis, et prouincialium concurſu illuſtriſſimus.*

§. XIX.

Fælix Fiacrio ſuccedit, non loco magis quam meritis.

1. RApto Elia *per turbinem igneum in Cœlum, ſucceſſit Eliſæus ad eaſdem ripas Iordanis*: & factus eſt in eo ſpiritus duplex *eiuſdem.* 4. Reg. 2.
Quæ allegoria ideo noſtra eſt, quia Fiacrio *Deus* Fęlicem *ſubſtituit in eâdem eremo, vt idem ſolum premeret, eandem auram ſpiraret. Digna Cœlo deſtinatio, lineæ ex æquo paralellæ; ſiuè naturæ fundum ſpectes, ſiuè fortunę lubricum, ſiue gratiæ firmamentum.*

Ambo florentes ætatibus *artibus* ambo;

Vterque genere Regius, arbitrio plebeius, exemplo Apoſtolicus. Dixi de Fiacrio *quæ Hiſtorici habent; de* Fælice *ſupplere debeo quę omiſerunt, ſiue ſocordiâ temporum, ſiuè magis magiſque modeſtiâ obiecti, qui cœlo teſte contentus noluit vllis innoteſcere. Ego nihilominus ex ruderibus antiquitatis eruam aliqua, quæ ſaltem duo ſcriptores poſteritati conſeruarunt.* Fælix *ergo in rupibus* Virg: Egl. 7 v. 4.

bus

bus illis ſtadium virtutis ingreſſus, non vnum Fiacrium *ſuſcepit exprimendum, ſed* Antonium, Paulum, Pachomium, Hilarionem, *et alios Phariæ eremi heroas, qui ſequentum, parum eſt imitationem, etiam admirationem fatigarunt. Cibus ipſius erant herbę campeſtres, (panem enim neſciebat, niſi dominicis, aut feſtiuis alsis diebus;) fontes ei dolia erant, à quibus frigidam hauriebat; humus ei lectum ſternebat; flagrorum crepitus ſanguinem ſparſim eliciebat: veſtis hiſpida, et ſegmentis villoſa, qua operiret ſaltem nudum, non item opertum ab iniuriis temporum tueretur. Indu?ij delicata ſtamina in cilicia tranſierunt, quæ mordicùs cuti innexæ, carnem horrendè vellicabant. Plurimum temporis in Eccleſiolâ ſuâ degebat, orationi impenſum. Sacrum legebat eâ myſterij reuerentiâ, qua oculis eiusquaſi cataractis, vndas lachrimarum exprimebat. Sudabat terram ſubigendo, non ad lucrum ſuum, ſed ad pœnam, vt ità laſciuientem buculam carnis ſuæ edomaret; atque eo etiam, vt haberet vnde tribueret neceſſitatem patienti. Noctem, quam D. Deus quieti aſſignauit, ille operi impendebat, lectioni ſacræ, orationis thuri, pertinaciæ vigiliarum, dum non importunus ſopor nolentem cogeret, & tunc ſolum trunco corporis, capite tabulam, aut trabem premebat.*

2. *Addunt ambo authores, quòd idem anachoreta inimicos ſuperabat ſigno crucis: qui autem fuerint iſti inimici non addunt ambo apud* Andradà, *ſed alter exponit ſe, quod fuerint Dæmones inferni,*

Virgil. 6. Æneid. Terribiles viſu formæ,

Quippè qui modò dipſadas ac dracones, aliàs colubros, & viperas, etiam baſiliſcos induebant àd terrefaciendum eum: ſubinde leones, & tigrides mentiebantur, diſrumpere, ac lacerare eum minati; eò omnia, vt ipſum a cœpto uocarent, ſed fruſtrà: Non enim ille domum ſuam leuiculæ arenæ, ſed ſolidæ

1. Cor. 10. v. 4. *petræ commiſit,* Petra autem erat Chriſtus. *Vndè plus periculi attulit et alia lucta amicorum, magnatum in primis; cum enim* Fælix *iam tum degeret in territorio Ambianenſi, paternâ ditione, non potuit ſuffitus tot aromatum ſupprimi quò minus ad vicinos perueniret. Iſti ergo quà ſanguine ei innexi, quà ſeruitute deuincti, identidem acceſſerunt eremitam, et dialogis latè lentis occuparunt: quibus credas, niſi ſæcularibus, & profanis? cum enim lingua ſit index cordis, quaſi horologij cuiuſdam, cieri debet ad nutum illius, tanquam inteſtinæ rotę quâ impellitur, & circumfertur. Non fuit ergò expectandum aliud ab iſtis, quam vt prædicarent ei pompam Aulæ, vſuram voluptatum, dulce illud imperare. Diſſuaderent ei totâ emphaſi iacturam adoleſcentiæ, ſqualorem eremi, ſui ipſius carnificinam, cuius eſſet redditurus olim rationem; atque id genus alia, quæ tam thecnicè dicta cœperunt vtcunque quatefacere ſanctum adoleſcentem, ſed non deiecerunt: ſenſit enim ille in alieno ore ſibilos ſerpentis inferi, et ad arcem orationis impiger, ad ſuperos et cœlum recurrit. Qumque indicaret amicos accedere, immergebat ſe interiori luco, quà dumeta opaca, quà virgulta denſiſſima implicantur. Quinimò cogitauit de coloniâ mutandâ, & itu aliò, vbi a nemine noſceretur. Sed ſubſtitit adhuc ibidem, cœlo ei reddente ratio-*

rationem: ſidebant enim indè Angeli, coronis & palmis ei diuidendis inſtructi: ſed & cæleſtibus notis epinicia ei concinebant. Imò ipſe omnium Dominus ſubindè ſe ei ſiſtebat, quem etiam amuletis ſuis ad certamina ſolidabat.

4. *Inter blandimenta Cæli ei applaudentis vnum meo ſtylo, & hoc loco dignum, fuit, quod cùm fatis ceſſiſſet ipſiusac unculus pariter & pædagogus* Theobaldus, *in ſuâ ditione ad annum* 1169., Fælix *interim orationi incumbebat, ſed eò ductus in ſpiritu vbi* Theobaldus *expirabat, vidit in eius cubili choros Angelorum lecto eius circumfuſos, qui etiam abeuntem animam ordinatâ acie in* Paradiſum *cæleſtem deduxerunt ad æternum* Patrem, *vbi ille operum optimorum vicem recipiens, in perpetuâ pace, & gaudiorum hauſtu manet, æternumque manebit.*

APPARATVS ANNALIVM SS. TRINITATIS REDEMPT. CAPTIVOR.

PARS QVINTA.

Super Sancto Ioanne de Matta, Sacri Ordinis Sanctiſsimæ Trinitatis Patriarcha,

D*Imiſimus noſtrum olim* Hugonem, *nunc vero nomine* Fælicem *apud* Brodeliam, *in latebris illis eremi nectentem coronas, texentem palmas, ſibi ad meritum, cæteris in exemplum. Sed quia (vt Ego hactenùs aliquando,)* non eſt bonum hominem eſſe ſolum, *& omnium minimè* Geneſ. 2. v. 18. *vbi periculum eſt ruinæ, proindè cęlum ſequti,* demus ei adiutorium ſimile ſibi, *eritque alter auſpex Ordinis ſacræ Redemptionis, & Sanctiſſimæ Trinitatis, beatiſſimæ memoriæ* Ioannes à Matta; *cuius hìc hiſtoriam abouo orditi eò producemus vbi idem ipſe, nè ſolus eſſet,* Sanctum Fælicem *ſocium acquiſiuit enſigni Eccleſiæ bono, lætiſſimo vinctis nuncio, multo fidelium profectu: vt in decurſu operis apparebit; quanquam aliàs liquidè oculos incurret, viuis praxibus, non tantùm theoriâ redemptionum.*

PARAGRAPHVS

Primus.

De Patria S. Ioannis.

1. HOc loco diutius luctandam eſt cum authoribus, quàm in causâ *Beati* Fælicis. *Illius enim longè clariora ſunt exordia; hîc tametſi tempus ſit certum, certi parentes, tamen poſt tot ſæculorum decurſum patria eſt anceps.*

De cunis vrbes ſeptem luctantur Homeri,

Chriſt. Châber. in Epig. *ait quidam nuperus & noſtras; ſuntque*

Smirna, Rhodos, Colophon, Salamin, Ios, Argos, Athenæ.

De noſtri Ioannis *non oppida, aut Vrbes, ſed Prouinciæ gladiantur, magno illius honore; quippè quem hac pugnâ produnt primę notæ gemmam, & dignum ambitu pretium. Olim* Ariſtoteles *definiuit*, Bonum *eſſe*, quod lib. &c. 1 Ethic. omnia appetunt. *Quam ergò inſignis ille, quem tot prouinciæ petunt, repetuntque, & volunt ſibi, fas nefaſque Vendicare?* Saluator *de* Mallea, *aſſerit ſuppetere aliquot ſuprà centum authores, qui Sanctum* Ioannem *natu Francum affirmant. Idemque poſtea producit longiſſimam ſeriem aliorum qui eundem Hiſpaniæ adſcribunt. Quod Ego indicaſſe contentus, preſſim & contractè afferam quod verò propius videtur; eſtque, Sanctum* Ioannem Falcone *natum. Quia verò non vna eſt* Falco, *anceps Vocabulum inter ſe duo regna commiſit, in omnibus ferè impariter paria. Eſt* Falco, *Galliæ Comitatus* Niceæ *in Prouinciâ; eſt & altera comitatus Cardanæ in Catalaunia, ſed, (Vtcunque hæc homonomia locorum litem ſuſpendat), res ipſa videtur præiudicata, vt vir Sanctus ſit Prouincialis, non modo quia matre fuit Maſſilienſis, (& partus ſequitur ventrem,) ſed quia* Falco *illa* Niceæ *hiſtoricorum iudicio fœtum hunc vendicauit, in quâ etiam hodiè viget familia illa de* Matta. *Cumque nuper Religio aliqua Barciloneta recepta, faceſſeret* Trinitarijs Falcone *moleſtiam, quaſi falsò aſſererent Sanctũ* Ioannem *Ciuem ſuum eſſe; re Taurinum delatâ, Senatus cenſuit Sanctũ* Ioannem Falcone Niceæ *oriumdum. Cui Ego vt ſubſcribam, cogit. Sac. Rituum Congregatio, quæ nuper in hac vrbe, & hiſtoriâ Eccleſiaſtici officij, palam pronunciauit,* Sanctum Ioannem de Matta Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis pro redemptione Captiuorum Inſtitutorem, Falcone in Prouincia natum.

Perquę tamen, aut alia quæ huc ſimrliter produci poſſent non cogimur negare, quin vir Sanctus ſanguine attigerit nobiles aliquot Catalaunię, quippe qui cenſetur in nepotibus Lucæ *cuiuſdam pirmi Baronis Mattaplanę,*

quàm

quam cùm aliis octo erexit Carolus *Magnus Auguſtus : tametſi* Petrus *Tomil velit erectam à* Ludouico *filio eiuſdem, anno* 778. *cui hodie ſuccedunt Dynaſtæ de Hijar; item illi de Infantado, & Comites de Aguilar.*

☞ *Mater ei* Martha *Maſſilienſis, cuius nobilitatem hiſtorici tradunt liberè, ſed non æquè proſequuntur. Illud certum eſt è fæce non fuiſſe eam quam tantus heros ſibi deſponſauit; ſic enim nequaquam lateralis ei foret, nequaquam coniugio opportuna, hoc eſt, eidem iugo trahendo apta. Enimuero.*

Quàm male inæquales veniunt ad aratra iuuenci,
Tam premitur magno coniuge nupta minor. P. Ouid. Naſo.

§. II.

Annus, Menſis, Dies natales eidem; item Principes iam tunc Orbi imperantes.

1. S*Equor Euangeliſtam, qui alterius* Ioannis*, prodromi Redemptoris, ortum per ſacerdotum, & regum Synagogæ nomenclaturam recenſuit.* Luc. 1. v. 5. *Sunt enim illi quaſi quædam terræ ſydera, quorum mora ſuprà horizontem dies ac noctes, menſes & annos numerant.*

Igitur Annus natalis noſtro Ioanni *fuit Domini* 1160.
Mundi 5246.

	Pont. Max.	Alex. 3.
Imperante	*Orienti*	Emanuel Comnen.
	Occidenti	Freder. Ænobarb.
Rege	*Hiſpaniæ*	Alphonſo 8.
	Franciæ	Ludouic. 7. *dicto ſed num.* 9.
	Luſitaniæ	Alphonſo 1.
	Angliæ	Henric. Andegauen.
	Scotiæ	Malcolmo
	Poloniæ	Boleslao Criſpo
	Hieroſolymor.	Balduino 3.
	AEthiopũ precioſ.	S. Zalibala

2. *Fuit autem annus Chriſtianorum diſcordiis infamis. Contrà* Alex. *Pp. III. canonicè electum, inſurrexit* Raynaldus *quiſpiam, volens* Victor *dici, cum tamen victus fuerit, non ipſe ſolùm, ſed qui eum Apoſtolicę ſedi intrudere voluit impius Aenobarbus; denique enim coactus eſt ſupplicem ſe ſiſtere* Alexandro*, etiam pronum ad pedes. Ad hæc, Veneti cum Hungaris, & Græcis ſuper Dalmatiâ certabant: Et* Emanuel *Orientis Auguſtus probè ſciens diſſidium Cæſaris Latini à* Pontifice*, magnis pollicitationibus ac donis conabatur ipſe ab* Alexandro *inſtitui Occidentis Imperator.*

3. *Sub eundem annum illuxerunt Eccleſiæ duo aſtra; vnum maſculum, temeritate pleniſſimum,* VValdc, *author pauperum à* Lugduno, *aliàs Valdenſium; (Quæ colluuies denique tanquam membrum morbidam corpori Eccleſiæ abſciſſa eſt, quippè hæretica,) qui paupertatem iactantes, ſe pro Apoſtolis venditabant. Ex aduerſo horum in eodem Firmamento luxit* S. Hildegardis, *quæ diuino monitu, plerisque, etiam Eccleſiaſticis, arcana Cæleſtia intimabat.*

MENSIS.

4. *Populari nomine eſt Iunius, ſed Cæſareo Germanicus. Notum enim quod cum Greci* Demetrio *adulati nomen eius noſtro Ianuario indidiſſent, nonnulli ex Cæſaribus perpetuâ fælicitate inſolentes, ſua etiam menſibus intrudere cæperunt. Quâ in ſortitione Iunius, & September Germanico ceſſerunt. Cæterùm ille cæleſti notâ eſt inſignis; in eo enim Sol, cum ad Cancrum appulit, quaſi ſpectri obiectu cogitur reſilire.*

DIES.

5. *Eſt nona Cal. Iulias, pridie Præcurſoris, in quâ peritorum iudicio, quod proximè dixi, non autem ipſo eius fæſto, ſolſtitium contingit, tametſi vulgus veterum illud anterius computet. Quod aliquid ſacri ominis habet, eſt in præſentem incidere Nicomediæ memoriam plurimorum martyrum, qui ſub* Diocletiano, & Maximiano *Auguſtis, in ſpeluncis, & cauernis martyrium compleuerunt: ſic enim noſter Sanctus in eremi ſqualoribus & criptis, lentum, etſi incruentum, martyrium paſſus credi poteſt.*

§. III.

Inſignia familiæ Mathaplanæ.

1. EX *quo arma, ſiuè Inſignia quæ vocant, in vſum tranſire cæperunt ſemper ſeruauerunt aliquid ſimetriæ, ac proportionis cum perſonis, aut familijs, quibus indi ipſa contingeret: & meritò; cum hùc videatur recurrere illud* Auguſtini *de Sacramentis:* Si enim Sacramenta quandam ſimilitudinem earum rerum quarum Sacramenta ſunt non haberent, omnino Sacramenta non eſſent.

Tom. 2. Epiſt. 203.

2. *Quæ omnia, cum ſint noto nòtiora, ciebunt admirationem audienti huius nobilitatis Inſigne. Enim verò illuſtriſſimæ familiæ Mataplanæ gentilitium Inſigne fuit fundus quiſpiam, cui inciſa fuit catena: vtique diuino omine illius, qui captiuorum redemptor vinctis catenas detraheret. Quod maiorem fidem, & cum fide admirationem accipiet, qum lector intellexerit à ſupero quodam ex noſtris notatum, quòd Inſigne fuerit non catena ipſa, aut non ſola, ſed cum homine quem vinciebat, additâ epigraphe:* O Domine libera me ab iſtis vinculis. *Priori & iſti ſchemati adſti-*

F. Macedo in vit. lib. 3. in Philipp.

adſtipulantur Annales Galliarum: in quibus legitur, quod ob Martios labores fæliciter exantlatos contra hæreticos Albigenſes in Galliâ, item Hyeroſolimis contra Mauros Eufremio *de Matha, Comiti Montisfortij, conceſſum eſt, vt Inſignia ſua, quæ eatenus fuerunt homo catenis vinctus, poſſit deinceps augere decem lilijs in candido fundo.*

3. *Et verò conuenire vellem cuiuſque captum, niſi ſtipes ſit, aut fungus, vt ſe ipſo iudicet, an non omnia hæc, tàm catena, quam vinctus præluſerint noſtro* Ioanni, *qui vſque hodiè per ſuos,*

Vinctis catenas detrahit,

vt canit de Chriſto Eccleſia; & proindè familiæ illi aſſignata ſint, quia in hym. Paſch. Aſcenſ.
ex ipſâ proditurus erat Ioannes, *qui hieroglificum vaticinium impleuit.*

Preceſſit aliquod huius ſimbolum in Hebræis Egyptiâ ſeruitute eruendis; Statuit enim D. Deus (quod & fecit) Moyſen illis Redemptorem aſſignare; Qui modeſtiæ ſuæ tenax, cum ſe ſubducere oneri vellet, audiuit à Domino: Ego oro tecum: & hoc habebis ſignum, quod miſerim te; Exod.3.v.12
cum eduxeris populum meum de AEgypto, immolabis *Deo* ſuper montem iſtum: *Ecce enim cauſam deſtinationis poſteriorem ipſâ, (nam quis non expectaret præſens ſignum, aut etiam præuium legationis iam præſentis?) Ità inquam aſſignatio Inſignium* Ioannem *præceſſit, ratio aſſignationis non item, ſed aut comitata eſt, aut ſequta. Liquidum eſt enim vinctum & catenam ideò Mathis aſſignata Inſignia, quia ex illis prodire debebat noſter* Ioannes, *vinctis catenas detracturus. Quæ de hoc ſufficiant, ne plus ſatis ſacra profanis implicemus.*

§. IV:

Omen, & vaticinium cæleſte ſuper *Ioanne* nec dum nato.

1. C*VI vacauit legere, quæ his præmiſi quartâ parte Apparatus de* S. Hugone, *dein* Fælice, *limpidè videbit me in hiſtoriâ hac* S. Ioannis *ducere lineas planè paralellas illis, quas de* Fælice *deſcripſi. Si autem* Ego *ſimilis mihi ſum vtrobique, antea tale fuit fatum, talis diuina æconomia de ipſis, vt videri poſſit cenſuiſſe quod non fuerit bonum vllum ex duobus his hominem eſſe ſolum, ſed faciendum eſſe priori adiutorium ſimile ſibi. Ibi dixi,* Leonoræ Hugone *grauidæ apparuiſſe Virginem, promiſiſſe partum, atque alia, quæ non expedit in breuiculo hiſtoriæ duplicare: Hìc autem idem, certè autem inſtar eius debeo referre, nominibus tantùm mutatis. Cum enim* Martha *timeret imminens puerperium, cuperetque fætum non modò ſaluum, ſed ſanctum; pro eo affectu quo in B. Virginem ferebatur, acceſſit iconem eius, & flexâ poplites orauit, vt eadem* Cæli Regina *fœtum ab eâ edendum ſuſcipere dignaretur in ſuum, dilectione proſequi, prouidentiâ complecti, præſidio tueri. Quæ cum diceret, calidæ preci aquam lacrymarum miſcebat, plus ſemel fa-*

cunda: non illa incaſſum, deinde enim ipſa Regina, *quam voluit aduocatam ſtitit ſe ei prẹſentem, ſtipata ordinibus Angelorum: & ad ſupplicem verſa;* Nè timeas (*ait Marthẹ Maria*) nè (inquit) timeas; Edes enim filium vitæ puritate ſanctum, induſtriâ vinctorum redemptorem, auſpicem & exemplum plurimorum, qui ſe eidem operi impenderint ad ingens emolumentum animarum. *Quo dicto diſparuit, & reliquit* Martham *lẹto gaudio perfuſam, ſic vt adipe, & pinguedine repleretur anima eius, & labijs exultationis laudaret os illius. Ipſa autem* Martha *protinùs in terram prona, oſcula libauit loco vbi ſteterunt pedes Virginis; ſed & impluit imbrem lacrymarum prẹcoci oblatione offerens agnum nondum natum, in obſequium Dei, & ipſius, non minori ſponte, quàm olim* Anna *Samuelem.*

1. Reg. 1. v. 14. 2. *Toties occurrunt mihi pariandi ambo iſti infantes, toties alijs praferendi. Sueuit Cælum monere parentes illuſtrium virorum ſuper eorum conceptu, aut ortu; ſic factum* Sampſoni: *factum prẹcurſori* Baptiſtæ. *Et denique* (*qui primus eſt in numero,*) *factum Chriſto* Ieſu, *vt ſcilicet diuinitùs diſcerent parentes qualem fœtum eſſent edituri. Sed inter eſt omnium, quod alij omnes plerumque ab Angelis id audierunt; horum duûm parentes nequaquam, quin à Dominâ Angelorum.* Sampſon *in agro annuntiatus eſt, noſter nequaquam, ſed domi, quaſi in tabernaculo, ad aram ſeù ſacellum. Et verò aduertenti liquebit in noſtro* Ioanne *alterius* Ioannis *promiſſa excepta eſſe implemento, & praxi; ſed & illa* Sampſonis; *de hoc enim altero ſpopondit cæleſtis ephebus*: Erit Nazaræus Dei ab infantiâ ſuâ, & ex matris vtero: Et ipſe incipiet liberare Iſrael de manu Philiſtinorum. *Quo quid aptius dici potuit de noſtro? An non enim Nazaræus ex vtero matris, qui non modo vino, & ſicerâ, vt* Sampſon, *abſtinuit adhuc infans, ſed & lacte nutricis? Quis verius incepit liberare verum* Iſrael, *hoc eſt Chriſtianos à* Philiſtinis, *Amorrheis, & Hatheis, ſiuè idololatris gentibus, & iuratis Eccleſiẹ hoſtibus, Turcis, Arabibus, Mauris, & aliâ Ethnicorum fæce quàm qui in numero Redemptorum eſt primus, totius Ordinis inceptor,* Ioannes à Mathaplana?

Iudi. 13. v. 3 Luc. 1. v. 13. ibid. v. 26 Iudic. 13. v. 5.

3. *Sed & illa Sancti* Ioannis *Præcurſoris redierunt affatim in noſtro; facit enim Deiparam loquutam eſſe patri. Quam verè illa dixiſſet:* Nè timeas *Euphrem*, quoniam exaudita eſt oratio tua, & vxor tua pariet tibi filium, & vocabis nomen eius *Ioannem*: & erit gaudium tibi, & exultatio: erit enim magnus coram Domino, & Spiritu Sancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ?

Luc. 1. v. 13.

§. V.

Præludia ſanctitatis in *Ioanne* adhuc infante.

1. Q*Vod proximè dixi §. præcedenti, abundè confirmabunt quẹ hìc ſubdo; ſi tamen præmiſero quod os* Ambroſium *præſulis Mediolanenſis notauit de S.* Ioanne *Baptiſtâ apud Euangelicum* Lucam, *quod nempè nul-*

In Luc. 1.

pè nullam duxerit pueritiam, non vixerit infantiam; ac proindè in Euangelio aliud de eo non referatur, quam ortus, et oraculum, exultatio in vtero, vox in deſerto; *quia nimirùm in infantiâ virum egit, non ſuo iudicio directus, ſed illo Spiritus Sancti. Quod profectò ſi intrò adhuc diſpiciatur, inuenietur iterùm ab Euangeliſtâ inculcatum, illis:* Ipſe præibitantè illum in ſpiritu, et vitute Eliæ: *Enim verò, volue, rèuolue ſacram Regum hiſtoriam, non leges* Eliam *puerum, minùs infantem, non adoleſcentem, ſed plenè adultum, & virum:* Primùm *enim quod de eo legitur eſt:* Dixit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad ad Achab: Viuit Dominus etc. *Ità inquam* Ioannes *noſter videri poteſt nunquam puer fuiſſe, ſemper ſapiens & adultus, qui ab vtero virtutes auſpicatus eſt, & quidem ſummè arduas, abſtinentiam, temperiem, frugalitatem. Per omnem hebdomadam adhuc in cunis vagiens, abſtinebat vberibus nutricis quatriduo: nempè diebus Lunæ, Mercurii, Veneris, &* Sabatho, *quorum nullo ea ſugebat, vt iam ab ouo plus virtuti quàm naturæ tribueret; nam triduo ea hauriebat, quatriduo abſtinebat, vt planè ipſius ſit, quod de alio* Ioanne *ſcriptum eſt,* venit Ioannes non manducans, neque bibens. *Scio ſimile referri de Sancto* Nicolao *Mira præſule, ſed eſt ſimile potiùs, quâm æquale; nàm* Nicolaus *biduo abſtinebat,* Ioannes *noſter quatriduo. Ille ipſis etiam abſtinentiæ diebus ad veſperam lactabatur, noſter nunquam.*

lib. 2. Com. in Luc. — ibid. v. 17. — 3. Reg. 17. — Luc. 7. v. 34. — Andrad. c. 2 vit. S. Ioan. — Matth. 11. v. 18.

2. *Addam aliud, quod apud cæteros tacitum, penes vnum ex noſtris lego, quod ſcilicet eminebant in vultu naſcentis clara muneris futuri inditia, erumpentes viui luminis radij, iam tum in tenebras ergaſtulorum directi, vndè captiui erant ab adulto in Solem extrahendi.* Fr. Macedo cap. 1. vit.

§. VI.

Ioannis adoleſcentis probitas, & pulchra educatio.

1. *TAM prȩcox pænitentia in puero, poteſt cuique promittere* Irides, *& admirationes in adulto. Neq; verò fides deforet ſponſioni, nàm latis paſſibus* Ioannes *properabat ad perfectionem, Naturâ Gratiam ſuccolante. Fuit enim viuidi ingenij, & ad diſciplinas compoſiti. Vndè vix ſeptennis, à parentibus amandatus eſt Aquas-ſextias, vrbem ſtudiis florentem, cum ſeruorum obſequio, & decuo ſumptuum dimenſo. Ibi ille humanarum litterarum rudimentum poſuit, Latinæ orationis & eloquentiæ candidatus. Neque verò interim ille neglexit nobilium epheborum educationem, ſcandere equum, eundem in hyprodomo circumducere, vibrare haſtas, iaculari lanceas, & omne illud quod in aulicis profanum vulgus adorat.* Sed *in primis curæ fuit animum excolere, & caleſtibus portentis reſpondere, fugâ fori, frequentiâ eccleſiarum, miniſtrando* Sacris, *acceſſu Xenodochiorum, curâ ȩgrotantium, ſubleuando indigentium inopiam, cum quibus diuidebat pecunias à parentibus ad proprios vſus tranſmiſſas. Ità vbique plenus, in litteris diſcipulum, in moribus magi-*

magiſtrum impleuit, magno ciuium profectu, quorum & adquiſiuit gratiam, & accendit admirationem.

2. *Habet hoc traditio Aquis-Sextijs, quod beatus iuuenis ſcholas frequentauerit, & humanarum litterarum rudimenta poſuerit apud cœnobium* S. Mariæ *Arelatenſis, in Diœceſi Elmenſi, quod tunc ſeculi ad Patres* S. Benedicti *ſpectabat, & nobilium virorum proles ad litteras, ac pietatem educabat. Neque verò fas eſt inuidere tàm venerando Inſtituto, & planè* benedicto *eam gloriam; Quoniam quoquò nos vertamus, aliquem ei debemus aſſignare pædagogum; nullum autem honeſtius quàm Eccleſiaſticum, nullum fœlicius quam regularem: qùm etiam conſtet longo vſu id exercitum a monachis Benedictinis: Nàm &* Tertullus *Patricius Romanus filium ſuum Placidum, &* Euthichius *Maurum, et* Landulphus *Thomam Aquinatem eis erudiendos commiſerunt, eo omnium profectu, quem & priorum ſanctitas, & poſtremi ſapientia declarauit.*

§ VII.

Ioannes aliorum iuuenum petulantia offenſus, cogitur Aquis-Sextijs abſcedere: In eremum ſecedit: vbi à Diabolo tentatus, triumphat.

1. *OCtennium degit Arelatæ (an Aquis-Sextijs) in L. L. A. A. ſtudio, ſed & ſtadio virtutum, bonis in ſui amorem verſis, alijs in indiam, omnibus in admirationem, nobilibus in primis, & Regij Senatus iudicibus, quorum ille affectus ad ſe morum magnete aduocauit.*

Neque tamen interim defuerunt ei obiecs, qui eum in incedendo retroagerent. nam & ſequiores aliqui, quorum infirma acies oculorum non poterat ferre tanti luminis fulgorem, detrahere ei cæperunt, & inuidere famam, quam ægrè videbant ab hoſpite præ ipſis obtentam. Cæteri non tam verbo quàm opere nocebant, vitæ lubrico, & voluptatum amplexu, ità licenter vt ſanctus adoleſcens nolens tàm calidas occaſiones peccandi, & vix potens euitare, coactus ſit domum paternam repetere.

2. *Ibi ille exceptus eſt ijs plauſibus, ac pompâ, quæ intelligi facilius poſſunt quàm explicari. Omnes reducem amplexi, aliqui ſuauiabant, vix moram ferentes: Quod etſi veriſſimè dicatur de domeſticis, non tamen falsò aſſereretur de externis: ita ille ſingulari comitate vultus, & morum elegentiâ, quaſi naphtâ quâdam, omnium ſibi affectum vendicauit magis magiſque. Non enim diù ille hæſit* Falcone*, cum quidam primarii viri, oculis in eum coniectis, voluerunt eum generum ſibi adſciſere, quiſque vnus filiæ ſuæ deſponſandum. Nec nequidquam illi eum ambiebant, quippè iuuenem patrimonio diuitem, natalibus clarum, nuperâ educatione liberalem, & iam annis florentem.* Itum *eſt ad opus, & cepta conſultatio, quam cùm* Ioannes *olfaceret, ille caſtitatis amaſius, & niuium ſuarum tenax, cæpit etiàm ſibi conſulere, & veſtiga-*

ſtigare quâ arte imminenti ſe nexui ſubduceret. Denique autem reſpondit, cogitationibus ſuis, ad propoſitum, nihil ſolitudine, nihil eremo opportunius; cum nemo alteri coniux, aut complex eſſe poſſit, qui ipſe ſit ſolus.

3. Quid ergò ageret, nè parentes, nè ſoceri cogitationibus eius illaberentur? A primis illis petijt facultatem Maſſiliam accedendi, vt quoniam ipſe matre Maſſilienſis erat, poſſet aliquando cognatorum, & affinium ſcitu, ac ſocietate gaudere. Præbitum eſt petenti quod optabat, & prætereà comes, cuſtoſque, (credo equidem non vnus tantùm), qui iuuenem peregrè duceret, & tueretur ab incurſibus, ſi qui fortè inciderent. Sed cum vtriuſque fines longè, latèque diuiderentur; & alter nihil minùs eo cogitaret quem Ioannes ſibi præſtituit, occaſione aliquâ, ſiuè hoſpitij cæpti, ſiuè neceſſitatis explendæ, cum propè eſſet vt Maſsiliam ſubirent, Ioannes ſocio ſe ſubduxit, & aſcendit montem tot ſtadijs eminentem, vocabulo Poma, quem S. Maria Magdalena triginta annorum inoolatu conſecrauit, dignum pænitente domicilium, dignum Mariâ, quę optimam partem elegit. Rupes prærupta, quæ mare Mediterraneum ſubeunt, & Maſsiliæ imminenti aſcenſu arduæ, ſcopulis inaceſſæ, feris populatæ, dumetis horrentes, quorum aſpectus quaſi Gorgonis cuiuſdam ſtupefaceret accedentem, imò arceret nè acecderet; & tamen aſpexit Ioannes noſter, & acceſsit locum ipſo ei horrore commendatum. Non timuit in feris feritatem, in tenebris ſpectra, in antris laberinthos; loca ipſa cùm periculis eodem pede calcauit.

4. Intrauit ergò Amphitheatrum hoc magnanimus adoleſcens, ijs præiuditijs grauatus, quæ adultos, & emeritos viros meritò retroagerent, & verò aliquandò egerunt. Deerant ei contrà aeris inclementiam tecta, contrà ſoli duritiem lectus, contrà beſtias ferramenta; & tamen intrauit, maior animo quàm cenſu, aut prouidentiâ ſupellectilis, ſolâ ſpe Diuinæ Gratiæ diues, quæ quia aliorum eſt omnium inſtar, non temerè ille aggreſſus eſt quod fæliciter expleuit.

5. Vidit, & inuidit Infernus animoſitatem, timuit pugnam cum puero, cauit victoriam athletæ. Et qùm diù ſe verſaſſet ac vexaſſet deliberando, in eò denique deſijt, quod erat, aſtu magis quàm viribus agendum. Vndè vt deijceret conſtantem, induit perſonam, ac vultum cuiuſdam, quem ſciebat ei Arelatę inter ſtudia amicum. Neque eo contentus, hunc ipſum perſonatum voluit eſſe anachoretam, qui in aliâ crepidine eiuſdem montis habitaret, aſper habitum, promiſſus comam, ſcipione etiam nixus, quem pedatim moticans cryptam Ioannis intrauit. Hic autem hoſpitem cognoſcens, doluit et, miratus eſt ſe ne in ſolitudine quidem poſſe eſſe ſolum. Alter ſalutatione vrbaniter præmiſsâ, ſic eſt eum affatus: Noueris amice, idemque Condiſcipule ſepties chare, quod tua monita Arelate mihi præbita, et in primis exemplum, induxerint me ad deſerendum ſæculum, et omnes eius dignitates, quas à ſtudijs poteram expectare, vt animæ ſalutem in tuto collocarem; propter quod ſtatui me hominum commercio ſubducere, et ad ſolitudines ſequi priſcos Ægipti Patres, quod

et præſtiti idem ab anno, hærens in hoc monte, in quo omnibus præiuit exemplo pænitentiæ S. Maria Magdalena. *Et te quidem ab aliquot diebus hic notaui: quia tamen credidi non heſurum, ſed luſtrato loco abiturum, nolui me Vlli inſinuare qui huc acceſsi occultandus. Qùm autem didicerim Te hìc eodem domicilium fixiſſe, exiui meâ caueâ, Vt tibi eſſem Vſui ad ſancti propoſiti executionem, Vtque te ad Sacra audienda ducerem, atque ad Sacramentorum perceptionem, et denique Vt lætius Vterque Vnanime Deo obſequium exhibeamus.*

6. *Quę et alia ille aſpis occultus tanto ſpiritus æſtu perorauit, Vt* Ioannes *nihil ſuſpicatus doli, admiſerit eum in ſocietatem, et Vterque conuenerint quibus actibus, ac Virtutum exercitiis occupari interim deberent, Deo placituri. Sed ille, qui non aliud penſitabat quàm ſocii ruinam, ſubinde pro re natâ ſuggerebat* Ioanni *cœpti operis difficultates, periculum non perſeuerandi, atque etiam tot onèribus ſuccumbendi. Quid enim (inquit) agendum ſi quis duûm intrà hos ſcopulos morbo corripiatur, deeſſente Medico, deſperatis medicamentis? Cuius argumenti emphaſim, Vt altius inculcaret agyrta ille, deinde finxit ſe eſſe febre correptum; et Verâ re incaluit ità non tepidè, Vt fere incenderit pugnum* Ioannis, *qui eum attrectauit. Ipſe interim Valenter clamabat: Vror, ardeo hoc ineſtino igne: chare in paucis* Ioannes *duc me hinc ad Vrbem aliquam, aut oppidum, Vnde, recuperatâ Valitudine ambo huc reuertemur.*

7. *Quâ ſcenâ actionum et rationis* Ioannes *non nihil quatefactus Vix ſciuit quid incipere deberet; ſed in hoc ſapuit quod Voluit diſcere. Vndè ad Deum Verſus, ſupplex eum orauit, Vt dignaretur ei intrò intimare quod extrà ei foret agendum. Annuit auditor, neque ei ſolùm ſcitum ſtratagemmatis indulſit, ſed et Vires ad id euadendum. Docuit enim eum interno magiſterio quem hoſpitem haberet, et docuit abigendum. Quod et* Ioannes *fecit ipſis Verbis, quibus olim Chriſtus, aiens,* vade Satana: *neque credas me tuis fraudibus* Matth. 4. v. 10. *ſupplantandum, quia Dominus mecum eſt tanquàm bellator fortis. Quod qùm ille audiuiſſet, ſe proditum innuens, impar pudori, abiuit, relictâ arenâ* Ioanni, *cuius Victoriam Angeli dicuntur hymnis cæleſtibus celebraſſe.*

§. VIII.

Diuinitùs admonetur ſtudij repetendi. vnde domum regreſſus, Pariſios amandatur.

1. IDem, *qui eundem interno radio Deus* Ioannem *erudiuit ad euadendam muſcipulam inferi impoſtoris, ſimiliter docuit eum adhuc eſſe docendum, plane ac ſi canalibus aurium exciperet auram dicentis: Adhuc ſtude, ſcholas repete: Eris mihi* Abraham, *multarum gentium pater. Paruit ille oraculo, tametsì tacitè loquuto, et repetiuit in primis paternas ædes. Ibi Viſus eſt denuo tanquàm quiſpiam per machinam è cælo demiſſus, tanto ampliùs gratus, quanto minùs expectatus. Non poterant ſibi ſatisfacere domeſtici amplectendo eo, et Vix credebant oculis quem Viderent, brachijs quòd amplecterentur.*

tur. Cumque ille aliquâ morâ ſatisfaceret illorum affectui, denique cauſam ſui reditus ſignificauit parentibus, à quibus orauit ſe denuò ad ſtudia litterarum tranſmitti. Placuit illis poſtulatum, & iteratò ſtudio elegerunt altiorem ſcholam Sorbonam *Pariſiorum, quò illum commeatu, & comitatu decentibus dimiſerunt, litteris etiam familiaribus inſtructum ad Epiſcopum, qui tunc erat* Odo, *vir multis dotibus animi diues, quarum memoria Francorum hiſtorias nobilitauit.*

2. *Et quidem* Ioannes *his ſubſidiis auctus, iter eſt aggreſſus; ſed ille iuratus hoſtis humanitatis, timens quod euenit, nè iſte ſcientiarum armis inſtructus, ampliùs ei obeſſet in vrbibus quàm in eremo, cauit ei neſcias quæ faſtidia ſtudiorum ingerere, nauſeam, & repulſam, quaſi horæ illis impenſæ rectiùs transferrentur ad contemplationem; & ſubſidium pauperum iuuandorum. Nihilò tamen minùs ille iter abſoluit, & ingreſſus* Pariſios, *tradidit litteras commendantes ſe Epiſcopo, qui omni humanitatis offitio functus, obtulit ei ædes ſuas in hoſpitium. Ille autem profeſſus ſe debitorem tantæ liberalitati, aliò diuertit. Sed cum non remitteret arcum Inferus iaculator, & ſemper eum magis magiſque pigeret frequentandæ ſcholæ, ac ſcientiæ acquirendæ ſtomacho ſus deque voluto, pro more ſuo ad orationis præſidium recurrit. Et in fano* S. Victoris *ad iconem Chriſti crucifixi procumbens elatis palmis orauit quàm ſciuit animosè Dominum, vt dignaretur ei in eâ pugnâ adeſſe, & ſignificare quod ſuæ Maeſtati placitum, magis eſſet ab ipſo præſtandum. Impetrauit; Nàm etiam oratus conceptis verbis; & aperta voce reſpondit:* Stude ſapientiæ fili, & lætifica cor meum: *Quod ille ſiue conſilium ſiue imperium cum tertiò ibidem repetiuiſſet, oranti omnem nauſeam ſtudiorum excuſſit, in eorum famem mutatam. Ità enim Deus non præcipit impoſſibilia, ſed ipſe præcepto iuuat, & conſilio acuit ad agendum.* Inez. lib. 1. hiſt. cap. 2. Figuer. in Epitom. Maced. in vit. Mallea in Epitom. vit cap. 7.

§. IX.

Inter ſtudia, pietatis proſequitur exercitia: Accipit Doctoris munus, & Cathedram Magiſtralem.

1. C*Onfirmatus oraculo* Ioannes, *auxit ſtudentium numerum, & frequentauit illas Europę Athenas, Academiam* Lutetię *Pariſiorum. Et quamuis eremi ſolitudinem reliquiſſet, tamen adhuc in tantâ celebritate fuit ſolus: Acumine ingenii aliis ſuperiore ſolus, virtutum praxibus prę aliis exercendis ſolus; non enim depoſuit anachoreticam pietatem ſtudiis, ſed auxit, tempore interim bipertito inter theoriæ & praxis exercitia. Aderat lectionibus, diſputationibus, argumentis tàm propoſitis, quàm ſolutis, neque tamen deerat orationi, aut vocali, aut mentali, non Miſſę. Sermones prædicantium aure hauriebat, pectore includebat. Induebat cilitia, cędebat ſe flagris, ieiunia aſſerabat. Inuiſebat Xenodochia, curabat noſocomia, pauperes vbertim alebat, non externo tantùm pabulo, ſed interiore animarum: Denique omnia*

factus tranſiuit in exemplum probitatis, & modeſtiæ ſpeculum, ad quod omnes ſe componerent, quotquot intuerentur.

2. *Atque vt imagines obiectorum limpidè criſtallo citius, etiam verius, imprimuntur, ſic rerum ſcientiæ in defecatâ animâ* Ioannis *præ alijs laxioris comatis, itàut cenſus ſit in indice proficientum Pariſijs primus, quamuis in illâ vrbe & Academiâ, adoleſcentes ingenijs plerumque pollentes, vbertim ità concurrerent, vt aliquando numerus eorum ad viginti millia aſcenderet: Propter quod vrbis Epiſcopus, Academiæ Cancellarius, & ſequax Senatus Doctorum, omnes ſingulique cenſuerunt eum laureâ doctorali donandum. Sed obſtitit eius humilitas, & demiſſio animi, quâ ſe profeſſus eſt indignum dignitate, adhuc etiam immaturum, & crudum: Quæ atque alia argumenta ab eo inuenta ad fugiendum honorem cum non ſufficerent expugnandæ Academicorum importunitatẽ, fugit ad aſylum orationis calidis votis Deum orans vt ſe eriperet imminenti magiſterio. Addidit precibus abſtinentiam, abſtinentiæ alias ſui macerationes; quas cum lentè protraheret, interim apparuit ei Beatus* Petrus *Princeps Apoſtolorum, qui affatim conſolatus eum, & amantibus verbis demulens, ſuaſit ſuſcipiendum oblatum munus Doctoris; ità enim Deo placitum; & diſparuit.* Ioannes *autem Apoſtolicis conſilijs, & diuino imperio obſecundans, ſuſcepit inſignia magiſterij eâ pompâ, cui ſimilem non viderunt aliquot ſæcula in Sorbonâ.*

Mallea c.8. vit.

3. *Neque tamen hic ſubſtitit aut veterum Doctorum humanitas, aut noui dignitas; voluerunt enim illi iſtum Cathedram Magiſtralem premere, & Theologiam profiteri; quod ille ægrè, ſed etiam egregiè fecit quadriennio circiter, quo Pariſijs hæſit, magno auditorum concurſu, multa currentium vtilitate, cùm à Neo-Doctore non litterâ tantùm, ſed magis ſpiritu erudirentur: Quòd ità verum eſt, vt quidam ex eius diſcipulis iam tunc, deindè eum extrà ſcholam ſequti; Relligioni ab eo inſtiti aggregarentur.*

§. X.

Ioannes ſacris initiatus primitias Sacerdotij celebrat, vtrobique cæleſti prodigio nobilitatis.

1. P*Ræſens §. præ pluribus niueo lapillo eſt ſignandus, quià & ipſe tot ſignis illuſtris. Præfert autem duo potiſſimum: Vnum eſt ordinatio noſtri* Ioannis; *Alterum prima praxis ordinis, ſiuè celebratio primitiarum eiuſdem, ſingula ſuo portento inſignia.*

2. *Enimuerò* Oddo *Epiſcopus Pariſiorum, auidus aggregare ſuo Clero hominem tot dotibus naturæ, & induſtriæ præclarum, ſecùm ipſe lentè meditatus eſt quâ id arte conſequeretur; & deniquè conſultæ cogitationes reſponderunt ei,* Ioannem *cominùs ei alloquendum; quòd &*

fecit

fecit; Nâm accitum eum, ſic eſt peremptoriè affatus: Deus optimus, idemque Maximus (Domine Ioannes) mihi innuit ſibi libitum eſſe vt Tu à me Sacerdotio initieris. Scio imitatem tuam, & toties explicatam modeſtiam, ſuggeſtura tibi repulſam dignitatis, quâ te reputas indignum: Et verò quotus quis mortalium eſt? Ego certè probè ſciui me Epiſcopatu indignum; neque tamen oblatum, pertinaciter reſpui. ſed ſuppoſui ſcapulas ferendo. Idem Tu feceris de minori onere, tametſi alias maximo.

3. Non erit facilè inuenire facundiam, quæ explicet quem ſtomachum, quot turbas, ac tragædias cieuerit in Ioanne hæc parænefis Odonis: Obmutuit, nec alio quàm lacrymis eſt in primis loquutus. Tùm verò ſibi redditus, cæpit ſe ſubducere, cæpit excuſare. Sed Oddo diuerticulis illis intercedens, liberè ait: Ego tibi impero nomine D. Noſtri Ieſu Chriſti, vt ſine vlteriori tergiuerſatione, diſponas te ad ſacros Ordines recipiendos. Hic Ioannes linguâ captus eſt; & inclinato capite oſtendit ſpiritum ſuum, atque obſequium ergà Præſulem, qui eum ritè, ac legitimè presbyterum conſecrauit.

4. Et O portentum! cum Pontifex collatâ in primis poteſtate ſacrificij offerendi, quæ eſt princeps authoritas Sacerdotis, deueniſſet ad alteram remittendi peccata, & formam exorſus dixiſſet: Accipe Spiritum Sanctum: Beatus iuuenis cæpit intro affectuum teneritudine liqueſieri: Ipſe aquam oculis emiſit, Cæli ignem, quaſi repetitâ Pentecoſte Apoſtolum aliquem reddituri. Ipſa flammula primò inſedit vertici Neomiſtæ, Andrad. ca. 7. vit. tùm etiam vultum eius occupauit, deindè in globum coacta, denique tur- Mallea c. 1. Alfun. lib8. binata illa columnam reddidit, quæ qum cum aliquando ſinciput eius Chron. cap. preſſiſſet, perpendiculo illud feriens, cælos repetiuit, veſtigio ſui, puta ad- 23. miratione, in ſpectatorum mentibus relicto.

5. Quiſque eum ſuo commentario proſequebatur; aliqui interni ignis ideſt charitatis externum indicem pronuntiabant. Alij columnam ſignificare eius coſtantiam. Non deerant, qui ei applicarent igneam illam quæ filios Iſrael duxit in promiſſam Paleſtinam; alij alia, quorum nihil ità ſcopum ferijt, ac illa, quæ cenſuit hic (vt ſuprà) repetitam Pentecoſten Apoſtolorum, cùm Spiritus Sanctus ignem indutus, chariſmata omnia illorum animabus infudit.

6. Nec dum finis Portentorum: Celebrauit deindè Ioannes primitias ſacerdotij ſui, ſiuè apud Sanctum Victorem, vbi vocem crucifixi excepit, ſiue in ſacello Epiſcopali, (nàm ex hiſtoricis quidam vni, alius alteri adſcribit) inſigni frequentiâ auditorum; Audiuit enim celebrantem, & vidit ipſe in primis Epiſcopus, tum Academicus Rector, deindè alius Epiſcopus Burgenſis, Robertus Abbas S. Genouefę, alius S. Victoris cum Monachis ſuis, atque alij alijque primæ notæ nobiles, vtique Dei prouidentiâ, qui voluit eos teſtes prodigij interim ſequi.

7. Qùm enim Ioannes noſter conſecratam à ſe hoſtiam; hoc eſt ſpecies panis, in altum pro more extolleret adorandam, ſpectatores quos di- Vide eoſdē hiſtoricos.

xi; &

xi, & alij infinito numero circumfuſi, palàm aſpexerunt penès eum Angelum veſtibus niue tinctis, ſiuè ſummè candidis, quas interim, quâ parte pectus operiebant, duæ faſciæ crucis figurâ ſignabant: Etenim illę mutuo ſe ita decuſſabant (quod aiunt) ad angulos rectos, vt recta, & perpendiculo imminens purpureum colorem exhiberet, tranſuerſa autem cæruleum; & adhuc aliam crucem redderet idem Angelus brachijs cancellatis. Ad hæc idem ille duos captiuos iiſdem manibus ſuis ſubdebat, vnum Chriſtianum, alterum AEthiopem, ambos catenis vinctos, quos etiam videbatur vnum velle altero permutare, cùm brachia tranſuerſim illis impoſita preferret.

8. *Oſtentum nouitate rarum, raritate ſtupendum, miſterio diuinum, ſpectatores ſuſpendit admiratione: Ipſum autem* Ioannem *ſenſibus abſtraxit eâ morâ temporis, quæ ſuffecit docendo illi ęnigmatis huius tàm exotici ſenſum, & finem. Didicit enim interim illud ſimbolum fuiſſe Ordinis à ſe inſtituendi, ſuique typum fuiſſe Angelum illum, quippè Captiuorum Redemptoris. Abfuit ille ſenſibus eâ ecſtaſi iuſtâ horâ; & denique redditus ſibi abſoluit Sacrum: rediuit ad ſacrarium apparatu exuendo: Cum autem cæpiſſet ſe cæteris prębere alloquendum, illi Eccleſię Præſules, qui prodigij teſtes fuerunt,* Ioanne *in partem abſtracto, voluerunt ab eo audire quorſum tenderet iſtud oſtentum; & quid de eò ipſe in raptu illo didiciſſet? Ad quæ ille, ſolitæ modeſtiæ tenax, ęgrè induci potuit promenda, ſed denique expugnatus quęrentium authoritate, reſpondit: Se interim didiciſſe velle D. Deum erigi à ſe Religionem titulo Sanctiſſimæ Trinitatis, cuius tali veſte profeſſores induendi ſint, qualem Angelus in altari prætulit. Inſtitutum autem profitentium & ſcopum huiuſcemodi religionis fore redemptionem captiuorum: eorumque regulam ſibi in illo raptu oſtenſam.*

§. XI.

Cæleſti Oraculo ſignificatur Ioannes cùm ſocijs deſtinatus captiuis redimendis.

1. S*Vprà dixi in idem ſæculum, ac tantum non luſtrum incidiſſe tres Patriarchas totidem Ordinum auſpices; & hi quidem à Deo diuiſi, plures Europę regiones ſuo ortu illuſtrarunt.* Franciſcus *Italiam,* Dominicus *Hyſpaniam;* Ioannes *plurimorum opinione* Galliam. *Quidquid illud,*

Diuiſæ Arboribus Patriæ,

Virg. lib. 2. Georg. ver. 116. *Certè autem prouentus, & fructus, quod hic factum iri ipſe omnium Deus auctor oſtendit; &, repetito portento, quod in Galliâ ſtatuit faciendum, in Hyſpania oſtendit à ſe factum.*

2. *Eâ tempeſtate* Palentiæ *in Hyſpaniâ* S. Dominicus *adhuc ephebus, & rudimentarius cum aliis pueris ſcholas frequentabat, ſimili ſtudio magis quàm profectu. Ipſe enim in illâ ætatis aurorâ ſcricturas emittebat inteſtina*

ſan-

ſa.ctitatis, cuius conſcia inter alios fœmina quædam (credo equidem) Paleſtina, acceſſit eum aliquando, enixè rogans, vt fratrem ſuum à Saracenis captum, mancipio tanto et loris illis liberaret. Cum autem Beatus iuuenis non videret apud ſe eam vim nummorum, quę litro ſufficeret, calidæ charitati impulſu, ſiccus ac ſobrius, ſeriâ, & verâ re rogauit fęminam, vt ſe pretio venderet, quod deindè fratri emancipando numeraret: aut certè (ſi id opportunum videretur) duceret ſe in Thraciam, & ibi fratre vincto commutaret. Quorum illa cùm neutrum admitteret, vtrumque horreret, Beatus Iuuenis angore correptus, & acerbè dolens negatam ſibi occaſionem exercendæ charitatis tàm heroicâ praxi, ſpopondit fęminę ſe ſubuenturum eis precibus apud Deum pro fratre eius fuſis; & fecit, pronus ad pedes Chriſti Crucifixi eâ fælicitate, vt ex icone vocem elicuerit. Indè enim quaſi Propitiatorio reſpondens Dominus ità cum articulatè eſt affatus: Fili, quod à me petis in preſentiâ, ad te non ſpectat, quin ad quendam Ioannem Pariſienſem Doctorem, & ſocios, quibus Ego hanc prouinciam commiſi. Tibi aliam non minùs nobilem deſtinaui, quàm etiam cùm tuis exercebis. Traian. Maffæus Alfonſ de Andrad. Franc. Maced. in, vit, S. Ioan.

3. *Vides fidem, vides firmitatem oraculi Pariſienſis, cuius Deus ipſe voluit eſſe præco in Hyſpaniâ. Vides quod* Dominico *(ſcimus omnes quanto) negatum eſt,* Ioanni *conceſſum:*

§. XII.

Ioannes Patrem amittit, Pariſios repetit, ibique Cathedrali Canonicatu potitus, clàm fugit in eremum.

1. R*Egredimur* Pariſios*, ibi enim Præſules, qui fuerunt miraculo præſentes, & ab ipſo* Ioanne *audierunt quæ ille extaticus audiuit, omnes iudicarunt eundum ei Romam ad ſummum Eccleſię* Paſtorem*, qui tùm erat* Cæleſtinus III *vt eius authoritate Religionem inſtitueret, & inſtituendę regulam formaret. Ad quod ab eò præſtandum ipſi* P*ręſules epyſtolas ei dederunt ad Sanctiſſimum, quibus non ſolùm proximum hoc prodigium, ſed priùs etiam, quod in ordinatione eius euenit, teſtabantur.*

2. *His ille inſtructus, cæpit iter Romanum* 12. Cal. Iun. *An.* 1193. *cumque videret illud nequaquam eſſe leuiculum, quin benè moroſum, voluit in primis parentis ſui benedictione iuuari; ſed non eſt aſſequutus. Quoniam priuſquam patriam* Falconem *appelleret, intellexit eum ad manes migraſſe, vtique beatos, ac Cæleſtes, ibi enim expectabat eum præmium tot bellorum, quæ prò Eccleſiâ, & Catholicâ fide geſſit in Paleſtinâ contrà Turchas, in* Galliâ *aduerſus hæreticos.* Ioannes *autem ſibi par egit partes gratiſſimæ prolis tot ſacrificiis, atque aliis aliiſque ſuffragiis pro eius requiete oblatis.*

3. *Tùm autem rerum ſuarum ſatagens, addixit ſe ſolito arctiùs orationi, id implorans, vt diuina Maieſtas dignaretur ſignificare ei quo obſequio gratius poſſet ei placere, identidem illud* Pauli *vſurpans,* Domine quid me vis facere. Act. 9. v. 6.

tu ex aduerſo ſua patria intempeſtâ noctè verſùs territorium Meldenſe, & flumen Maternam, *vbi cauernam inuenit, ac propè eam fontem limpida aqua: vtrumque amplexus tanquàm domicilium pariter, ac penum cælitus ſibi præparata, deinceps incoluit.*

§. XIII.

A Dæmone vexatus, monetur aliò migrandum; ad iter accipit Angelum ducem, & amittit.

1\. *QVæ autem nouus hoſpes in caueâ illâ moliris, ac paſſus eſt, pronum eſt cuique diuinare ex ſimili domicilio apud* Pomam *Maſſilienſem; Quippe locum mutauit, non inimicum, aut morbum; ſimilis Ceruæ.*

Quam procul incautam nemora inter Creſcia fixit
Paſtor agens telis, liquitque volatile ferrum. Virgil. 4. Æneid. ver 69. &c.

Ità inquam ille vtrobique Dæmonem ſibi aduerſantem inuenit, modò apertè feras indutum, aliàs intimè tantùm fœdis imaginibus importunum, & quam maximè ſuggerentem vt eremo excederet, ac tot paſſionibus ſuperſederet. At enim ille valentior inuadente, obſtitit, reſtitit, non alio fine, quàm vt ipſe luctando proficeret, tanquàm incus quæ ictibus ſolidatur.

Tres anni trientes degit in hac caueâ Ioannes, *quibus exactis bonus Dominus ſperantibus in eum, ſignificauit ei migrandum eſſe indè, & aliam eremum ſubeundam, in quâ inſignis quiſpiam Anachoreta degebat, & ipſe plura addiſceret de deinceps agendis, ac diuinâ voluntate: Ad hanc apocalypſim exiſt libratus, ac tantùm non quatefactus* Ioannes, *ne forte foret ſtratagemma Satanæ educentis eù n illâ eremo, quod cæpit facere in Maſſilienſi. Vnde omninò anceps agendorum, nihil potuit de ſe ſtatuere, aut aliud reponere quàm quod olim* Abacuc *Angelo imperanti itum in Babylonem ad lacum:* Domine Babylonem non vidi, & lacum neſcio. Daniel. 42. v. 34.

2\. *Quamobrem totâ noctè vigil implorauit diuinam pietatem, ac ductum calidâ & continuâ prece: quàm cùm abſoluiſſet, benè mane exiuit cauea ſuâ, & ecce ad portam intuetur paruulum ſummè ſpecioſum, atque omni gratiâ amabilem: Et attonitus eò quaſi ſpectro, ſignum crucis ſibi impreſſit, quo facto cùm videret puerum nihil motum, indicauit Cæli ciuem eſſe, quem proinde accedens, fidenter ſciſcitatus eſt quem quæreret? Et paruulus: Te (inquit) expecto* Ioannes, *quorſum? quid mecum acturus? Tùm ille: deſtinatus ſum à D. Deo, vt te hinc ducam ad Anachoretam quem ignoras, & interim à feritate beſtiarum defendam: Tùm enimverò* Ioannes: Nunc ſcio verè (*ait*,) quia miſit Dominus Angelum ſuum: *Et eò duce, tamquàm* Raphaele Thobias *neceſſit per prærupta montium, per concaua vallium, per plana camporum; dùm non oppidò laſſus inſedit ſaxo cuidam, & obdermiuit:* Excuſſo *autem ſomno, cùm ducem ſequi vellet, non inuenit. Solus ergò Cælo ſe obuertit, atque eius ope perrexit porrò: & flumen* Maternam *traiecit. Tùm autem in-* Act. 12. v. 11

ridit in Ouium paſtorem, eumque Ioannes *interrogauit, ubi locorum degeret ille magni nominis Eremita? Reſpondit Paſtor; id ſe probè ſcires notum illi eremitam, & notam omnibus eius ſanctitatem, quem etiam dicantur Angeli miniſtrare ei: Additque, ſi vellet, ſe ei ducem fore ad eum conueniendum. Admiſit* Ioannes *oblatum, & alter præſtitit, vnde vterque per rupes, & ſcopulos tandem in crepidine montis* Brodelia *deuenerunt ad tugurium* Fælicis, *ibique Paſtor* Ioannem *dimiſit ad propria regreſſus.*

§. IX.

Accedit ſpeluncam S: Fælicis, à quo admittitur in ſocietatem.

1. *Quale antrum, quàm elatum, & incommodum fuerit illud* Fælicis, *non eſt hîc dicto opus, cùm id ſit lentiùs expeditum quartâ parte huius Apparatus: Qualis ipſe incola, ſi quis adhuc pruriat? & quantus? inde volens colliget, quod ex hiſtoricis Gallis non nemo tradit repetitum in eò portentum, & prouidentiam Dei erga magnum* Antonium, *nàm quotâ die ſolis, ſiue Dominicâ coruus ei integrum panem perferebat. Hic igitur plenâ nocte orationi incumbens, in eâ didicit poſtero mane acceſſurum eum quendam Anachoretam,* Ioannem *nomine, quem etiam in ſocietatem ſuam admitteret, Ità enim Deo decretum. Abſolutâ oratione, & inceptâ aurorâ, excepit, neſcias quem ſtrepitum eò accedentium; & explicatâ portâ vidit* Ioannem *in ſchemate eremitæ, promiſſâ barbâ, impexâ comâ, vili tunicâ obductum, fune renes cinctum; & protinus cogitatio ei ſuggeſſit ſe comminus habere Anachoretam, quem Deus ei ſpopondit; vnde, & geſtiente animo, æque ac corpore ſalit eum amplexurus.* Ioannes *ex aduersò protinùs ſe et ad pedes abiecit, quod etiam* Fælix, *reciprocè ei præſtitit, ſalutantes ſe mutuò, proprio cuiuſque nomine, vt viderentur in illis* Paulus, *&* Antonius, *ad hanc Thebaidem rediiſſe. Certabant interſe officijs; quiſque ab altero vinci volebat, hac ratione eum victurus. Denique tugurium ſubierunt, vbi* Fælix Ioannem *interrogauit, quid eum impulit ad tam vaſtum iter, & ſuam eremum aliâ mutandam? Cui* Ioannes; *Ego (Reuerende Pater) abſolutis ſtudijs, & accepto magiſterio Pariſijs, Cathedrâ, item, & Canonicatu, ſingulari beneficio Diuinæ Maieſtatis, cepi diſpicere ſæculi vanitatem, calidas occaſiones errorum, & preſentiſſimum periculum ſalutis amittendæ. Quamobrem volui ei terga vertere, & eremum habitare, ſequutus Illuſtriſſimum Eccleſiæ magiſtrum* Hieronymum *Stridonenſem. Veni ergo ad prærumptum montem territorij Meldenſis, vbi menſes aliquot moratus, continuè Deum orabam, dignaretur me docere, ſaltem magiſtrum aliquem aſſignare, ſub quo proficerem; fecit ille, te mihi monſtrato, vnde expecto à te ea documenta pietatis, quæ ſolent emeritæ magiſtri candidatis ſuæ diſciplinæ propinare.*

2. Fælix *ferè eadem* Ioanni *repetiuit, addiditq; ſe dediſſe repulſam pluribus,*

ribus, qui ei volebant conuiuere: quam tamen illi non auderet inſerre; quippè quem ſciebat diuinitùs aſſignatum ſibi in ſocium. Degerunt ergo ibidem inſimul eâ victus aſperitate, quæ etiam AEgiptios monachos æque ſuperaret; & pietatis exemplo, quod circumfuſos populos ad illos conuocaret, erectos ſpe opis accipiendæ in anguſtiis, maximè in morbis, & præcipuè puerorum.

§. XV.

Oſtentum Cerui cornibus Crucem geſtantis: Diuinum oraculum, quo ambo Anachoretæ Romam amandantur.

1. D*Eus autem omnipotens, qui attingit à fine in finem fortiter, ſtatuit iam denique vltimam machinam adhibere aſſequendo ſcopo, quem tot oſtentis ſibi deſtinauit: Cum igitur ſerui eius* Ioannes *&* Fælix*, defuncti penſo diuinæ orationis, quodam veſpere conſediſſent ſecus fontem qui ibi manabat, viderunt eminùs accedentem Ceruum, cute, & pelle candidum, nihil territum eorum occurſu, quin imò familiariter deindè blandientem eis: quod omne quia aliàs actitabat, nihil mouit Sanctos: illud autem benè, quod hac vice ille inter cornua crucem prætulit, partim purpurei, partim cærulei coloris, ſimilem per omnia illi, quam Sanctus à* Matta *vidit ab Angelo præferri, dum primitias ſuas celebraret. Illi ſtupore defixi ſunt; ceruus autem motitabat ſe & blandè demulcebat illos; ſed perrupit vtriuſque ſilentium S.* Fælix *ſic ſocium affatus: Quid hoc portenti eſt? et quod illud myſterium Crucis, nobis hodiè ab hac ferâ exhibitum? ſæpius eum vidimus ſitibundum huc accedere, & potum abire, nunquam Crucem præferre, vt modò: quæ certè non eſt opus naturæ, neque humanâ arte expreſſa, ſed ſummi Dei, qui per eum nobis aliquid vult ſignificare.*

2. *Dum hæc* Fælix*, S.* Ioannes *oculos, & animum cælo obuertit, vndè reduces illos vertit ad S.* Fælicem*, ſic eum affatus. Noueris Sancte Pater, & Magiſter mi, quod cum Ego primitias Sacerdotii mei celebrarem ingenti concurſu auditorum, dum Sacram hoſtiam pro more erigerem adorandam, ſupra ipſam apparuit omnibus Angelus, candidâ veſte fulgens, & Cruce pectus inſignis, tali planè qualem nunc Ceruus prætulit. Penes eum ſtabant duo captiui, vnus Aethiops, alter Chriſtianus, ſupra quos ille brachia decuſſabat, tanquam vellet vnum altero commutare. Et iſta quidem omnes aſpexerunt: Ego autem abreptus ſenſibus, & in cælo interim peregrinatus, per hæc didici nouam Religioſorum familiam à me fundandam, cui id in primis incumberet vt Chriſtianos ab infidelibus captos redimeret, in libertatem vindicandos. Quod cum Ego Epiſcopo, aliiſque primoribus vrbis, qui aderant, communicaſſem, omnes in id conuenerunt, vt Ego protinus Romam proficiſcerer, vbi à Summo Pontifice Regulam noui Ordinis, atque eius confirmationem impetrarem, ad quod ipſi etiam ſuis litteris, & ſingraphis me iuuarunt. Ego verò tàm arduo negotio preſſè, & propè inſperato, cenſui me nec dum operi matu-*

rum, quod proinde diſtuli repetitâ ſolitudine; donec inde me Dominus Deus ad Te huc deſtinaret; quibus alia addidit, quæ iam ſunt recenſita.

3. *Tùm verò* Fælix *omnia approbans in id deſiit vt diuinum arbitrium adhuc ab ipſo diſceretur: Poſſe enim omnibus ſubeſſe fraudem inimici, conantis nos hoc ſtratagemmate ad ſæculum reuocare. Itum eſt ergo ad orationem, nec nequidquam; illic enim occupato Angelus vtrique apparuit, & imperauit Dei nomine, vt protinùs Romam proficiſcerentur ad Pontificem, & in ſe ſuſcepit onus ei illos commendandi.*

§. XVI.

Ambo Anachoretæ Romam pergunt, ſed in primis Pariſios vnde in Vrbem ab Angelo ducuntur.

1. F*Ruſtra quis ſatis luctetur: ipſa viam inueniunt.* Fælix Valeſius *iam tres ſupra triginta annos, abſuit hominum commercio, ſolitudini immerſus, ità volens, ac libens, vt tanquam vnguis vlceri ſummâ violentiâ etiam cæleſti deberet ei auelli; ſed denique auulſus eſt, & cum Sancto ſocio reddidit ſe Reipublicæ hominum, iter acturus in Vrbem. Expenſâ tamen negotii grauitate, ne omninò inermes eò accederent, ſtatuerunt primùm Pariſios adire, atque ibi inuiſere tàm Epiſcopum, quàm alios maiores natu illius Eccleſiæ qui ſcilicet interfuerunt portento Angeli apparentis cum cruce, & captiuis, ne poſſet ipſis negari à quoquam fides.*

2. *Exierunt ergo eremo viri ſancti X. Cal. Decembris* 1199. *aut certè ſequenti (de hoc enim diſſident Authorum calculi) quod verius videtur eò quod* B. Fælix *erat non modò dierum, ſed & annorum plenus, quippè duobus tantum ſeptuagennario minor;* Ioannes *autem, nec dum quadragenarius, quinquadriennio minor. Et quamuis ſiuè* Sathanæ *dolis, ſiue hominum nequitiâ, obiectis ſint illis obices ſat duri, tamen omnes ſubegit in primis diuina bonitas, tùm etiam æſtimatio* S. Ioannis à Matta, *dudum iam celeberrimi Doctoris, Cathedratici, & Canonici Pariſiorum, ac proinde acceperunt repetitas litteras ad Pontificem, quibus eorum negotium ei extitit calidè commendatum.*

3. *Illi autem, aliò non expectato, abierunt Pariſiis ipſis Idibus Decembris eiuſdem anni* 1199. *& ierunt* Romam *viam multam valdè, egentes, anguſtiati, inhoſpitiſi ſepè niuibus tincti, ſæpius aquâ imbuti, incerti, imò ignari viarum, quod eum plus premeret, D. Deus voluit illis per ſe prouiſum, deſtinato illis Angelo cælitus, qui eos erroribus liberatos in viam reduceret. Sed adhuc amplius ei debebant, quando prædixit illis fælicem rerum ſucceſſum, ad quem etiam ſuam operam illis ſpopondit.*

4. *Igitur appulerunt denique Romam, in eâque primum iter ſecerunt ad* S. Petrum *in Vaticano, quippè caput Eccleſiæ & fidei fundamentum, qui etiam* S. Ioanni Pariſijs *apparuit, & mandauit admitteret Inſignia Doctoratus, ob quæ ille deinceps erga ipſum tenero affectu ferebatur; eoque aduocato*

vſus

vſus, & fretus eſt in cauſis, quæ deinde occurrerunt ei tractandæ; vnde etiam præſentes, ſiuè, quæ tunc eum vrgebant, depoſuit in ſinu eius. Vterque in ſacello eius Sacrum *legit; quod etiam fecerunt apud* S. Mariam *maiorem, cuius præſidio commiſerunt Religionem à ſe fundandam.*

APPARATVS
PARS SEXTA.
Adhuc amplius PECVLIVM HVIVS SACRI ORDINIS explicatur.

§. I.

Pontifices ſub quibus cepit.

1. A*Dhibentur enim ab authoribus plures, quibus ſacer ille Ordo debeat ſuâ auſpicia. Primus eſt* Anaſtaſius *IV. cuius breuiculum imperium, anguſtiſſimâ memoriâ dignum duo reddiderunt; vnum eſt opus* Petri Lombardi, *à quo ſcholaſtica Theologia cœpit, inde dicto Magiſtro ſententiarum: Alterum, obitus ſanctiſſimi æquè ac doctiſſimi Abbatis* Sancti Bernardi Clareuallenſis.

2. *Secundus eſt* Adrianus *eodem numero IV. in quo fortuna quàm maximè potentiam ſuam explicauit, ab imò, ad ſummum euecto. Fuit enim miſerè ortus, ac altus à ſuis deſertus, errabundus, quorumdam denique Monachorum mancipium; & tamen eò euectus eſt, quo non potuit altius aſpirare, ad* S. Petri *ſedem, in quâ ille Pontificiam maieſtatem in Principes magno animo explicauit: Regem diris deuouit, Imperatorem diademate augurauit:* Et t*amen nobilior ille eſt ſingulari modeſtiâ ac frugalitatis exemplo, quod vtinam ſucceſſores amplecterentur; nam nec obulum erogauit in ſuos propinquos; quod ità verum eſt, vt nec matri quidem neceſſarium victum prouiderit, ſed alendam reliquerit eleemoſinis Eccleſiæ Cantuarienſis.*

3. Gregorius *VIII. vnius menſis, paulò amplius, Pontifex, his aggregatur, vide quo iudicio ſcriptorum, qui* Alex. *III.* Lucium *III.* Vrbanum *eiuſdem numeri,* Cæleſtinum *item, omnes ternarios, (in quibus vides deſtinatam huic Ordini trinitatẽ & vero patri huius Ordinis propiores, tacitos diſſimulãt, nempè.* Innoc. *Pp. etiam III quo vix vllus à* Greg. *Magno dignius* S. Petri *Cathedram preſſit, aut amplius operum magnificentiâ illuſtrauit. In Conclaui quo electus eſt, nemo Cardinalis eo iunior fuit, omnes ſeniores, qui tamen ipſum ſibi*

ipſis

ipſis prætulerunt. Cum celebraretur electio, tres columbæ volabant frequenter ad locum in quo Electores *collecti; & cum ipſe poſt nominationem fuiſſet à cæteris ſegregatus, vna illarum, quæ candidiſſima erat, ad eum volitans, iuxtà dexteram inſidebat. In viſione quoque nonnunquam oſtenſum eſt, quòd ipſe matrem ſuam duceret in vxorem; & aliæ multa reuelationes factę ſunt viris Religioſis, quas omitti ipſe curauit, quum nollet eà præſagia indicare; vnum addam, eſtque* S. Petrum *Apoſtolum cæleſti viſo, cuidam Sacerdoti ſignificaſſe, ſe* Innocentium *ſingulari amore à teneris complexum, perque varios honorum gradus ad ſuam ſedem extuliſſe. Electus* Conſtantiam *Imperatricem, &* Fredericum *filium Siciliæ Regem inſtituit. Per Legatum etiam* Othonem *Regem Romanum confirmauit, reiecto* Philippo: Petrum *II. Regem Aragoniæ coronauit, & regnum ipſum tributarium Romanæ Eccleſiæ, fecit, præſtito ei à Rege iuramento fidelitatis;* Othonem, *qui ſupra, extincto,* Philippo *Imperatorem coronauit, accepto ſacramento fidelitatis; & eò violato periurum, ac ingratum Imperiali dignitate ſpoliauit.*

Ioanni *II. Angliæ Regi, ipſam* Angliam, & Hiberniam *beneficiario iure conceſſit, Romanæ Eccleſię vectigales, annuâ mille marcharum Sterlingarum penſione.*

Idem, Concilium Lateranenſe, quod meritò magnum dicitur, indixit & celebrauit anno Domini 1215. *Pontificatus ſui* 18. *maximâ frequentiâ Prælatorum quæ poſt homines natos conuenit, Patriarcharum quatuor Archiepiſcoporum* 71. *Epiſcoporum* 340. *Abbatum & Priorum* 800. *Regem Caſtellæ diris deuouit, quòd fratris filiam duxiſſet.*

4. *Idem inclitus* Papa, *magnâ temporis ſui, & Sacerdotii felicitate nobiliſſimas familias Religioſorum vidit ſub ſe inſtitutas, & à ſe confirmandas, Minorum* S. Franciſci, *Prædicatorum* S. Dominici; *Eremitarum* S. Pauli, *Carmelitarum etiam regulam, denique ſacrum Sanctiſſimæ Trinitatis Ordinem, auctoribus SS.* Ioanne & Fælice, *redimendis Captiuis inſtitutum, Denique illum equeſtrem, de* Auis, *ab* Alphonſo *Luſitaniæ Rege, contra Mauros inſtitutum.*

5. Honorius *Tertius, fuit patriâ* Romanus, *Gente Sabellus, à teneris annis monaſterio Lateranenſi oblatus, & in eò Canonicorum* Regularium *Inſtitutum profeſſus, propter eruditionem, ac pietatem, primùm à* Cæleſtino *inter Diaconos, deindè ab* Innoc. *III. inter Preſbyteros Cardinales relatus, Eccleſiam ſanctitate vitæ ornauit decennio & ſeptimeſtri, inter varios turbines. A rebus externis quietus, Baſilicam, & Cænobium* S. Laurentij *extras muros Vrbis, &* S. Bibianæ *Eccleſiam reparauit. Celebre Oratorium quod* Sancta Sanctorū *vocant, honorifico ſumptu apud Lateranum inſtaurauit: Bohemos in fide, & obedientiâ ſedis Apoſtolicæ perſeuerare promittentes, multis beneficiis auxit:* Scotiæ Regnum *ſub protectione ſuâ ſuſcepit:* Pacta *inter* Reges *Angliæ, & Scotiæ iudicauit.*

Ab. Vrſper. VVadding. 6. *Huic olim priuato promiſſum fuiſſe* Pontificatum, *& Hieroſolimam ſub*

ſub eo recuperandam aliqui ſcribunt: Platina, *&* Sabellicus *ſub eius obitu,* Tom. 1. an. 1217.
tantos terræ motus repente exortos eſſe, vt per Alpes in montibus Salijs ad quinque millia boum perierint, cadentibus domibus, ſaxis ex cacuminibus montium in concaualles ruentibus.

§. II.

Tempus inſtituti Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, Redemptionis Captiuorum.

1. VT *ſunt vicini paragraphi, ità ſunt cognata argumenta; nàm ex Pontificibus colligi facilè poſſunt anni inſtituti, (ſaltem confirmati) Ordinis, & ex annis Pontifices, qùm certum ſit quo quiſque anno ſederit, & quando deſierit ſedere. Et quidem ego* § *præcedenti eos* Pontifices *recenſui, quorum tempore ab authoribus Ordinis cenſetur ipſe, ſiuè auſpitium, ſiuè præludium aliquod ſui accepiſſe per SS. parentes* Ioannem, *&* Fęlicem. *Quia tamen* Senectus ipſa venerabilis eſt, *neque* Sap. 4. v. 8. *negari poteſt, quin ante eorum tempora fuerit Eccleſiæ prouiſum de Captiuorum ſolutione, tametſi non tàm ſolidè, neque tàm ſtrictè ſiuè religioſè, libet peregrinari parumper, & ipſum ſiuè ortum, ſiuè abortum huius Reipublicæ quaſi quoddam* Nili *caput occultum veſtigare. Vt ergò nihil detrabit bonori Canonicorum* S. Auguſtini, *quod ante eos in Eccleſiâ fuerint Canonici, dummodò non fuerint Regulares, neque* S. Baſilij, *aut* Benedicti, *quod ante eorum inſtitutionem vixerint inſimul capita aliquot anachoretarum, quia illi nec dum coaluerunt in Rempublicam ſacris legibus deuinctam, ità nec huic Sacro Ordini Sanctiſſimæ Trinitatis debet quidquam detrahere, quod aliqui præter ipſos, & prius, capeſſiuerint conſilium, & rem compleuerint de permutatione, aut ſolutione captiuorum.*

2. *Confirmo intentum ad demendam omnem inuidiam argumento; nam etiam poſt inſtitutum fæliciter Ordinem iſtum SS. Trinitatis Redemptorum, per SS. Patriarchas,* Ioannem, *&* Fælicem, *adbuc 20. annis poſterius prodijt Ordo Religioſus* S. Mariæ *de* Mercede, *quibus etiam, ex profeſſione & voto incumbit captiuos Chriſtianos Ethnicorum ſeruituteemancipare, ità arctè, vt ſi litrum deſit, teneantur Redemptores ſe ipſos captis ſubſtituere captiuos. Sicut ergò vigente adhuc iſto Ordine, nemo tam impudens occurret, vt auſit, aut negare noſtros præceſſiſſe, aut aſſerere ipſos fruſtra ſuccedere, ità non eſt in querelis numerandum noſtro Ordini Redemptorum, quod eum anteiuerint rudera aliqua vetuſtatis, quæ in ipſum poſteà tanquàm in venuſtiſſimum ædificium tranſierunt.*

3. *Igitur, vt veritati ſimul, & antiquitati litemus, exiſtimo Ordinem aliquem SS. Trinitatis cæpiſſe ante annum Chriſti 1100. circa Pontificatum* Paſchalis *II. Nitor autem adhoc aſſerendum duobus fulcris, ſacro ſcilicet, & prophano. Primum eſt Codex Canonum, lib. 2. Decretal,*

de

de Teſtib.& Atteſtation. Cap. Inſuper ſtatuimus: vbi Pontifex Eugenius concedit facultatem omnibus perſonis huius Ordinis, vt poſſint eſſe teſtes in cauſis ipſorum; cuius indulti rationem reddit, quia Prior, & fratres SS. Trinitatis Redemptionis Captiuorum, ipſum interrogarunt, num aliquando poſſent præſentare pro teſtibus ſuos Reli iosos? quibus ipſe reſpondit vt iam ſupra, addito tamen, quod is qui fungeretur officio Procuratoris, non poſſet eſſe in eâdem causâ teſtis. Huius autem canonis author debet eſſe Eugen. Pp. III. quia indultum illud continetur cap. 6. cui præmittitur; Idem Priori, & Fratribus SS. Trinitatis. At verò capitulum quintum proximè præcedens habet titulum Eugen. III. Ex quibus liquidò colligere poſſumus, quod tempore Eugenij Tertij, iam in Eccleſia fuerit Ordo aliquis SS. Trinitatis, & quidem Redemptorum. Eugenius autem iſte aſſumptus eſt ad Pontificatum, iuxtà Genebrardum anno 1145. Cum ergò familia Religioſorum, vt & quæcumque Reſpublica, egeat tractu annorum, vt coaleſcat; (nec enim ſunt campeſt res fungi qui vnâ nocte matureſcunt,) qùm Ordo quiſque debeat aliquot Prouincias numerare, Prouincia Conuentus ſaltem duodecim, Conuentus autem quiſque totidem ſingulares Religioſos, non poteſt euadi, quin pluribus annis ante Eugenium cœperint primordia huius Relligionis, quæ ipſius tempore, fuit per tot Prouincias diffuſa, idque cum prouentibus inuidendis, de quibus lites inſtitui poſſent, atque ad tribunalia deferri.

4. Alterum argumentum huius ſimile eſt, ſed non æquale; nempè reſcriptum Alphonſi Regis Caſtellæ apud Hieron. Roman quo oppidum Bellobris ad ripam Tagi fluminis dicitur pertinere ad Equites Toletanos Redemptionis; atque ità tempore huius Alphonſi in Hiſpaniâ fuit Congregatio aliqua, familia, aut Reli io militaris ad redimẽdos captiuos.

5. Augeo fidem horum, ad honorem noſtrorum, quia etiam poſt inſtitutum Ordinem ſacrum SS. Trinitatis (quem imus illuſtratum) per SS. Patriarchas Ioannem & Fælicem, ex ipſo hoc Ordine prodijt vnus ſummâ laude dignus, P. Michael à Centr ras qui anno 3498. hoc eſt rectè trecentis ab incepto Ordine, inſtituit illuſtrem Confraternitatem S. Miſericordiæ dictam, & quidem verò nomine, quia in omnibus eius operibus, nominatim liberandis Captiuis, exercetur. Opus ingens quod Authori æternam memoriam conciliauit, oſtenditque (quod ſupra occaſione S, Dominici dixi) Deo placitum vt vinctorum libertas adhunc Ordinem ſpectet, ab eoque debeat expectari. Si ergo erecto, & ſtante adhuc illo cœpit neſcias quæ Reſpublica, aut familia Redemptorum, quantò magis credendum eſt, quod illo non dum erecto, nobiles aliqui in ſe ſuſceperint prouinciam Captiuos Chriſtianos eruendi ergaſtulis, ac loris Ethnicorum, & ad hoc præſtandum coiuerint in corpus aliquod, aut Congregationem Equitum, & militarem?

App. par. 5. 6. [illegible]

6. Et quidem Ego hic ſtylum, quaſi anchoram figo, neque me permitto

mitto abripi opinionibus, tanquam auris in diuerſum, quod ideò ſcribo, quia alii aſſignant huius Sacri Ordinis auſpiciis annum Chriſti 1153. *volentes eum erectum & inſtitutum à* S. Gulielmo *Duce Aquitaniæ. Sed eſt error, & eſſe conuincitur inuicto argumento, quod* Ego *ſupra proximè allegaui de inſtituto Ordine, erectis prouinciis, nedum diſtributis domibus, ac multiplicatis Religioſis, tempore* Eugen. *Tert. Sicut enim iſte Pontifex* Eugenius *vixit temporibus* S. Bernardi, *qùm fuerit filius eius, ità &* S. Gulielmus, *qùm ab eodem* Sancto *fuerit à ſuâ pertinaciâ, ac tirannide conuerſus ad penitentiâm, & obedientiam* Eccleſiæ: *Videtur autem incredibile, quod tam ſubitò, ac raptim fuerit expanſus per Orbem Ordo, diffuſus in Prouincias, multiplicatus in domos, infinitus in domeſticis: nam* S. Bernardus *conuixit noſtris Patriarchis, ex quibus* S. Felix *plurima ei debet, ſicut & ipſe S. Abbas auunculo eius* Theobaldo, *adeòque auſpicium ordinis Sanctiſſimę Trinitatis longè anteriùs extendendum eſt, ferè vnâ Centuriâ annorum, loquendo de prima illo militari, & Equeſtri.*

7. *Quod idem conſtans, & inexpugnabile telum, ſtatim hac ſtatione abiget aſſignantes huic Ordini auctorem* S. Thomam *Cantuarienſem, Epiſcopum & Martyrem; nam ſimili obice eliditur hoc commentum, quia* S. Thomas *Cantuar. floruit. temporibus* Alex. Pap*æ III. qui ſedit anno* 1159. *hoc eſt* 40. *ante noſtros Patres, & anteà* Eugen. *III. non niſi* 14. *quo interuallo videtur impoſſibile, quod potuerit Reſpublica vlla peragrare Orbem domiciliis, prouincias & regna complecti, inde inde erectis domibus, diuiſis territoriis, numero ferè innumera perſonarum.*

8. Sed (*inquies*). Alphonſus de Villegas, *tradit* S. Thomam *Cantuar. habuiſſe penes ſe monaſterium* SS. *Trinitatis, & geſſiſſe illius Ordinis habitum. Sed quid inde colliget? an fortè eum fuiſſe inſtitutorem?* numquid
omnes Apoſtoli, numquid omnes Prophetæ? *Vulgò, & verè dicitur*
quod habitus non facit monachum, quantò minùs inſtitutorem monachorum? 1. Corinth. 12.
Imò Ego eripio aduerſariis telum hoc, in ipſos vertendũ; ſi enim habuit ille prope Aulam monaſterium plenè abſolutum, et liberè frequentatum, ſignum eſt illud non fuiſſe tùm nuperum, aut ab ipſo cepiſſe. Et denique hiſtoria huius Sancti valenter promouet eam coniecturam, quam hìc amplector, ſcilicet illa tempeſtate fuiſſe veteranum Ordinem aliquem SS. *Trinitatis, et, ſummâ ſimilitudine veri, militarem; quod ſanè nobilitat hunc noſtrum Ordinem à* Patriarchis *inſtitutum, cum Ordo ille Equitum in noſtrum tranſiuerit, quâdam metamorphoſi, ſimili ei qua tormenta bellica, cum vetuſtate fatiſcunt, fornacibus admota iteratò funduntur, et videntur alia, cum ſint ipſa, non niſi præſtantiâ, et nouitate diuerſa.*

9. *Itaque in calce huius* §. *reſpondebo ad titulum duorum. de tempore, ſiue anno inſtituti Ordinis, et de Pontifice approbatore. Loquendo, enim (vt par eſt) propriè, ac preſsè de Ordine* SS. *Trinitatis, qui hodie Eccleſiam illuſtrat, et capit à* SS. *Patriarchis,* Ioanne, Felice, *libet ei adſcribere, quod de Patriarcha*

In pr. Veſper. *Seraſico* Franciſco *legitur, et in odeis cantatur* : Cæpit ſub Innocentio, curſumque ſub Honorio perfecit glorioſum. *Pontifex enim qui primus Ordinem approbauit, dedit habitum, precepit Regulam aſſignari, fuit* Innoc. *III. ille quaſi Princeps Pontificum, et ornamentum Apoſtolatus, idque ipſo ſtatim initio Pontificatus, ſiue anno primo, qui fuit Chriſti* 1198. *Quam eius ſententiam, ſimulque eundem ſacratum Ordinem Apoſtolicâ auctoritate, iterum confirmauit* Honor. *Pp. III. vt leges apud* Auguſtin. *Oldoinum in nouâ editione vit.* Romanorum Pontific. *vt non poſſit huic* Reipublicæ *timeri, quæ toties innixa eſt Apoſtolicę petræ, ac firmamento.*

10. *Ceterùm equeſtrem illum, quis inſtituerit? fateor me non eſſe expeditum definiendo. Illud* Prior, & Fratres, *apud* Eugen. *et Decretal. olet aliquid Auguſtinianum; ſic enim appellant illi ſuperiores, et ſubditos reſpectiuè. Subſcriberem noſtro* Emanuel Rodriquez *aſſignanti ei auctorem* Gulielmum *Aquitanum, niſi reuocaret me ab incepto ille calculus annorum, et inuictum argumentum de erectis prouinciis, ac multiplicatis domiciliis illius equeſtris Ordinis tempore ipſius* S. Gulielmi. *Certè hęc ipſa ignorantia, quâ authores omnes laborant, eſt indicium vetuſtatis, illa enim ſubducit res ſcientia poſterorum; ſicut etiam diſtantia obiecti ab organo reddit imperuium viſui.*

11. *Quidquid illud, cenſendum eſt in certis, quod priſcus ille equeſtris tranſiuit in noſtrum hunc monaſticum, et regularem; nam et titulus ei ſupereſt, ſcilicet* SS. *Trinitatis, additâ* Redemptione *Captiuorum; manent etiam priuilegia, nam vſque hodie vtitur illo aſsignandi teſtes ex ſuis in propriâ cauſâ; et in* Regiâ *Curiâ Cancellari* Valliſoleti, *nuper ad praxim reductum eſt illud, et ſententia in fauorē Ordinis lata, à Præſide* Alphonſo *Peres de, Lara, vt refert* Petrus Lopez *de Altuna. Et denique hæc veritas inde inualeſcit, quoniam ex quo illuxit Orbi Sacer Ordo* Redemptionis *à* Patriarchis *noſtris erectus, deſijt omnis ferè memoria priſci illius equeſtris, ſicut flumina, cum ſe in Oceanum exonerant, non iam flumina ſunt, ſed mare.*

§. III.

Titulus huius Sacri Ordinis.

1. S*Vper hoc puncto latè latum ſe diffudit, citatus* Petrus Lopez, *adductis Scripturæ diuinæ ſententiis, tanquam pro ipſo factæ eſſent. Neque eſt ambiguum, quin de trinitate mathematicâ proferri poſſint accuratæ* Philo*ſophorum gnoma, de diuinâ, Theologorum; ſed illas huc inferre & opportunè applicare,* hoc opus.

2. *Quod vt aperiam, aio quæſitum hìc ſiue griphum retexendum eſſe, cur ſacra, & illuſtris* Religio à SS. Ioanne, et Fælice *inſtituta, vocata ſit* SS. Trinitatis Redemptionis Captiuorum? *Quę quęſtio ſupponit factum (ſi non dictum potiùs,) hoc eſt vſum huius ſacroſancti nominis, ab hac ſacrâ* Religione *captum, et hactenus retentum, ſummâ eius dignitate.* Enim verò, *vt iura de-*

ra definiunt, magnum eſt priuilegium, vocari bono nomine, *Hic autem habemus nomen quod eſt ſuper omne nomen: In quo, quia omne genu aliorum Ordinum flectitur, non minùs quàm huius, reliquit locum liti, aut ſaltem ambiguo cuipiam, cur iſte præ alijs vendicet ſibi nomen* SS. *Trinitatis?*

3. *Ad quod reſoluendum, Ego in primis cenſeo ſacram hanc Religionem magis è vicino vendicare ſibi nomen Redemptionis, quàm* Trinitatis. *Moueor, quia hic eſt illius ſcopus, ſicut Ordinis* P*rædicatorum prædicare. Minorum mendicare, Eremitarum, ſeorſim degere, Cænobitarum ſimul, aliaque munia, quæ quiſque Ordo ſibi præſtituit exercenda; quod etiam ratio dictat, priùs enim eſt abſolutum cuiuſque, quàm relatio eius ad aliud; non enim poteſt vllius eſſe, qui nullus eſt, nec quiſpiam eum retinere, qui exiſtentiam dimiſit.*

4. *Iam verò cur Ordo iſte Redemptorum aſſignatus ſit* SS. *Trinitati Diuinæ? Hic nodus quærendus ei cuneus perrumpendo. Ordiendo autem à magis ſemotis, & quę minùs compeſcant pruritum Lectoris, dici poſſet in primis ſacrum hunc ac diuinum Ordinem à Patriarchis iam celebratis, I*oanne, Fælice *conditum, ideò eſſe, & dici* SS. *Trinitatis, quia æquè fuit vetus ille Equitum qui in ipſum tranſiuit. Fatendum eſt authorem huius aliquid attuliſſe, neque tamen prætendi poteſt eſſe ſatisfactum per omnia quæſtioni, adhuc enim quæſitor ſcire volet, cur ipſi equites, ſiue illa militaris* Religio *aſſumpſerit præ alijs quibuſque* SS. *Diuinam Trinitatem in auſpicem ſuæ Reipub. aut Religionis? Ad quod equidem, puto probabiliter dici poſſe factum id ideò, quia* Eccleſiæ, *& domicilia, quæ occupauerunt à principio, præferebant titulum* SS. *Trinitatis,* Romanus *etiam ſupra productus refert eos habuiſſe alia duo, vnum* Abulæ, *aliud* Toleti.

5. *Sed fidendo ad illum ſacratum Ordinem, quem tractamus, vnam rationem auſim aſſignare ei pro aſſumpto titulo Trinitatis, eſtque quod in veſte, quę ei diuinitus aſſignata eſt, tria colorum genera aut (ſi voles) ſpecies effulſerint, vnum candidum, alterum rubrum, tertium æthereum & cæruleum.*

6. *Tertia peremptoria, & vltima ratio eſt, quia (vt infra oſtendam) diuino oraculo) iſte ſacerrimus ordo à Deo proximè inſtitutus eſt, non ab* homine, *neque per* hominem, *adeòque meritò præfert ſuo titulo ſuum Inſtitutorem. Cum autem in Deo, ſecundùm Catholicam fidem, ſint tres Perſonæ, per omnia æquales, à quarum ſingulis, nedum omnibus, omnia ad extra (vt ſcholicè ſcribamus) eueniunt, ne cui illi præiudicium facerent, meritò omnium meminerunt, & ſcribunt ſe palam Ordinis* SS. *Trinitatis.* Galat.1.v.1.

§. IV.

De veſtę ſiue habitu huius Sacri Ordinis.

1. HAbitus *non facit monachum, ſed benè decet, & oſtendit. Eſt enim index Inſtituti, & monumentum obſeruantiæ eius. Vndè, & quæque familia* Regularis, *peculiarem aſſumpſit, quā non ſolùm à ſæculo, ſed ab*

aliјs Regularibus diuidatur, Omnes decori, omnes honeſti, ſed nullus qui debeat contendere cum Trinitario. Planè enim iſte deſcendit de Cœlis, & ſicut Ordo ipſe non eſt ab homine fabricatus, ità nec habitus, qùm per Angelum plus ſemel; primum Pariſijs populo, tum Romæ Pontifici monſtratus ſit, totus candidus præter crucem, quę in rectâ faſciâ ſiuè perpendiculari, rubet, in tranſuerſâ eſt lutea. Horum colorum interpretem & encomiaſtem egregiè egit Innoc. *Pp. Tert. magno illius honore, cùm nullus ex Ordinibus* Eccleſiæ, *à Chriſto nato, talem prẹferre poſſit, aut ſperare; de quo infra aliquid recurret.*

2. *Interim non eſt diſſimulandum, quod aliqua Prouinciæ huius Ordinis in Hiſpaniâ, exteriorem cappam non præferunt candidam, ſed brunam; neque tamen illi id arbitrariè, aut leuiter fecerunt, ſed maturè, & Apoſtolicâ auctoritate* Pij *Pp. IV. cuius proindè diploma hic ſubiicio, quia non ſolùm continet facultatem id faciendi, ſed et rationem.*

PIVS Pp. IV.

Rainutius miſeratione Diuina Tituli S. Angeli. &c.

3. RAynutius miſeratione Diuinâ tituli Sancti Angeli Presbyter Cardinalis, Dilectis in Chriſto Prouinciali, Diffinitoribus, & Miniſtris Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, Prouinciæ Caſtellæ ſalutem in Domino. *E*x parte veſtrâ nobis oblata petitio continebat, quod licet vos prætextu vnius clauſulæ inter ſtabilimenta dicti Ordinis poſitæ, quâ cauetur, quod veſtimenta Religioſorum illius Ordinis ſint lanea & alba, vltra tunicas albas, quæ verum ſignum habitus prędicti exiſtunt, cappas etiam albas deferre conſueueritis, quas non niſi quando extra monaſterium inceditis, defertis, nec de eſſentia habitus veſtri regularis exiſtunt in ijs, quia color albus nimium curioſus, & maioris expenſæ quam alij colores, eſſe noſcitur; ac plures Illuſtres & nobiles Ordinem ipſum ingredi recuſant ob indecentiam habitus prędicti. Vos pro maiori honeſtate & Religionis augmento, ac ad maiores expenſas euitandum, cupitis de cetero cappas prędictas, non albas prout hactenus in partibus iſtis vulgariter nuncupatur, deferre; id tamē vobis licere dubitatis inconſultâ deſuper Apoſtolicâ Sede. Quare ſupplicari feciſtis humiliter nobis, ſuper his per prædictam Sedem de opportuno remedio miſericorditer prouideri. Nos igitur veſtris in hac parte ſupplicationibus inclinati, auctoritate Domini *P*apæ, cuius Pęnitentiariæ curam gerimus, & de eius ſpeciali mandato ſuper hoc viuæ vocis oraculo nobis facto, vobis, veſtriſque ſucceſſoribus dictorum Ordinis & prouinciæ *P*rouincialibus, & Diffinitoribus ac Miniſtris in perpetuum, vt vos &, ipſi & ſinguli Religioſi, vobis & eis pro tempore ſubiecti, loco cappæ albæ quam hactenus deferre conſueuiſtis, cappam coloris bruni, buriel vulgariter nuncupati, alijs inſignibus dicti Ordinis, in reliquis ſemper ſaluis remanentibus, deferre liberè debeatis

tis, poſſitis, & valeatis, ac debeant, poſſint, & valeant, veris exiſtentibus pręmiſſis, tenore preſentium perpetuò concedimus, & indulgemus, ac licentiam & liberam facultatem impertimur; ac colorem præfatum in dictis cappis perpetuò in eiſdem Ordine & Prouincia obſeruari, ſicque per quoſcumque Iudices & perſonas, quãuis, etiam Apoſtolicâ auctoritate fungentes, ſublatâ eis & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, interpretandi, & definiendi facultate, irritumque & inane quidquid ſecus ſuper his, à quoquam, quauis auctoritate, ſcienter vel ignoranter contigerit attentari, decernimus. Quocirca diſcretis viris de Madrid in Eccleſiâ Toletanâ, & de Niebla, in Eccleſia Hiſpalenſi, ac Collegiatis in Eccleſia oppidi Valliſoleti Palenſis diœceſis Archidiaconis, & eorum cuilibet, auctoritate & mandato prædictis committimus, & mandamus qualiter per ſe vel alium, ſeu alios, vobis ac veſtris ſucceſſoribus, & fratribus ſiue Religioſis, vobis, & eis pro tempore in perpetuum ſubiectis, prædictis in præmiſſis efficacis defenſionis præſidio aſſiſtentes, faciant vos & eos conceſſione & indulto ac decreto omnibuſq; & ſingulis alijs præmiſſis pacificè frui, & inuiolabiliter gaudere, non permittentes Vos & eos ſuper eiſdem præmiſſis, vel eorum occaſione per quoſcumque locorum ordinarios ante dicti Ordinis Prouinciales, Diffinitores, ac Miniſtros, & Generalem aut quoſcunque alios, tam Eccleſiaſticos, quam ſęculares Iudices, & perſonas cuiuſcunq; dignitatis, ſtatus, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint, & quacumque etiam Pontificali præfulgeant dignitate, vel auctoritate etiam Apoſtolicâ fungantur, publicè vel occultè, tacitè vel expreſsè, directè vel indirectè, quouis quæſito colore vel ingenio, aut aliàs quomodolibet indebitè moleſtari, perturbari, aut inquietari: Contradictores quoſlibet & rebelles per cenſuram Eccleſiaſticã, & alia opportuna Iuris remedia, appellatione poſtpoſita compeſcendo, inuocato etiam adhoc, ſi opus fuerit, auxilio brachij ſæcularis. Non obſtantibus præmiſſis, ac conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, dictique, & aliorum quoruncumque mendicantium, & non mendicantium Ordinum, etiam iuramento, confirmatione Apoſtolicâ, vel quauis firmitate alia roboratis ſtatutis et conſtitutionibus, priuilegijs quoque, indultis, et litteris Apoſtolicis eidem Ordini, illiuſq; Superioribus, ſub quibuſuis verborum formis et clauſulis ac decretis, conceſſis et confirmatis, etiam iteratis vicibus, et Mari magno, Bullâ aureâ velalias nuncupatis. Quibus omnibus, illorum tenores, ac ſi de verbo ad verbum inſererentur præſentibus, plenè, et ſufficienter pro expreſſis habentes, illis etiam aliàs in robore permanſuris, hac vice dumtaxat, ſpecialiter et expreſsè derogamus, cæteriſq; contrarijs quibuſcumq; Datis Romæ apud S. Petrum ſub ſigillo officij Pęnitentiarię, quintò nonas Iulij Pontificatus Domini Pij Papæ IV. anno primo:

4. *Ve-*

14. *Verùm eſt quod* Bernard. *Vliſſipan. non approbit varietatem hanc coloris; quia exiſtimat cappam, partem habitus eſſe, & candorem habitus eſſe ei eſſentialem; quoniam* (inquit) appoſita cappa bruni coloris, tribus alijs, albo ſcilicet, & ceruleo, quartus color additur, quo Beatiſſimæ Trinitatis myſterij adumbratio tollitur, quod ex plurimorum Authorum teſtimonio in habitu noſtro cælitus adumbratum prenotatur, *in quibus vt negari non poteſt zelus dicentis, & coſtantia in primo inſtituto, ità nec alteri parti deeſt rationis ſuffragium (quo omnia ſunt metienda) vt patet recolentis quæ attulit D. Cardinalis & ſunt in primis*, curioſitas, tum maior ſumptus, deinde retractio nobilium ab ingreſſu Religionis, *quæ ſanè (ſi ſubſiſtant) præponderant Trino colori, quaſi ab illo numero dependeat ſubſtantia Ordinis aut profeſſionis. Itaque me Iudice, ſubſcribendum eſt vtrique parti, neutri repugnandum; nam, & numerus colorum adhuc retinetur in habitu, cum hic apud Religiones monaſticas, conſtet tunicâ, & caputio; & cappa ſit theca potius quàm pars eius.*

§. V.

Miracula diuina in fauorem Habitus Trinitarij.

1. Q*Vidni enim Cælum & Superi approbarent à ſe inſtituta? ſanè aliud non fuit expectandum, neque re ipsâ eſt effectum, vt hìc liquidò leges. Anno* 1598. *in Diœceſis* Calahorræ *eppido Cenicena, fœmina quædam, cui nomen* Mariæ *Saez à Lagunilla, intellexit, paulò anteriùs in vrbe* Logronio, *eiuſdem territorij, fabricatum eſſe conuentum ſacri Ordinis SS. Trinitatis. Cumque illa magni æſtimaret indulgentias, intellexit etiam plures eiuſmodi conceſſas illius Ordinis ſcapulari. Propter quod, ex patrio oppido quadam Fer. 4. Cinerum, venit Logronium, nuda pedes; atque audito Sacro, præmiſſis etiam SS. Sacramentis Euchariſtiæ, & Abſolutionis, magnâ animi demiſſione, petijt & impetrauit ſcapulare à domeſtico Prælato. Cumque ibidem didiciſſet orationes, quæ proinde incumbebant ei recitandæ, repetiuit domum ſuam, vbi ſæpe, & tenerè quidem oſcula figebat Cruci: Scapulare autem nunquam exuebat, ne noctu quidem. Deinde autem eadem illa morbo correpta eſt, cui abigendo cum neceſſe eſſet ſpoliari illam veſtimentis, id raptim factum à domeſticis, & in illo tumultu, nemo meminit ſcapularis, ne ipſa quidem. Deinde autem cum primum impetum morbi excuſſiſſet, repetiuit ſcapulare, quod diù à domeſticis quæſitum cum non compareret, orauit vt eorum aliquis Logronium contenderet, vnde alterum ei afferret. Polliciti illi, & occupati diſponendâ re familiari, (nam morbus maiori emphaſi redux eam ad manes vehebat) neglexerunt ſcapulare repetendum. Ipſa interim Cælum calidâ prece pulſabat, ne pateretur ſe vitam abſoluere niſi ſcapulari indutam. Quid expectes? inuiſit eam quiſpiam ex Clero, ipſius moribundæ germanus, qui cùm ex ipsâ quæreret, quid ab ipſo optaret in anguſtijs illis præſtitum? Retulit illa, vt*

(in-

(inquiens) Deum ores, ne morte moriar, niſi recuperato ſcapulari SS. Trinitatis. Res mira, & ſeriò ſtupenda: cum hoc cœpiſſet orari, & turba hominum in cameram illam confluxiſſet, e Cælo ſidit vnum ſcapulare, cum ſuâ cruce, & auras peruadens, introiuit cubiculum quo infirma iacebat, & rectà pectori eius incubuit, quę deinde admiſſo extremæ vnctionis Sacramento fæliciter expirauit.

2. *Adſcitum ſequentis, quod nihilominus eſt mirabile, tametſi plurimò magis propinquum quam præcedens, admonendus eſt lector, ſacram hanc familiam, SS. Trinitatis, iam quaſi biformem eſſe, diuiſam calceatis, & diſcalceatis: ex quibus priores illi cornua ſuæ crucis formant triangula, iſti autem ſimpliciter plana quadrangula, & ad angulos rectos ſe ſecantia. Quod duarum diſcrimen, vnde inceperit neſcio, qùm Angelus qui Pontifici apparuit, haud dubie vnam tantùm figuram crucis prætulerit; niſi forte ſecundò ſe exhibuerit videndum. Illud auſim aſſerere certò ſcitum, quod neutra forma, ſit ità intima Ordini, aut eius indumento, vt alteram præſcribat; quod vel inde liquet, quoniam in primâ eius* Eccleſiâ S. Thomæ *ad formas Romæ, vtraque viſitur picta penes thronum SS. Trinitatis, tanquam ipſa vtramque probaret, & vendicaret ſibi ex æquo.*

3. *Quia autem intereſt id credi conſtanter, nec pictoribus, aut poetis niti, ne quę familia ex duabus elato ſupercilio alteram deprimat, aut contemnat; cęlum ipſum voluit ſingulari plane oſtento ſignificare, ſic placitum ſibi, id ab omnibus cenſendum. Anno labentis ſæculi* 21. *duodecimo Calend: Sextil. quâ luce Hiſpani ſolemni pompâ celebrant Triumphum* S. Crucis, *ſecus* Hiſpalim *quiſpiam, aut cuneo adacto, aut inflictâ ſecuri pinum findebat, & cum perrumperet obſtinatam illam duritiem arboris, in ſegmentis eius attonitus aſpexit formam* Crucis *biformem, in vnâ ſuperficie, qualem geſtant* Patres SS. *Trinitatis calceati: in alterà, qualem excalceati: Quod ille meritò admiratus, detulit ad loci Gubernatorem, Comitem de* Fuentes, *cui etiam ſegmentum aliquod arboris exhibuit, inde indè cruce illâ ſignatum.* Comes *autem, vt negotiũ pleniùs lubrico opinandi eximeret, contulit ſe extra Vrbem, ad fundum in quo pinus proſtabat, iuſſitque ipſam adhuc ſemel, etiam ſecundò, ac tertiò ſecari: quod vbi factum, ſingula ſegmenta, duas cruces exhibuerunt duabus, quas dixi, formis, vltimâ die, & hora anni* 1680.

Altun. lib. 2 Chronic. cap. 4.

§. VI.

Admonitus Lector in anteceſſum ſupet calculo annorum in ſequentibus ſeruando.

1. *CVique apud hiſtoricos occurrit diuerſitas ſupputandi annos tam Pontificios, quam Imperatorum, quibus quaſi totidem polis res Chriſtiana regitur, & recenſetur. Non eſt autem meum cum alterâ parte certare; ſufficit, ſi ſigni-*

VVading. in Appar.

ſignificem Lectori, quod apud probatos authores lego, tametſi etiam ſimiles ſtent exaduerſa. Cauſa exempli: Otho *Saxonicus in ſchiſmate electus eſt Cæſar, anno 1199. contra* Philippum *Sueuum, & ab* Innocentio III. *confirmatus; In Germaniâ tamen non obtinuit, donec* Philippus *obijt 1208. vnde plures ſcriptores annos Imperij ei aſſignant incipiendo ab iſto poſtremo, nonnulli etiã à priori.* Fredericus *Secundus electus eſt in Imperatorem anno 1211. vel 1212. & tamẽ anni Imperij eius apud authores probatiſſimos non incipiunt niſi 1220. qua à Pontifice* Honorio *Imperij diadema accepit; quod ità verum eſt, vt ipſemet in* Reſcriptis *aliquot datis poſt diſceſſum ſuum ex Vrbe, illum annum 1220. ſcripſerit* Regni *Romani octauum, Imperij primum; Et tamen Germani aliquot ab altero illo incipiunt annos Imperij eius.*

Item, negotium Æræ in hac hiſtoriâ nonunquam occurrit, cuius computandæ diuerſitates, & diuinationes, partim etiam ineptas, qui volet, videbit apud Cæſarem Baronium *in Not. ad Martyrologium. Mihi ſufficit auctoritas* Iuliani *Tolaſani, qui lib. 3. contra Ind. ad* Eruigium Regem, *ſcribit.* Æra inuenta eſt triginta octo annos, antequam Chriſtus naſceretur; *quod quia dignum creditu eſt, negotium reducetur ad communem ſupputationem, ſi Hiſpanicæ Æræ detrahantur triginta octo anni; tum enim ſumma relicta dabit exactè annum à Chriſti D. Natiuitate.*

AN-

ANNALES ORDINIS SS. TRINITATIS REDEMPTIONIS CAPTIVORVM.

Annus

IESV CHRISTI.	D. N. INNOC. Pp. III.	ALEX. IMP. ORIENT.
1198.	1.	4

IMPER. OCCID.	INDICT.	ORD. SS. TRINIT.
VACAT	1.	1.

B R E V I A R I V M.

1 Innoc. *III. Roman. Pontifex qualiter electus?*

2 *SS. Patriarcharum* Ioannis, *&* Felicis *acceſſus Romam. Ibidem miraculum cerui candidi eos comitantis.*

3 *Quomodo Sancti à Pontifice excepti, tam charitate, quàm cautelâ?*

4 *Idem Pontifex magno apparatu Ordinem SS. Trinitatis approbat, apparente ſibi Angelo cum captiuis.*

5 *Tollitur dubium de præmiſsâ apparitione, & celebratione* Innocentij.

6 *Authoris iudicium de ordinatione Innocentij in Sacerdotem.*

7 *Aliorum multorum grauiſſima criſis, approbantûm apparitionem Innocentio factam.*

8 *Inter eos, aut ſuper potius, Sacra Rituum Congregatio ipſam seriò approbat.*

9 *Sancti fundatores Romà Pariſios proficiſcuntur. (vbi de primo Ordinis Conuentu.)*

10 *Quid ibi illis euenerit? Plures eis aggregati.*

11 *Propriam Regulam ſibi condunt.*

12 Gualteri *Comitis munificentia in Ordinem &c. vnde illa orta?*

13 *Memoria Cerui cuiuſdam: Vbi inſtituitur diſſertatio de illius, & cæterorum candore.*

14 *Repetita magnificentia cænobij, Ceru. frig. eiuſque priuilegia tam Eccleſiaſtica quam politica.*

15 S. Ioannes *iter molitur primùm Pariſios, tum etiam Romam, S. Felice fabrica præfecto.*

16 *Diploma Apoſtolicum quo* Innocentius *Pontifex Regulam, & Ordinem Sanctiſſimæ Trinitatis confirmauit, per Arabicos numeros diſtinctum.*

17 *Idem* Innocent. *S. Ioannē æternum Miniſtrum Ordinis Generalem inſtituit, eique aliud domicilium Romæ præparat. Statuta à PP. apud Ceruum frigidum cōgregatis, pro Ordinis regimine*

18 *Auſpicia Conuentus Metenſis Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis.*

TOT prologis tandem, quaſi rorarij equites velitatione, lentè de- I.
functi, denique incipimus ſcopum ferire, hoc eſt Sacræ Religionis SS. Trinitatis Redemptionis Captiuorum, annum natalem, & in eo geſta, propinare. Vt autem illa Ego pro merito à Sacris exordiar,

ordiar, proximi Innocentio Pontificis calcem deſinentis apprehendam, quaſi celebritatem aliquam pridie feſti inciperem: Igitur *Cœleſtinus III.* migraturus ad mortuos, conuocatis ad ſe Cardinalibus præcepit vt de ſucceſſore ſibi deliberarent. Ipſe autem nitebatur modis omnibus *Ioannem* a S. Paulo Presbyterum Cardinalem ſibi ſubſtituere, idque tam calenter, vt obtulerit ipſe ſe ipſum depoſiturum Papatu, dummodo Cardinales dicti Ioannem in ſede collocarent. Sed tenuerunt Electores inauditum facinus, non modò communis boni ergo, ſed & aliquorum priuato, quippe qui ipſi etiam ad idem faſtigium aſpirabant. At enim non obſtantibus ſingulorum ſtudijs, nec omnium in diuerſa ſciſſis, communi calculo, *Cœleſtino* ſuffectus eſt, ipſa die tametſi inuitus, ac reluctans *Lotharius* Cardinalis Anagnin. de Comitibus Segniæ, quem Gregor. PP. VIII. Subdiaconum, Clem. II. Diaconum Cardinalem creauerunt. Proluſit Cælum tam ominoſæ electioni, ijs præſagijs quæ partim ſupra retuli, vt planè dici poſſit cum Apoſtolo, inſtar Timothei *ſecundum præcedentes prophetias electus*.

1. Tymoth. 1. v. 18.

II. Iam præmiſi SS. Patriarchas Pariſijs Romam mouiſſe Idib. Decembris an. 1197. quo in itinere debuerunt plus ſatis patientiam ſuam in praxim reducere, cum illud adorti ſint adultâ hieme, nudi pedes, pecuniâ pauperes, &, quod nocentius eſt, ignari viarum, quas proinde toties dimiſerunt, in aduerſum erroribus abrepti. Propter quod preces ſæpe, & calenter fuderunt ad Cælum, vt doceret ignaros, & duceret incertos. Quod & factum, nam miſericors Deus, vota humilium admiſit, etiam approbauit, *Angelo*, cælis emiſso, *qui præcederet eos, & cuſtodiret in via, & introduceret ad locum, quem præparauit*.

Exod. 23. v. 20.

Quò magis credibile euadet, quod hic (quippe ſuo loco) ſubdam, & fateor, me apud paucos legiſſe; eſtque quod (vt infra) ceruus quidam villo candidus, curſu agilis, frequentabat fontem quendam ſitum prope tugurium Sanctorum in eremo quâ degebant, atque illis dietim panis dimenſum adferebat. Sancti autem Cæleſtibus imperijs parituri, mouerunt; (vt dixi,) Romam; tametſi ægrè; & in abitu, pelliciente eos, neſcias, quâ eremi ſuæ illecebrâ, ſæpius oculos in terga verteruut, nunquam ſaturi ſalutatione illius loci, in quo tot chariſmata è cælo acceperunt. Id autem factitantes, aliquando viderunt ceruum ſequentem, ipſum eundem, qui eos in eremo comitabatur; qui etiam tunc Crucem inter Cornua præferebat. Hic geſtienti ſimilis, & quaſi tripudians, iunxit ſe Sanctis, & toto itinere adhæſit, per Meldenſe territorium, per Galliam, Allobroges, Ianuam, Tuſciam, vſque Romam, omnibus admirandus, tum familiaritate illius, tum vel maximè Cruce illâ, quam cornibus interpoſitam præferebat. Sed præ omnibus id Sancti numerarunt in portentis, quod tam vaſto itinere tot Prouinciarum, nunquam eum notauerint edentem, aut bibentem. Ad hæc illi, cum Romam appuliſſent, intrarunt Pontificis palatium & poſtularunt admitti ad oſcula pedum eius. Factum; nam Innocentius iuſſit eos protinus introduci, & lectis litteris, quas ei Pariſijs attulerunt, inquiſiuit nominatim de ceruo candido. Illi autem volentes adhibere totius teſtem omni exceptione maiorem, retroactis oculis non viderunt ceruum (quippe quem Cubicularius oſtio & ingreſſu arcuit.) Cum autem deinde explicaretur ei aditus, intrauit exiliens, ſed in primis ſubſtitit in por-

G. Inſ. lib. 2 de fund. Ord S. Ma ... c. 31.

portâ, quaſi captans licentiam pergendi; tum verò erexit ſe ille in poſteriores pedes, & illis viam menſus eſt, vſque ad ſolium Pontificis, cuius pedibus ter oſcula libauit; quo officio functus contulit ſe ad locum vbi Sancti eius comites genuflexi hærebant. Prodigia prodigijs ſeminantur; Cum enim poſtridie Pontifex apud S. Ioannem Lateranenſem Sacris operaretur, & in eleuatione conſecratę hoſtiæ vidiſſet Angelum in albis, & captiuos penes ipſum, (quomodo S. Ioannes celebratis primitijs ſui Sacerdotij,) ceruus interum lætabundus, ac tripudians pede ſolum pulſabat. Denique cum Sancti negotijs Romæ defuncti, ad propria regreſſi appuliſſent priſtinam eremum, ceruus deſijt, quippe qui iam cæleſtibus mandatis plenè paruiſſet. Huius hiſtoriæ intellectus pendet ab infra referendis, fateor; eſt enim huic loco nonnihil peregrina, &, quædam παραλείψεις, intruſa. Regrediendo, (vt pateſt) ad negotij principium, SS. Anachoretæ, Angelo duce, Romam appulerunt, vbi cum egerent Pontificiâ benignitate ad imperrandum quæ erant petituri, idem cælum illis abundè prouidit. Nam priuſquam illi Romam accederent, D. Deus ipſum quem dixi Pontificem Innocentium per Angelum admonuit, & ſcire voluit, quod cum accederent duo anachoretæ, ijdemque Sancti; voluitque ab ipſo Pontifice benignè excipi, & poſtulatis omnibus potiri; quod ille non modo libenter didicit, ſed prurijt etiam ipſos Anachoretas, videre, quorum negotijs, cælum, & Superi tam ominosè præludebant.

Et factum Cal. Februarij 1198. tum enim ſe ſtiterunt ei, & proni ad pedes eius, ſummæ humilitati parem modeſtiam exhibuerunt. Pontifex etiam reciprocâ humanitate inde eos erexit, neque id ſolùm, ſed magnâ beneuolentiæ ſignificatione proſequutus eſt, tanquam ſibi à Superis commendatos. Notauit eorum macilentos vultus, quippe confectos eremi aſperitatibus; itemque veſtem nullâ vanitate ſuſpiciendam, & vltra omnia ſitum, ac modeſtam poſituram, dignam monachis; deinde benignum præbuit dignis auditum; lentè & lætè audiuit cæleſtes Apocalipſes, quas meruerunt exalto accipere ad expeditionem eorum quæ moliebantur. Ipſi ei exhibuerunt epiſtolas, quas Pariſijs acceperunt, quibus omnibus, ille humaniter reſpondit, fidem faciens ſe ipſorum votis adfuturum, atque alia, aliaque magni affectus argumenta, noua prioribus addens, vtrumque ſuo palatio collegit, aſſignatis miniſtris, quibus impoſuit non ſolùm victus eorum, & neceſſariorum ſuppeditationem, ſed etiam notam actionum, vt ſemper critici ſedulò obſeruarent, quidquid ambo agerent interim, conferrent, tacerent, meditarentur, quo ita ſecuriùs poſſet ipſe in eorum negotio, cæleſtibus oſtentis parere. III.

Non defuerunt ſerui imperatis, quin Argos induti, & centoculi, minutim, ac punctim obſeruarunt dicta, facta, commiſſa, omiſſa, amborum; & interrogati de omnibus ab hero, ſic Sanctiſſimo reſponderunt: Nos (Beatiſſime Pater) imperio veſtro obſequuti, obſeruauimus accuratè horum eremitarum actiones; quod autem poſſumus teſtari, eſt, videri ipſos potiùs Cæli incolas, quàm ſoli, quippe quorum conuerſatio ibi exercetur. Manè maturè, ſerò veſpere, ſemper deprehendimus oratione occupatos, quà vocali, quà mentali. Diuinum officium lentè legunt, Miſſas magnâ pietate; cæteris ſuaues, ſibi aſperi, multas moleſtias imperant. Pauimentum Cameræ, parietes circumpoſiti ipſorum ſanguine rubent. Parum noctis ſom-

no, multum vigilijs impendunt, dormientes ſolùm premunt. Tam frugi in edulijs, vt videantur vti illis non ad producendam vitam, ſed ad arcendam duntaxat mortem. Silentium obſtinatè ſeruant; et,ſi quando interrumpunt, de Cælo diſſerunt, & pietati impendunt eo fructu, vt audientes ſecum ad cęleſtia inuitent. Denique cenſeri poſſunt Ciues Cælorum,& domeſtici Dei, Angeli carne obducti.

Libenter excepit hæc *Innocentius*, cum per omnia reſponderent eius expectationi, atque illi ideæ, quam apud ſe ſuper ipſis formauit. Vt tamen in re tam graui debitâ maturitate ferretur, connocauit ad ſe primarios quoſque Eccleſiaſticâ dignitate inſignes, qui tum in Curiâ degebant, Cardinales in primis, & in illis nominatim *Ioannem* Epiſcopum Albanenſem, alium item Ioannem Cardinalem tit. S. Sabinæ; Nicolaum intimè amicum S. Dominico Ordinis Prædicatorum authori; Quiriacum Cardinalem Presbyterum tituli SS. Ioannis & Pauli, Petrum item Presbyterum Cardinalem, qui obiuit legationem à latere in Siciliâ, Inſubriâ, Poloniâ; & Gallię, ac Angliæ Reges ad pacem reduxit, nam anteà interſe erant inimici. Certè Innoc. Pontifex eum commendat, à Dei timore, ſapientiâ, & eloquentiâ: Ad hæc Benedictum tit. S. Suſannæ Legatum Conſtantinopolitanum, Rogerium tit. S. Anaſtaſiæ, aliquando in Siciliâ Legatum, Gregorium tit. S. Georgij in velo aureo Legatum in Daniâ; Odoniam SS Sergij, & Bachi; Ioannem tit. SS. Coſmæ, & Damiani, Pelagium tit. S. Luciæ, qui etiam egit Sedis Apoſtolicæ Legatum in pleriſque partibus Orientis, & interfuit, cum Peluſium à noſtris recuperaretur.

IV. His alijſque in illo grauiſſimo conſenſu propoſuit Pontifex cauſam, & addidit: videri ſibi rem Cælis commendatam, & à Spiritu Sancto agi. Reſponderunt Cardinales: Beatiſſime Pater; à Domino factum eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. Pontifex autem, notatâ eorum omnium concordiâ in id ipſum; vt (inquit,) maturiùs tam arduam rem tractemus, præueniamus deciſionem eius ieiunijs, vigilijs, orationibus, & eleemoſinis: S.P.Q.R. triduò ieiunent, interim orantes, vt diuina maieſtas dignetur ſignificare, quid in hoc negotio viſum, & placitum ei ſit à nobis decidi. Totum id Cardinales approbarunt, & Pontifex approbantibus gratus, Cras (inquit) Deo propitio, Nos Miſſam celebrabimus, & vos veſtra peccata deponetis apud Confeſſarios in arcano foro, vt veſtræ ad Deum preces liberius accedant, & intentum aſſequantur; Idemque imperauit Anachoretis *Ioanni*, *& Felici* qui totam illam noctem vigiles orationi impenderunt.

Poſtero mane, quæ fuit Octaua S. Agnetis 5. Cal. Febr. Pontifex Cardinalibus comitatus, totoque Vrbis Clero, & ambobus Anachoretis, magnâ pompâ conceſſit ad Baſilicam Lateranenſem, in eâque Sacrum ſolemniter celebrauit. Cumque conſecrati panis ſpecies (vt moris eſt) in ſublime erigeret ab omnibus adorandas, vidit interim Angelum niueâ veſte candentem, qui vtrâque manu apprehenderet totidem captiuos, vnum Aethiopem, alterum Chriſtianum, tanquam vellet vnum altero commutare: Ad hęc notauit crucem pectori eius impreſſam, partim purpureo, partim cæruleo colore. Tam diuino ſpectro oblectatus hæſit aliquamdiù in eius aſpectu, & dulci imbre lachrymarum irriguus, intellexit cælitùs Deo placitum eſſe, vt ipſe eius nomine ſiue authoritate, quâ fungebatur, approbaret Ordinem illum quem ſtatuit erigere innixum duabus illis columnis, quas coram habebat, *Ioanne*, *ac Felice*. Abſo-

IMP. OCCID.	INDICT.	RELIG. SS. TRINIT.
VACAT	1.	4.

Abſoluto Sacro accerſiuit Sanctos, & audientibus Cardinalibus, præſente autem infinitâ frequentiâ populorum, ſic eſt affatus: Dilecti Filij; dudumiam D. Deus mihi ſignificauit vos me acceſſuros, ipſius diuino Spiritu inductos vt approbem & confirmem nouam Religionem, quam cœpiſtis erigere ad Captiuorum redemptionem: Ego religioſum habitum vobis exhibebo eo ſchemate, quod apud Angelum aſpexi; eritiſque ambo totidem petræ fundamentales illius, & primitiæ noſtri Pontificatus. Dictum, factum; protinùs enim induit eos candidâ veſte, quam ſignauit cruce, rectè ad formam, quam ipſi Angelus oſtentauit; adhuc etiam indidit Ordini nomen *Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum*, & egit interpretem colorum, aiens candidum præferre æternum Patrem; cæruleo Filium exprimi, rubente Spiritum Sanctum; quæ dogmaticè dicta reduxit ad praxin; addens albo intelligi candorem conſcientiæ, qui omnibus, ſinguliſque incumbebat adhibendus; Cæruleo paſſionem Redemptoris, quam æternâ memoria deberent complecti. Rubente autem ardorem charitatis erga proximos, quos è Maurorum manibus procurarent eruendos.

Atque hæc ille de veſte, & vocabulo Ordinis Trinitarij. De illa autem Redemptionis addidit paræneticus iſta: Hic, inquiens, vos omnibus propius acceditis Chriſtum, ſingulariter Chriſtiani; nam Redemptio Chriſtum protulit; illi hunc debemus, ſicut & Adamo captiuitatem. Vos ergo præ reliquis Eccleſiæ ſuæ fœtibus voluit æternus Deus conformes fieri imaginis Filij ſui: Vos ad hoc vocauit, vos prædeſtinauit. Vnde ingenti curâ enitendum eſt omnibus, ne quâ vos ſeruitute Sathanas inuoluat; ne medici egeant medicamento. Et quod alijs impendunt ſibi eripi patiantur. Fateor vos ex profeſſo procurare corporum libertatem: ſed illam animarum ita non negligite, vt noueritis debere primas cogitationes occupare: vnum facite, alterum non omittite; vtriuſque autem mercedem ampliſſimam à Deo expectate, ne quis dubitet. *Extendet manum ſuam in retribuendo.* Pſal. 54. v. 21.

Hactenus recenſita tranſacta ſunt 5. Cal. Februarij, Octauâ S. Agneris, & quintiduò deinde 4. Nonas eiuſdem, die purificatæ Virgini *Mariæ* ſacro, iterum Sacris operatus eſt Pontifex, & propriâ manu porrexit Anachoretis Euchariſtiam, eoſque amiciuit habitu Religionis, quæ tunc rectà incepit; quod cum faceret, Cælum noui Ordinis auſpicia celebrauit muſico concentu, & harmonicis notis, haud dubiè Angelorum, quorum melodiam circumfuſi omnes hauſerunt, & in primis Pontifex, qui planè attonitus extra ſe ferebatur, cum oppidò cerneret nouum Ordinem portentis Cæleſtibus approbari. Vnde impar gaudio prorupit in illa verba, quæ etiam ipſe excepit ab Angelo, quem vidit albis amictum.

HIC EST ORDO APPROBATVS,
NON A SANCTIS FABRICATVS
SED A SOLO SVMMO DEO.

Aſſignauit ei in Patronam B. Agnetem Virginem, & Martyrem, cuius erat feſtiua dies illa in quâ relatam viſionem Angeli, &c. admiſit, & ſtatuit ordinem Oraculo ſuo confirmare, eo planè ſchemate candidi habitus, & Crucis, quo eum vidit cominùs ab Angelo præ ſe ferri. Diploma Pontificis infra dabo.

Di-

IESV CHRISTI INNOC. Pp. III. ALEX. IMP. ORIENT.
1198. 1. 4.

Digreſsio.

Super veritate hiſtoriæ huius, ſiue Angelicæ apparitionis Innocentio.

V. HIC interim occurrendum eſt obici, non ſanè leui, qui videtur dictorum fidem infringere; intelligo illam de apparitione Angeli factâ Innocentio Pontifici, dum Miſſam celebraret apud S. Ioannem Lateranenſem. Enim verò Miſſa illa refertur ab eo celebrata 5. Cal. Febr. hoc eſt die 28. Ianuarij; Id autem eſſe non potuit, cum *Innocentius* nondum fuerit Sacerdos, ſiuè in Presbyterum ordinatus. Electus fuit in Pontificem 8. Ianuarij anni 1198. quo tempore Diaconus erat, & diſtulit ordinationem ſui in Presbyterum vſque ad proximum Sabbathum. Quat. Tempor. quod incidit eo anno in 21. Februarij; Nam tunc temporis, non ſolebant Pontifices ſecum diſpenſare, & extra tempora ordinari; atque ita Innoc. non dum erat Sacerdotio, ſiue Presbyteratu initiatus vigeſimâ octaua die Ianuarij; vnde conſequens fit, cum illa die non celebraſſe Miſſam, ad quam indiſpenſabiliter requiritur ſaltem Presbyteratus.

Sic aliqui arietant in tam cœleſte prodigium, atque iſtius Ordinis honorem, qui ab illo cœpit. Neque negari poteſt, quin ſpeciem veri præferat, ſuppoſito calculo electionis, & conſecrationis, quem Pontificij hiſtorici Innocentij dignitatibus aſſignant.

Sed in primis, huius Ordinis honor, etiam ex viſione Angeli oriundus & ipſius viſionis ſubſiſtentiâ, extra aleam ſunt, ſecura periculi; nec enim pendent ab Innocentij ordinatione Ianuario, vel Februario factâ. Quia nimirùm dudum ante viſa, audita, ſcripta ſunt Lutetiæ Pariſiorum in ipſius S. Ioannis primitijs Presbyteratus, ſiue primo Sacro ſub Præceſſore Innocentij Cæleſtino III. Lutetiæ celebrato. Quæ viſio (ſi ſeponas interim Pontificiam Maieſtatem) multò eſt inſignior illâ Innocentij. In eâ enim Angelus, non vni apparuit, neque paucis, ſed infinitæ frequentiæ populorum, quorum ſinguli Angelum, eius candidam veſtem, & in illâ bicolorem crucem, duos item Captiuos, Aethiopem, & Chriſtianum aſpexerunt.

Ad hæc, ille aries Aduerſarij, quo labefactare conatus eſt totam hanc machinam, non eſt adeo formidandus, qui in auſim obtundere ei cornua; Id enim cui fidit, eſt fragile, quod ſcilicet Pontifices Romani tunc temporum non fuerint ſoliti diſpenſare ſecum, & extra tempora ordinari; Aio enim id prodere in aſſertore, aliquid zeli, parum ſcientiæ; quis eſt enim, qui poſſit ſecum diſpenſare? Quis quempiam eximere ſuâ ipſius lege? Aut enim lex eſt ipſius; & tunc ipſe eâ non tenetur; aut Superioris, & tum ille nequit vinculum eius auferre; Scimus autem Canones omnes Eccleſiæ à Romano Pontifice conditos, adeòque: Sed fidamus ad ipſius planitiem ex apicibus his Theologiæ; vtique enim ille intendit ſuadere quod Romani Pontifices non fuerint tunc ſoliti ſuâ authoritate vti ad præuenienda tempora ſumendorum Ordinum, ſed expectare per canones Conſtituta: Id autem minùs verè dictum oſtendent praxes multorum Pontificum, ex priſcis; nam *Cœleſtinus Primus* an. 423. qui Diaconus tantùm

erat

erat, creatus, & conſecratus eſt tertiò Nonas Nouembris, cùm eius præ-ceſſor Bonifac. I. mortem obierit octauo Calendas Nouembris: & tamen quiſque videt in illo interuallo, nulla interceſſiſſe quatuor tempora. *Hilarius*, qui etiam Diaconus duntaxat erat creatus, & conſecratus eſt 3. Cal. Maii, hoc eſt die 29. Aprilis, quâ neque tempora illa, neque Sabbathum poteſt facilè occurrere. Ad hęc *Salinianus*, item Diaconus duntaxat, creatus Cal. Septembris, conſecratus eſt Idibus eiuſdem; debuit autem aliquando anteà ordinari in Pręsbyterum; nulla autem dies anterior potuit habere quidpiam quatuor temporum.

Et, ne putetur hæc fuiſſe veterum & Sanctorum obſeruantia, producam alios, qui poſt Innocentium ſimiliter ordinati ſunt pręter tempora quatuor recurrentia; *Nicol.* III. noſtri Ordinis ſimiliter 7. Cal. Ianuarii ordinatus eſt. *Martin.* V. Diaconus duntaxat; die Sabathi 10 Cal. Decembris in Pręsbyterum ordinatus eſt, & ſequenti die Dominica conſecratus. Eat nunc maſtyx ille aut Momus, & dicat Innocentium non potuiſſe Sacrum facere 28. Ianuar. eò quod ab eius electione non interceſſerint quatuor tempora.

Aliquis vt euaderet, dixit Innoc. fuiſſe ordinatum in Pręsbyterum, die 18. Ianuarii, in Epiſcopum 22. Februarii, quia nimirum, quaque ex his diebus celebratur Cathedra S. Petri, vna Romana, altera Antiochena; Quę coniectura, plus pii, quàm ſolidi habet. Decuit non debuit id fieri, ſed vnde conſtat factum?

Si liceret meam criſin tot alijs interponere, dicerem Authores hic fortaſſis ęquiuoco aliquo iactari. Quæritur ordinatio Innocentii in Presbyterum, eò quod ante electionem eius in Pontificem fuerit Diaconus duntaxat. Quod quidem dari poteſt contendentibus, ſed & poteſt negari. Diaconus tantùm fuit titulo Cardinalatus, quia ille SS. Sergii, & Bachi, eſt tantùm Diaconi Cardinalis; At verò quod fuerit charactere, & ordine Diaconus duntaxat, non facilis concedam, facillimè negabo. Innocentius, ſiuè potius Lotharius, fuit triginta ſex annorum, cum in Papam eligeretur: quis autem credat inſignem pietate virum, tamdiù Sacerdotio, & ſacris abſtinuiſſe? quis ſibi perſuadeat ſapientiam illius non immolaſſe victimas ſuas interim? ſanè, qui negat ei interim presbyteratum, poteſt etiam Diaconatum inuidere; neque enim ex prænomine illo Diaconi Cardinalis ſequitur character, ſed ſolus titulus.

Et verò quocumque feramur, neceſſe eſt nos incidere in ſolidum reuelationis, ſiuè verius viſionis: tot teſtibus aſſerta eſt, vt aduerſarius compeſci poſſit ipſo numero opprimendus. Illam enim filiis ſuis tradiderunt homines dignitate eximij, eruditione celebres, ingenii partibus pręſtantes. *Petrus II.* Sereniſs. *Aragonum* Rex, in priuilegio; quo concedit S. *Ioanni a Matta*, & eius alumnis, vt in toto regno eius poſſint petere eleemoſinas, & recipere legata pro captiuis redimendis, ſic fatur: *Inſuper recipimus, præfatum Ordinem Sanctæ Trinitatis, & Captiuorum per D. Papam Innoc. III. cæleſti reuelatione inſtitutum &c.* quæ ex tracta, Archiuio Regio Barchinonenſi refert, & producit *Ioannes à Figueras in Cronic.*

Idem aſſerit *Petrus de Aponte* Epiſcopus Balearicus, in pręfatione Breuiar. tempore Leon. X,

Franciſcus Bocher Doctor Pariſienſis, in oratione habita coram Gregor. XIII.

Alphonſus Iuleſcas in hiſtor. Pontifical. 1. par. l. 9.

Carolus de Topia, Regens Conſilij Collateral. Regni Neapolitan. ſuper Authentic. *Ingreſſus Monaſter.*

Mart. Anton. Sabellic. tom. 2. Ennead. 9. l. 5. &c. ex App. apud Maced 186.

Ventum eſt ad triarios, & ſummum cauſæ præſidium, quod eſt Vaticanæ Cortinæ oraculum, à me gradatim producendum; primò in miniſtris Curiæ, tum in ipſis Pontificibus, tametſi non æquè liquidò: Denique liquentiſſimè quoad cauſæ ſubſtantiam, tametſi non omnia parerga adhibeantur.

Igitur hiſtoriam viſi Angeli cum Captiuis permutandis, in Vrbe Româ imprimendam, approbarunt miniſtri Pontificis, ad hoc illorum authoritate deſtinati, & interim functi, putà Magiſtri S. Apoſtolici Palatij: *Silueſter Prieras* an: 1518. tempore Leon. X. in Breuiario huius Ordinis, cuius frons præfert expreſſam imaginem Innoc. III. celebrantis, & Angeli ei apparentis:

Pauls de Francis an. 1600. in libro Italico. *Theſori naſcoſti nell' Alma Città di Roma*, Authore *Clauio Patiroli*.

Hyacinthus Lupus Soc. Reu. *Nicolai Richardi* 1629. in libro cui titulus; *Memorie Sacre, delle ſette Chieſe di Roma*.

Michael Mazarinus, qui deindè fuit S. R. E. Cardinalis, an. 1643. in lib. *Breuiſſimo Compendio delle Indulgenze, dell'Ordine della Santiſſima Trinità, impreſſo nella Camerale 1643.*

Iam verò ipſos Pontifices accedendo, fateor, ſobrios valdè fuiſſe in aſſerendâ viſione; ideo (credo e quidem) quia Innoc. cui facta eſt, modeſtiæ ſuæ tenax, noluit ſibi adſcribere, tam cæleſte oſtentum; Cæteri autem, qui minus ſciebant, noluerunt plus aſſerere. Nihilo tamen minus emiſerunt ſtricturas quaſdam huius lucis, veritate perrumpente cautelam. Pius Pp. V. iam Beatæ *memoriæ*, in Bulla quæ incipit; *Cum ſicut primus*: an. 1571. *Pontificatus 6.* ita habet: *Innoc Papa Prædeceſſor noſter primò Ordinem ipſum, qui inter cæteros Vrbis & Orbis Ordines, iuxtà Regularia ipſius inſtituta magis in charitate &c. diuino quodam afflatu (vt piè creditur) inſpiratus inſtituit.*

Quem imitatus, & quaſi tranſcribens *Clem.* Pp. VIII. ſiue (quod eòdem redit) eius authoritate, & iuſſu Hieron. Cardinalis Ruſticuccius: *Cum ergò*, inquit, *Ordo Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum nutu diuino, per felic. recordat. Innoc. III. inſtitutus eſſe dignoſcatur &c.*

Similiter loquutus eſt Vrban. Pp. VIII. in Bulla confirmationis priuilegiorum Ordinis, dat. an. 1623. Pontific. 1. *Dictus Ordo Sanctiſſimæ Trinitatis &c. nutu Dei fundatus &c.* Quod idem repetit in aliâ dat. 1631. Sed omnem difficultatem profligauit felicis memoriæ *Clem.* Pp. X. qui decennio abhinc retro, hoc eſt anno 1673. ex Cathedrâ approbauit hiſtoriam vitæ fundatorum huius Ordinis, Eccleſiaſtico officio inſertam, in quâ palam aſſeritur, ac tantum non intonatur, viſio illa Angeli, viſio item Captiuorum, crucis bicoloris, niueæ veſtis, idque interim

dum

dum Miſſa pergeret, quæ, vtrùm ab Innocentio celebratâ, an audita tantùm fuerit, patet eſſe parergon.

Et, ne quid amplius formidinis ſuperſit lectoribus ſuper diuinâ hac apocalipſi, dabo ipſo-ipſum tenorem lectionum, hic ſtrictè, infrà in loco fusè. Electus fuerat eo tempore *Innoc. III. qui illis* (eremitis huius Ordinis Patriarchis) *benignè acceptis, dum ſecum de re propoſitâ deliberaret, in feſto Agnetis ſecundò, Laterani, intra Miſſarum ſolemnia ad ſacræ hoſtiæ eleuationem, Angelus ei candida veſte, cruce bicolori, ſpecie redimentis Captiuos apparuit*. Hæc, hiſtoria, ſiuè lectiones S. Ioannis; & illæ S. Fælicis. *Facta igitur Innocentio Pp. III. inter Miſſarum ſolemnia reuelatione Religionis, & Inſtituti de redimendis captiuis, ab ipſo Pontifice ſimul cùm ſocio candidis veſtibus; bicolori Cruce ſignatis induitur, ad eam formam, quâ Angelus indutus apparuit &c.* Super quibus libet his adhibere magni Senatus in Vrbe Reſcriptum. Igitur Sacra Rituum Congregatio ad preces Sereniſs. *Hiſpaniarum* Reginæ Sanctiſſimo porrectas per Eminentiſſimum D. Cardinalem *Nitardo*, ſuum Oratorem apud Sanctitatem ſuam, cenſuit ſupra dictas Lectiones proprias Sanctorum Ioannis de Matha, & Fœlicis de Valois Ordinis Sanctiſſimę Trinitatis, Redemptionis Captiuorum fundatorum, diligenter reuiſas, & relatas ab Eminentiſſimo D. Cardinali de *Maximis*, poſſe approbari & concedi, vt à Religioſis prędicti Ordinis recitari & imprimi valeant, ſi Sanctitati ſuæ viſum fuerit: hac die 6. Maij 1673.

Et factâ de prædictis relatione per me Secretarium, Sanctitas ſua benignè annuit die 17. Maij 1673.

F. M. Epiſcop. Portuen. Card. Brancatius,
loco ✝ ſigilli.

Bernardin: Caſalius S. Rit. Congregat. Secretar.

§.

Regreſſus ad ſeriem Hiſtoriæ.

NOS iam ambage aliquâ extra circum acti, iuſto poſtliminio eò regrediamur vnde ſumus digreſſi. *Innocentius* enim Pontifex aſſignato Sanctis habitu Religioſo, quem ipſi, atque eorum alumni deinceps perpetuò deferrent, & prætereà indultis aliquot priuilegijs, de re tam arduâ cenſuit adhuc deliberandum. Vnde collata eâ cum Cardinalibus, vt tunc moris erat, ſcripſit Pariſios ad Ordinarium, & Abbatem S. *Victoris*, iniungens illis, vt cogitato noui Ordinis ſtatu, præpararent illi Conuentum in quo inciperet, & regulam quam alumni eius profiterentur. Nec his adhuc ſatur, voluit nouam regulam ad ſe tranſmitti accuratiùs expendendam; Epiſtolas autem ipſas tradidit nouis Patribus, addidit ſingulares ſignificationes beneuolentiæ. Mouerunt noui Religioſi Româ, 10. Cal. Martij, & vbique itineris dederunt ſuauitatem odoris; quippe, qui etiam tunc ceperunt exequi ſuum Inſtitutum redimendi vinctos ſeruitute peccati, prædicato Euangelio, inculcatâ pænitentiâ; vitia in odium, pietatem in vſum inducentes; & denique 12. Cal. Maij appulerunt

runt Lutetiam Pariſiorum, ibique Pontificias litteras tradiderunt Epiſcopo, & Abbati S. *Victoris*. Hi autem, conuocato cætu grauiſſimorum capitum Vrbis, & Academiæ, primùm communi calculo decreuerunt, cauſam tam grauem deliberandam eſſe diù, cum ſtatuenda eſſet ſemel, & tamen hominem totâ vitâ vinciret. Quare conſulendum eſſe ante omnia D. Deum, qui quoniam ſtatuit ambos illos reddere huius fabricæ fundamenta, par et æquum erat eorum arbitrium adhibere, non ſolùm in regulæ methodo, ſed etiam in illâ Conuentus.

Hoc igitur conſtituto, ſtatuerunt in primis diſponendam eſſe ſtructuram Conuentus, vt illi domicilium aliquod haberent, quo etiam exciperent eos qui eorum Ordini vellent adſcribi. Ipſi autem memores ſemper, ſemperque amaſij priſtinæ ſolitudinis apud montem *Brodelam*, vbi primitias Spiritus Sancti, & ſtudium erigendi Ordinis inceperunt, elegerunt eum in fundum primi Conuentus, & totius Ordinis auſpicium. Pertinebat ille ad Comitem *Vvalterium* Caſtilionenſem, Præſidem Satellitij *Philippi* Auguſti Regis, qui eum liberè illis ceſſit; Rex etiam donationem ratam habuit, & fabricam ſuo ſumptu promouit,

X. Non eſt autem diſſimulandum, quod noui Ordinis parentibus euenit in Vrbe Pariſiorum; Cum enim vterque eſſent generis nobilitate inſignes, & nominatim *S. Ioannes* Academiæ illius Doctor, ibique publico magiſterio functus, Cathedralis etiam Baſilicæ Canonicus, plerique omnes notantes tantam vtriuſque humilitatem, obſoletam veſtem, geſtum etiam & poſitum corporis tam vbique modeſtum, cœperunt ex illis diſcere noui Inſtituti rationem ac æconomiam, quam in primis admiratione, tum etiam imitatione complexi ſunt: Quippe plures ex *Ioannis* olim diſcipulis, qui iam tum erant Academicis gradibus, & publicâ profeſſione inſignes, item Cathedrales Canonici, alijque ex Clero & populo ventitabant ad ipſos frequenter æquè ac libenter; nec nequidquam, quin eorum diuinâ eloquentiâ moti, denique auſi ſunt Mundi vanitatem generosâ calce ſupplodere, & ad cæleſtia aſpirare, tum vel maximè, cùm moroſè eſſent meditati periculum ſalutis æternæ, quod plerumque ſeculari vitæ iret annexum; atque ita denique ſe nouo Ordini alumnos adſcripſerunt, fueruntque nominatim *Ioannes Anglicus* Londinenſis, Sorbonicus Doctor, *Vvilhelmus Scotus* Oxonienſis, item Sorbonæ Doctor. Item Doctor *Petrus Corbellinus*, qui obijt Archiepiſcopus Senonenſis; *Iacobus Sournier*, deinde Epiſcopus Tuderſenſis; Doctor *Rogerius Leproſus*, qui poſtea euaſit Ordinis Miniſter Generalis, numero quartus. Magiſter *Elimandus*, author Chronici generalis Mundi, item, Tractatus de reparatione lapſi. Ego tamen tum ſtudio veritatis, tum etiam illecebrâ aliquâ tam Sacræ Reipublicæ fœnerandi, lubens illis ſubſcribo, qui primitias prolium ei aſſignant Illuſtriſſimos, & celebratiſsimos Coniuges, *Gualterium* Comitemſtabilem Regni Galliarum, atque eius parem nobilitate, ne quid dicam de pietate, coniugem *Iuannam*, quos imitati, plures ex eorum Aulâ, ac Territorio, dixerunt vale voluptati, ſequuti heros ſuos per prærupta ad Regni cæleſtis tranquillitatem. Sed ſequendo aliorum ſenſum de primatu Eccleſiaſticorum, ſubdo *D. Rodericum de Pennaloſa*, Hiſpanum Doctorem, à conſilijs *Alphonſo* Octauo Regi Caſtellæ, qui pugnæ Tholoſanæ victoriam reportauit, item ab arcanis confeſſioni-

bus

bus eidem, vir planè apoſtolicus, qui varijs expeditionibus Redemptionis plures Chriſtianos à Maurorum ſeruitute vindicauit.

Hos, alioſque plures, magnę eruditionis, & authoritatis viros induit ſui Ordinis habitu *B. Ioannes à Matha*, qui ad maiorem Regulæ perfectionem, poſt lentam orationem, & aſperam pęnitentiam, ſtatuit Religioſos ſuos in vnum colligere, apud nouum Conuentum, qui tunc fabrefiebat ſub auſpicijs B. *Falicis*, ibique cum ipſis deliberare de methodo Regulę, quam totus Ordo deberet profiteri. Factum, ea enim iam dicti Patres accuratè diſpoſuerunt ad genium Sanctorum, qui etiam, pro ſuâ animi demiſſione in pluribus ſubmiſerunt ſe diſcipulorum iudicio; quod omne proinde hic volui recenſitum, ne quis deinceps, reclamante veritate, audeat aſſerere SS. *Ioannem & Falicem* non tradidiſſe ſuis Regulam obſeruandam, ſicut aliorum Ordinum fundatores, ſed ipſorum compactam eſſe ab Epiſcopo Pariſienſi, & Abbate S. *Victoris*; nam Epiſcopus, & Abbas non aliud egerunt, quam perlegere, probare, & tranſcribere Regulam Romam ad Pontificem mittendam.

Neque verò fas eſt me hac ſtatione diſcedere, niſi Lectori non propinem modò, ſed etiam perſuadeam illam Illuſtriſsimorum Coniugum *Gualteri*, & Vxoris in hanc, iam tunc naſcentem familiam, tam effuſam (ne prodigam addam) pietatem, dum fundum illum latè latum, & adhuc ampliſſimos prouentus ei conceſſerunt ad auſpicium Ordinis, & extenſionem. Non enim id temerè Comes *Gualterius* egit, ſed maturè admodum, voluit pietati impendere quod gratitudini debebat. Enim verò idem ille Comes Gualterus in Paleſtinam Syriæ profectus ad terram Sanctam Sanctę Eccleſiæ vindinçandam, cum pluribus alijs Proceribus, in expeditione ſuſcepta à *Philippo* II. Regę Galliarum, vindicante Deo ſuorum peccata, cum alijs magnatibus à Saracenis captus, euaſit Turcarum mancipium. Cumque aliquando interim adultâ nocte inſomnis, ſecum ruminaret miſeriam ſuam, quam probè videbat non poſſe humanâ ope euadi, prouidè admodum vertit ſe ad diuinam, quam cepit calenter admodum, & ſupplicibus votis implorare; Cumque meminiſſet in ſuo Territorio, iam tum degere illos (ita dicam) corporatos Spiritus, & ſpirituales viros *Ioannem* à Mata, & *Falicem* Valeſium, rigidę pęnitentiæ addictos, commendauit ſe eorum orationibus, quàm potuit valenter. Non ille nequidquam, nam poſtero mane in auroræ crepuſculis, ille ferreis locis vinctus, vidit ſe tyrannidi Turcarum ereptum, in Vrbe *Gandalo* conſtitutum, catenis ſolutum, mancipio liberatum; Cui beneficio reſponſurus promouit fabricam illius Conuentus, tam magnificè, vt inter tot Aſię, Africæque aſceteria, nemo poſſit parem ei inuenire.

Sancti autem, vt implerent omnem iuſtitiam, non modò ſæculi Principum, ſed & Eccleſiæ facultatem voluerunt ſuæ fabricę præmittere: Vnde & acceſſerunt Meldendem Epiſcopum, nomine *Simonem*, & in numero illius Sedis Epiſcoporum ſextum, Suffraganeum Senonenſis, virum ſanctitate inſignem, qui eos ſuâ Aulâ collegit hoſpites, quamdiù ibi hæſerunt; nec ſolùm ſitum illis permiſit, qui in ſuo Territorio erat, ſed & obtulit ſuam operam in omnibus, quibus ipſis eſſet vſui. Defuncti hoc officio cum Epiſcopo redierunt ad domicilium ſuum; inde ad octauam lapidem ſiue leucam.

Et verò paucis opus erat ad extruendum illis Conuentum, ad erigendam Eccleſiam, cum vix quidpiam ſupereſſet arti addendum ijs quæ natura loci ibi hoſpitibus præparauit; & ipſi memores Caueæ ſimilis, in quâ Chriſtus omnium dominus naſci voluit, noluerunt antrum alijs apendicibus ſuperbire, tanquàm repeterent vſu magis, quàm ſono illud
2. Reg. 11. v. 11. olim Vriæ: *Arca Dei, & Iſrael & Iuda habitant in papilionibus, & Ego ingrediar domum. Per ſalutem animæ non faciam rem hanc.*

XIV. Quia tamen ijdem illi pro ſuo acumine viderunt ſitum illum, atque illius girum arctiorem eſſe, quam vt ſufficeret turbæ, quæ quotidie accedens eorum numerum augebat, viſus eſt illis alio ampliore mutandus, & tamen propinquo, illo ſcilicet vbi Ceruus ille candidus fontem accedebat ſitim poſiturus. Sed cum nihil moliri auderent, ſine ſcitu & arbitrio Principum, acceſſerunt, quam dixi *Mariam* Burgundiæ Comitem, atque eius Coniugem, *Vvalterium* Caſtellionenſem, qui ambo iam in ſolitudine degebant (vt dixi) iam ipſum Ordinem ingreſſi. Ipſi autem non libenter ſolùm, ſed et auidè aſſenſerunt nouæ Sanctorum œconomiæ; ſed, & plura alia prædia, pluresque pagos S. *Ioanni*, & in ipſius perſona Ordini SS. Trinitatis erogarunt, ſingula cum ſuis prouentibus; & Eccleſijs, nominatim illis SS. Mariæ de Sirinia, S. Crucis de Denna, S. Petri de Cariſinis, cum ſuis Decanijs, & Prioratibus.

Supra in loco aliquid libaui de iſto fundo; &, pro re natâ illuc tantiſper referendo calamum in tantæ Religionis gratiam, cuius Princeps domicilium hic proſtat, addo ex authoribus diametrum eius ad quinque leucas extendi, peripheriam ad ſeptemdecim; In quo ambitu durat adhuc neſcias quis pagulus, deriuato inde nomine dictus *Ceruus frigidus*, qui quidem iam tunc paſtoribus erat vſui ad greges ſuos, & ſingulariter teneros agnos illo includendos. Ibi fluebat fons ille, quaſi flos, certè autem ornamentum Vallis, veluti Chriſtallus, tam limpidus vt imagines redderet, tam gelidus ob adiectas arbores in ripis oriundas vt Solis, etſi ſummè quadrigantis, ardores ſibi ſubmitteret, ab accedentibus vitandos.

XV. Iuxta hos crepdines ſcopulorum, degebat Ceruus quidam, qui quoto die fontem accedebat hauſturus, & iam potus, immergebat ſe illi ad mitigandum ardorem, tum ex conſtitutione ſuâ phiſicâ, tum ex itinere illo oriundum; qùmque Indigenis tam repetito acceſſu, plus nimio notus eſſet, dedit illis occaſionem, vt circumſpectum vndique fundum, eius nomine notarent, Ceruum frigidum, ſeu candidum appellantes.

Propter quæ eruditis cerebris, inceſſit ea quæſtio, quàm meritò, & quo rationis fundamento, locus ille aceeperit illam nominationem? quibuſdam volentibus factum eſſe inde, quia illi montium apices & horrores, ſunt huiuſmodi animantibus opportuna diuerſoria, cum etiam ederent frutices ac herbas, quæ ipſorum & palato ſapiant, & pabulo conducant; Alij autem volunt proinde illis prominentias illas montium
lib. 2. de Anr mal. c. 77. placuiſſe, quia ſemper niue candent, vt Author, eſt *Fines*. His potuit placuiſſe alia hæc criſis *Ariſtotelis*, & *Opiani*, quod proinde in illis ſaltibus Cerui candidi naſcantur, quia horrendo frigore rigent, & conſtat hoc conducere ad candorem. Certè in calidis regionibus, qualis eſt in primis Italia, homines plerumque nigropilo gignuntur: Aut de-

denique, quia iſtæ crepidines, riguis fontibus abundant, ac proinde apprimè placent hiſce feris; qui inteſtino calore æſtuantes, magnâ voluptate captant eiuſmodi balnea, quibus ſeſe per diem ſæpiùs immergunt.

Neque negari poteſt, candorem huius Cerui potuiſſe à naturalibus cauſis oriri, id enim euincunt, ſaltem topicè, cauſæ iam adductæ cum earum Authoribus. Ego tamen in eam criſim propendeo, quæ candori huius cerui aſſignat cauſam ſupernaturalem, & alijs ſpero me perſuaſurum idipſum. Moueor autem inprimis, quia ſi natura loci id egiſſet, haud dubiè plures vno Ceruos, ſic albentes genuiſſet, quod non eſt factum; alioquin ſaltus ille, non ab vno ceruo candido, ſed à pluribus nomen haberet.

Deinde indè, quia cum fuerit ille natu alpeſtris, propterea aſper ille, & efferatus eſſe debebat; fuit tamen, tam cicur & blandus, vt quoto die fontem accedens, non terreretur hominum aſpectu, neque captaret fugam, ſed præberet ſe magna libertate videndum, itu redituque.

Adhuc tertiò, quia apparet D. Deum voluiſſe eo vti tanquàm pincernâ ad alendos Sanctos *Ioannem*, & *Felicem*; nam ille quoto die dimenſum panis portabat, vt Coruus olim *Eliæ* carnes, ſed minori portento: nam ille poterat ſibi aliquid edulij ſui decerpere, hic non item, eum cerui non pane, ſed herbis, aut fæno veſcantur. Quibus addi poteſt, eundem D. Deum reddidiſſe hoc animal interpretem ſuę voluntatis; nam impreſſo illi Sanctæ Crucis media inter cornua ſigno, abundè ſignificauit quod ab illis præſtitum vellet, eò magis, quod illo oſtento bicoloris Crucis refricauerit memoriam eius quam in primâ celebratione Miſſæ S. *Ioannes* vidit ſibi cælitùs oſtenſam. 3. Reg. 17. v. 2.

Creſcet hęc ſeges cauſarum, ſi lubeat addere aliquid ex amæniori litterarum penu. Enimuerò *Plutarchus* Chæreneus, *Sextus* Pomponius, vt & ex recentibus *Petrus Crinitus*, ad ſignificandam ſerui libertatem, ceruum Hieroglificum adhibebant, ſicut pellices lupâ, amaſios Cane exhibebant. Inde illi Ceruorum cornua in templum *Dianæ* congerebant, ſub cuius tutelâ mancipia degebant, & ab illâ expectabant libertatem. Vnde etiam quot annis, Idus Auguſti illi feſtos celebrabant, eo quod eâ luce fanum Dianæ in monte *Auentino* fuerit dedicatum.

Iterum redditur ad hiſtoriæ contextum.

HAec hactenùs, nunc ad fabricam regreſsis id repetendum eſt, quod in hoc fundo Cerui frigidi, ſiue candidi, tertio à *Gandulo* lapide, in dicto iam territorio Meldenſi, & inclyto Ducatu Valleſij, ſub Metropoli Senonenſi, quo olim eremitorio degit Sanctiſſimus Anachoreta *Fiacrius*, genere, & patriâ *Hibernus*, cæpit primus huius Sacri Ordinis Conuentus, auſpicijs & ſumptu *Philippi* II. Franciæ Regis, & aliorum Procerum Regni, tam densè agglomeratis, vt leuiculo interuallo temporis abſolutum fuerit domicilium, cui par hodie non habet Ordo in Europâ, Africâ, aut Aſiâ; ſed ideò totum, quia opifices interim fuerunt non homines tantùm, ſed Angeli, etiam Beati, qui totis conatibus promoue- XVI.

mouebant fabricam, templum Diuinæ Trinitati præparatum.

Quia autem primo ipſo Religionis anno abſolutum eſt ad poſterorum memoriam, voluit S. *Felix* columnæ incidi ſequens diſtichum, tametſi ametrum, ſed ſuâ ſinceritate commendatum.

MILLENO CENTESIMO, NONAGESIMO OCTAVO
IN CERVO GELIDO FIT TRIADIS PRIMITVS ORDO.

Licet autem Sancti ac frugi fundatores domus, paupertatis ęſtimatores, omnem luxum, ac pompam cenſuerint ei negandam, deinde tamen excreuit in eam magnificentiam, quàm ei Principum baſilicæ inuidere poſſunt; eſt enim, ex ſummè ſuperbis omnis Regni Galliarum, eique Pontifices Maximi paria priuilegia indulſerunt, item inclytas Diuorum reliquias. In ipsâ tamen adhuc hodie ſeruantur integra, & ſuæ paupertati permiſſa, Eremitorium Virg. *Mariæ*, & ambę Cellę totidem Patriarcharum *Ioannis*, *ac Felicis*. Eſt ex Sanctuarijs Galliæ ſummo aduenarum concurſu frequentatis, Sanctiſſima Trinitate locum ſuum tot prodigijs celebrante. Miniſter eius honore ęquat Epiſcopos, & Prælatos maioris notę; atque in Sinodis Ambrunenſi, & Meldenſi, itemque in Comitijs Regni conſeſſum habet tanquam Conſiliarius. Magnates Galliæ, quùm volunt ſe tumultibus negotiorum ſubtrahere, & ſoli Deo impendere, ferijs Dominici Aduentus, & ieiunij quadraginta dialis, eò ſe conferunt. Etiam Proceres deſtinant eò ſuas proles, vt ex Conſortiô Religioſorum à teneris componantur ad pietatem, & bonis litteris inſtruantur. Fuit enim Cœnobium illud Areopagus quidam, & Academia ſcientiarum. Non admittunt ad Religionem, niſi homines honeſtæ conditionis; Et in memoriam Cerui candidi, qui Sanctis Crucem prætulit, non permittitur in toto tractu eius venatio Ceruorum; propter quod illi affatim ibi multiplicantur, ad multum oblectamentum Patrum, & eos accedentium. Quibus aliiſque momentis, moti plures ex proceribus Galliæ ibi elegerunt ſibi mortuis ſepulturas.

Neque deſunt quę addi poſſent; Ego tamen ſolo hoc contentus, cętera diſſimulabo interim, fortaſſis alias recurſura. Eſt autem quod cum Sanctus Patriarca *Ioannes*, bonâ gratiâ, & benedictione Epiſcopi Pariſienſis, ad quem Pontifex eum remiſit, ſeceſſiſſet in Montana *Brodeliæ*, vbi pridem degerat, & vna cum Sancto Socio *Felice* quadraginta dies orationibus & abſtinentijs impendiſſet, ſemper Deo ſupplex, vt dignaretur ſignificare vbi, & quomodo vellet ædificari illud Princeps Ordinis monaſterium, à quo cætera omnia illius deberent normam operis mutuare, tandem apparuit illis cęleſtis Angelus, atque edixit Dei nomine, vt illud erigerent in illo ipſo monte penes Eremitorium B. Virginis, & ſuas olim Cellas; ad quod fęliciùs præſtandum, idem Angelus Dei vice egit illis, & operi Architectum, deſcripto gyro eius, aſſignato termino erigendis muris, deprimendo plano, arcuandis fornicibus, acroterijs, angulis, & quæcumquæ ſimilia debent fabricam integrare.

Iam, vt hiſtoriæ telam proſequamur, non poteſt chartis committi gaudium quo Cor *Ioanni* ſancto exultabat, cum videret noui Ordinis auſpicia coram ſe tam fæliciter progredi; Quæ, vt ipſe adhuc amplius promoueret, ſtatuit Sanctum ſocium *Felicem* cęptæ fabricę relinquere Prꝗfectum, ipſe autem Pariſios mouere, ad Epiſcopum, & Abbates, à qui-

quibus Pontificio mandato iuuandus erat ad Regulæ compilationem; Quod qùm Sanctus eius ſocius *Fælix* intellexiſſet, impar dolor, neque potens diuortium amborum pati, dicitur deliquio correptus; quod, quia hiperbolim aliquam olet in viro tam compoſito, & diuinis nutibus accomodato, perſuadere nobis debet ingentem triſtitię fluctum, quo intrò imbutus eſt, & verò perculſus, non ille ſolùm, ſed cæteri etiam qui eum tanquam quotidianum ſolem vellent ſibi lucere. Sed ille omnes conſolatus eſt, tum diuinâ facundiâ ſuâ, tum vel maximè ſponſione celerrimi reditus ad ipſos, poſtquam Pontifex oraculo ſuo Regulam illis promittendam confirmaſſet; quâ occaſione ipſe cum illis deliberaret de alijs, quæ ad idem Inſtitutum pertinerent.

Igitur ille aſſumpto in ſocium *Gulielmo* Scoto, orſus eſt iter Pariſios, & abſoluit 11. Cal. Sextilis; ibique exhibuit, tam Epiſcopo, quàm Abbati tenorem regulæ, quam eſſent profeſſuri. Placuit vtrique; ſed vnus, nempe Abbas, voluit addi aliqua de celebritate Diuini officij, (quod in publico Choro optabat; modulatis vocibus peragi, vt in ipſius Cænobio fiebat;) & cum denique auctam illam abſoluiſſent, deſcriptam probè, & epiſtolis ſuis inſertam per B. *Ioannem* tranſmiſerunt ad *Innoc.* Pontificem, qui hoc ipſum illis imperauit.

Ioannes his inſtructus Romam mouit 4. Cal. Nouembris, appulitq; 5. Idus Decembris, ſummâ æſtimatione, ſimilique affectu ab *Innocentio* Pontifice exceptus. Illi *Ioannes* porrexit epiſtolas, quas Pariſijs detulit, Epiſcopi, & Abbatis; quas, cum Innocentius moroſè legiſſet, probauit quàm maximè Regulæ tenorem, quam proinde ſolemni ritu confirmare volens, diem negotio præſtituit 16. Cal. Ian. qui cum aduenisset *Innocentius* Ordinem, & Regulam *ipſi* exhibitam Apoſtolicâ authoritate, & hoc diplomate confirmauit.

REGVLA PRIMA
Fratrum Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum.

INNOCENTIVS Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, Dilectis Filijs Ioanni Miniſtro, & Fratribus Sanctæ Trinitatis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Operante diuinæ diſpoſitionis Clementiâ, in Sedis Apoſtolicæ ſpeculâ conſtituti, pijs debemus affectibus ſuffragari, & eos cum à charitatis radice procedunt, perducere ad effectum, præſertim vbi quod quæritur, IESV Chriſti eſt, & priuatæ communiter vtilitati antefertur. Sane cum Tu, dilecte in Chriſto Fili, Frater Ioannes Miniſter, ad noſtram olim præſentiam acceſſiſſes, & propoſitum tuum (quod ex inſpiratione Diuinâ creditur proceſſiſſe) nobis humiliter ſignificare curaſſes, intentionem tuam poſtulans Apoſtolico munimine confirmari; Nos vt deſiderium tuum in Chriſto fundatum (præter quem poni non poteſt ſtabile fundamentum) plenius noſceremus, ad Venerabilem Fratrem noſtrum Epiſcopum, & dilectum filium Abbatem S. Victoris Pariſienſis, cum noſtris te duximus litteris remittendum, vt per eos (vt pote XVIII.

qui

qui deſiderium tuum perfectius nouerant) de intentione tuâ, & intentionis fructu, ac inſtitutione Ordinis, & viuendi modo inſtructi; aſſenſum noſtrum Tibi poſſemus ſecurius, & efficacius impartiri. Quia igitur ex eorum litteris cognouimus euidenter, Chriſti lucrum appetere videmini plusquam veſtrum, volentes vt Apoſtolicum vobis adſit præſidium, Regulam iuxta quam viuere debeatis (cuius tenorem dicti Epiſcopus, & Abbas ſuis nobis incluſum litteris tranſmiſerunt, Cum his quæ de diſpoſitione noſtrâ, & petitione tuâ fili Miniſter duximus adiungenda) præſertim vobis, & ſucceſſoribus veſtris auctoritate concedimus, & illibata perpetuò manere ſancimus. Quorum tenorem, vt euidentius exprimamus, inferius duximus adnotari.

1 IN nomine Sanctæ, ac indiuiduæ Trinitatis, Fratres domus Sanctæ Trinitatis, & Captiuorum, ſub obedientiâ Prælati domus ſuæ (qui Miniſter vocabitur) in Caſtitate, & ſine proprio viuant.

2 Omnes res, vndecunq; licitè veniant, in tres partes diuidant æquales: & in quantum duæ partes ſufficient, exequantur ex illis opera miſericordiæ, cum ſui ipſorum, & eis neceſſariò famulantium moderatâ ſuſtentatione: tertia vero pars reſeruetur ad redemptionem Captiuorum, qui ſunt incarcerati pro fide Chriſti à paganis, vel dato pretio rationabili pro redemptione ipſorum, vel pro redemptione paganorum Captiuorum, vt poſtea rationabili commutatione, & bonâ fide redimatur Chriſtianus pro pagano, ſecundùm merita, & ſtatum perſonarum. Cum vero pecunia data fuerit vel aliquid aliud, licet ſpecialiter & propriè detur ad aliquid ſemper de conſenſu illius qui dederit, tertia pars ſeparetur, & aliter non recipiatur. Exceptis terris, pratis, vineis, nemoribus, ædificijs, nutrituris, & huiuſmodi: fructus enim inde exeuntes (deductis expenſis, ſcilicet medietate remotâ pro expenſis) in tres partes diuidantur æquales. Sed quæ paucas vel nullas recipiunt expenſas, omnes diuidantur. Cum verò panni, vel calceamenta, vel minuta huiuſmodi, quibus neceſſe ſit vti, quæ vendi, vel conſeruari non expedit, data fuerint, vel à ſeipſis habuerint, non diuidantur niſi Miniſtro domus, & fratribus viſum fuerit expedire, de quibus, ſingulis Dominicis diebus (ſi fieri poteſt) in Capitulo deliberetur. Si tamen prædicta (vt panni, terræ, nutrituræ, ſeu minuta) venderentur, pretium inde proueniens in tres partes, vt ſupra, diuidatur.

3 Omnes Eccleſiæ iſtius Ordinis intitulentur nomine Sanctæ Trinitatis & ſint plani operis.

4 Fratres poſſunt eſſe in vnâ cohabitatione tres Clerici, & tres Laici, & præterea vnus qui procurator ſit; qui non procurator, ſed Miniſter (vt dictum eſt) nominetur, vt frater N. Miniſter domus Sanctæ Trinitatis, & Captiuorum, cui fratres repromittere, ac impendere obedientiam teneantur.

5 Omnibus fratribus ſuis (ſicut ſibimet) Miniſter fideliter adminiſtret.

6 Veſtimenta ſint lanea, & alba; & liceat eis habere pelliceas ſingulis ſingulas, & brachas, quas iacentes non deponant.

7 Iaceant in laneis, ita quod plumea, fulcra, vel culcitras, niſi in ægritudine laborantes, in domibus proprijs minimè habeant. Ceruical vero ad ſuſtentationem capitis, permittantur habere.

8 In

IMPER. OCCID. VACAT	INDICT. 1.	ORD. SS. TRINIT. 1.

8 In Cappis fratrum imponantur ſigna.

9 Equos non aſcendant, nec etiam habeant, ſed aſinos tantùm liceat aſcendere, datos vel accomodatos, vel de proprijs nutrituris ſuſceptos.

10 Vinum ſumendum à fratribus taliter temperetur, vt ſobriè ſumi valeat.

11 Ieiunent ab Idibus Septembris, ſecundâ, quartâ, & ſextâ feriâ, & Sabbato, (niſi ſolemnis feſtiuitas interuenerit), vſque ad Paſcha: Sic tamen vt ab Aduentu vſque ad Natiuitatem Dominicam, & à Quinquageſimâ vſque ad Paſcha (exceptis Dominicis diebus) in cibo quadrageſimali ieiunent: & alia ſimiliter ieiunia, quæ conſueuit Eccleſia celebrare. Poteſt tamen quandoque Miniſter ieiunium cum diſcretione relaxare, propter ætatem, vel viam, & aliam iuſtam cauſam, vel facultate inſpectâ etiam augmentare.

12 Carnibus datis ab his qui foris ſunt, vel ſumptis de proprijs nutrituris veſci liceat tantùm in Dominicis diebus à Paſcha vſque ad Aduentum Domini, & à Natali vſque ad Septuageſimam, & in Natiuitate, & Epiphaniâ Domini, & in Aſcenſione Domini, & Aſſumptione, & Purificatione Beatæ *Mariæ*, & in feſtiuitate omnium Sanctorum. Nihil emant ad victum præter panem, & pulmentum, ſcilicet fabas, & piſa, & huiuſmodi legumina, olera, oleum, & oua, lac, caſeos, & fructus. Sed neque piſces, ſiue vinum liceat emere, niſi ad neceſſitatem infirmorum, vel minutorum, vel pauperum, aut in magnis ſolemnitatibus. Liceat eis nutrituras emere, & nutrire.

13 Cum verò in itinere ſiue peregrinatione fuerint, liceat eis (ſed parcè) vinum emere, & piſces in Quadrageſimâ, ſi neceſſe fuerit; & ſi quid eis datum fuerit, inde viuant, & reſiduum in tres partes diuidant. Tamen, ſi fuerint in viâ profecti ad redimendos Captiuos, quidquid eis datum fuerit, totum debent ponere in redemptione Captiuorum, præter expenſas. In Ciuitatibus, in Villis, ſiue Caſtellis, in quibus proprias domos habuerint, nihil omnino extra domos illas, (niſi forte in domo religionis,) etiamſi a quouis rogentur, comedant, vel bibant, niſi fortè aquam in domibus honeſtis; nec pernoctare præſumant extra huiuſmodi domos. Nunquam in tabernis, vel huiuſmodi locis inhoneſtis habitent, comedant, vel bibant: qui autem hoc præſumpſerit, iuxta arbitrium Miniſtri graui vindictæ ſubiaceat.

14 Talis ſit charitas inter fratres Clericos, & laicos, vt eodem victu, veſtitu, dormitorio, refectorio, & eadem menſâ vtantur.

15 Infirmi ſeorſum dormiant, & comedant; ad quorum curam habendam Conuerſus aliquis laicus, ſiue Clericus deputetur, qui ea quæ neceſſaria fuerint, inquirat, & miniſtret, ſicut fuerit miniſtrandum. Moneantur tamen infirmi vt lauta ſiue nimium ſumptuoſa non requirant, commodâ potius, & ſalubri moderatione contenti.

16 Cura hoſpitum, & pauperum, & omnium euntium, & redeuntium, vni de diſcretioribus, & benignioribus fratribus iniungatur, qui audiat eos, & vt expedire viderit, charitatis ſolatium adminiſtret: requirat tamen ab illis quos crediderit admittendos, ſi eis quæ fratribus apponuntur velint eſſe contenti? Ad lauta quidem, ſiue nimium ſumptuoſa cibaria nõ opportet quenquam admitti. Quæcumque tamen præſtanda ſunt, cum hilaritate præſtentur, & nulli maledictum pro maledicto reddatur. Si quis, & maximè religioſus ad hoſpitandum aduenerit, benignè ſuſcipiatur, & caritatiuè (iuxta poſſe

do-

domus) illi ſubminiſtretur. Auena tamen, vel aliud loco auenæ hoſpitibus non detur, ſi fuerint in Ciuitate, vel opido vbi venalis inueniatur: niſi forte religioſi ſint hoſpites, vel tales qui ad manus non habeant, & non emere poſſint: Si autem hoſpites venalem non inuenerint, & in domo quâ ſuſcepti fuerint, inueniatur, congruenter eis præbeatur.

17 Nullus Frater Laicus, ſiue Clericus ſit, (ſi fieri poteſt), ſine proprio officio. Si quis verò laborare noluerit, & potuerit, locum ipſum deſerere compellatur, cùm Apoſtolus dicat; *Qui non laborat non manducet.*

18 Silentium obſeruent ſemper in Eccleſiâ ſuâ, ſemper in Refectorio, & ſemper in Dormitorio: de neceſſarijs tamen liceat loqui in alijs locis, temporibus aptis remiſsâ voce, humiliter, & honeſtè, & extra prædicta loca.

19 Vbique ſermo eorum ſit honeſtus, & ſine ſcandalo, ſimiliter, & eorum omnis actus, geſtus, vita, actio, & omnia alia honeſta in eis reperiantur.

20 Capitulum (ſi fieri poteſt) ſingulis Dominicis diebus, in ſingulis domibus, Miniſter cum fratribus ſuis teneat; &, de negotijs domus, & domui ſiue fratribus datis, vt ad redemptionem Captiuorum tertia pars deputetur, fratres Miniſtro, & Miniſter Fratribus rationem fideliter reddant, non ſolùm fratribus, ſed & familiæ domus pro capacitate ſua. Similiter ſingulis Dominicis diebus (ſi fieri poteſt) exhortatio fiat; &, quod credere aut agere debeant, ſimpliciter moneantur. De omnibus rebus, & clamoribus fratres in Capitulo iudicentur. Nullus Fratrum fratrem ſuum in publico accuſet, niſi bene poſſit probare; qui autem hoc fecerit, pænam ſubeat, quam reus ſubiret ſi conuinci potuiſſet, niſi Miniſter ex causâ eum eo diſpenſare voluerit. Si quis ſcandalum, vel aliquid huiuſmodi fecerit, vel (quod abſit) ſe inuicem percuſſerint, iuxta arbitrium Miniſtri, maiori, vel minori vindictæ ſubiaceat. Si quis Frater in Fratrem peccauerit, idem eo ſolo ſciente; qui iniuriam paſſus eſt ſuſtineat patienter, licet ſit innocens: & cum quieuerit commotio animorum, benignè, ac fraternè commoneat, & corripiat eum vſque ter, inter ſe, & ipſum ſolum & pænitentiam agere de commiſſo, & a ſimilibus inpoſterum abſtinere: quod ſi non audierit, dicat Miniſtro, & ille corripiat eum ſecretò ſecundùm quod viderit ſaluti eius expedire. Qui verò ſcandalum mouit, ſi per ſe emendare voluerit, totum ante pedes ſcandalizati petens veniam ſe extendat; &, ſi ſemel non ſufficit, vſque ter illud idem faciat. Si verò hoc in publicum venerit, quæcunque ſequutura fuerit pænitentia, hæc ſit prior (ſcilicet) ante pedes Miniſtri petendo veniam totius corporis extenſione, & poſtea ſecundùm eius arbitrium emendetur.

21 Generale Capitulum ſemel in anno celebretur, quod fieri debet in octauis Pentecoſtes.

22 Si pro neceſſitate domus debitum aliquod fuerit contrahendum, prius in Capitulo Fratribus proponatur, & cum eorum fiat conſilio, et aſſenſu, vt ſic ſuſpiciones, et tunc murationes euitentur. Si quiſquam de ſubſtantia domus violentiam fecerit, et ad iudicem oportuerit referri, non ante hoc fiat, quam charitatiuè ille a Fratribus primò, poſt ab alijs vicinis ſimiliter moneatur.

23 Electio Miniſtri per commune Fratrum concilium fiat: nec eligatur ſecundùm dignitatem generis, ſed ſecundùm vitæ meritum, & ſapientiæ doctrinam.

ctrinam. Ille vero qui eligit Sacerdos ſit, vel clericus ordinibus aptus. Miniſter verò ſiue maior ſiue minor Sacerdos ſit.

24 Maior miniſter Confeſſiones Fratrum omnium Congregationum eiuſdem Ordinis audire poteſt. Minor vero Miniſter omnium Fratrum ſuę domus audiat Confeſſiones: dummodo verecundia repetiti exceſſus, occaſionem minimè præbeat, tardius prælatis ſuis vel minus purè quàm deceat confitendi. Solicitè vero Miniſter prouideat, vt præcepta Regulæ, ſicut cœteri fratres per omnia teneat.

25 Poſtqnam verò electus fuerit, ſi ex culpa deponi meruerit, per maiorem Miniſtrum, conuocatis tribus vel quatuor Miniſtris minoribus deponatur, & alius qui dignus ſit, loco eius ſubrogetur. Si vero pro remotione terrarum, vel aliâ causâ rationabili, maior Miniſter hoc facere non potuerit, Miniſtris minoribus, magis religioſis committat; & quod illi fecerint authoritate maioris ratum habeatur. Maior vero Miniſter ſi pro exceſſibus corrigendus vel deponendns ſit, per quatuor vel quinque Miniſtros (eiuſdem Ordinis) magis religioſos hoc fiat, qui tamen authoritate Capituli generalis ad hoc eligi debent.

26 Si quis huius Ordinis frater eſſe voluerit, primo per annum cum expenſis ſuis, præter victum (habitu ſuo, & omnibus ſuis retentis) in Ordine pro deo ſeruiat, & poſt annum, ſi bonum, & conueniens videatur Miniſtro domus, & fratribus, & illi locus vacauerit recipiatur; Nihil tamen pro receptione ſuâ exigatur. Si quid tamen gratis dederit, recipiatur, dũ tamen tale ſit, de quo non videatur Eccleſiæ litigium imminere. Si vero de cuiuſquã moribus viſum fuerit dubitandum, prolixior de eo probatio habeatur. Si ante receptionem aliquis ſe intemperanter habuerit, & impatiens diſciplinæ, ad arbitrium Miniſtri non emendauerit mores ſuos, tribuatur ei modeſtè licentia cum omnibus quæ attulit recedendi.

27 In Ordine vero aliquis non recipiatur, antequam annum videatur vigeſimum compleuiſſe, profeſſio vero ad arbitrium Miniſtri relinquatur.

28 Pignora non accipiant, niſi decimas, cum licentia ſui Epiſcopi de manu laici.

29 Iuramenta non faciant, niſi magna neceſſitate, cum licentia miniſtri, vel iuſſi ab Epiſcopo ſuo, vel ab alio vices Apoſtolicas gerente: & hoc pro honeſtâ, & iuſtâ cauſâ.

30 Si quod vitium in re quæ venditur notum fuerit, indicetur emptori. Depoſitum auri, vel argenti, vel pecuniæ non liceat eis ſuſcipere.

31 Ipſa die, qua infirmus venerit, vel aſportatus fuerit de peccatis ſuis confiteatur, & communicet;

32 Omni ſecundâ feriâ, præterquam in octauis Paſchæ, & Pentecoſtes, & Natiuitatis Domini, & Circumciſionis, & Epiphaniæ, & præterquam in feſtiuitatibus; quæ ad colendum pronuntiantur, finita Miſsâ pro Fidelibus, fiat abſolutio fidelium defunctorum in Cæmeterio.

33 Singulis quoque noctibus (ad minus) in hoſpitali coram pauperib. pro ſtatu, & pace Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, & totius chriſtianitatis, & pro benefactoribus, & pro his, pro quibus generalis Eccleſia conſueuit orare, communis fiat oratio.

34 In regularibus horis, morem beati Victoris obſeruent, niſi forte pauſationes, vel aliæ prolixitates, & vigiliæ, occaſione laboris, & paucitatis ſeruien-

uientium, de concilio piorum, & religioſorum virorum fuerint remittendæ; propter paucitatem etenim ſuam, tantas pauſationes in pſallendo facere non tenebuntur, nec ita tempeſtiuè ſurgere.

35 In raſurâ ſimiliter ordinem Sancti Victoris ſequantur Clerici; laici verò barbas non radant, ſed eas creſcere modeſtè permittant.

Nulli ergo hominum liceat, hanc paginam noſtræ conceſſionis, & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Datis Laterani decimo ſexto Kalendas Ianuarij, Anno Incarnationis Dominicæ millesimo, centeſimo nonageſimo octauo. Pontificatus noſtri anno primo.

En Canones (ita dicam) Apoſtolorum: Ecce Inſtitutum ab Angelo prælatum, niue candicans, Cruce ſignatum: En Ordinem verè Chriſtianum, quia Redemptorem. *Quicumque hanc Regulam ſequuti fuerint, pax ſuper illos, & miſericordia*, nos autem filum narrationis protrahamus. Galat. 6. v. 15.

XIX. His enim non contentus Pontifex, non modò permiſit, ſed præcepit etiam illam viuendi normam in toto Ordine, totâ æternitate obſeruari. Ipſum *Ioannem* ſuapte ſponte inſtituit illius Miniſtrum Generalem, quamdiù ſuperuixiſſet. Quod faſtigium vir ſanctus pro ſua humilitate declinare volens, abiecit ſe protinus ad Pontificis pedes, & in primis egit denſiſſimas gratias pro gratiâ confirmatæ Regulæ, ac Inſtituti: At verò, quoad moderamen eius per ſe ipſum, petijt ſupplex excuſari, ſed non impetrauit; Quin imò Innocentius nunquam benefaciendo illi ſatur, ſtatuit illi in Vrbe domum extruere, iniunxitque primùm, vt rediret ad ſuos, Regulæ ſcitu imbuendos; tum autem, diſpoſitis ijs, quæ Religioni promouendæ eſſent opportuna, ad ipſum regrederetur, à quo accepturus erat domicilium in Vrbe Româ.

Ad horum auditum *Ioannes* lætabundus, & laudans, Deo in primis immortales gratias egit; tum etiam eius Vicario, per quem quaſi canalem aquæ ductus, illius munificentiam excipiebat. Tum verò idem ipſe non plura moratus, cum ſocio ſuo accinxit ſe itineri Gallicano, adultâ, & aſperâ brumâ, cuius proinde inſultus nimis ſolidè ſenſerunt per vias niuibus elatas, aquis madidas, gelu rigentes. Sed denique domum reduces, excepti ſunt à ſuis tanquam totidem Angeli, aut homines per machinam cælo demiſſi; *Felice* præſertim, quem iam ſenio fatiſcentem inteſtinum gaudium nouis viribus auxit ad procedendum in occurſum chariſſimi, & Sancti ſocij.

Ipſe autem *Ioannes* in primis omnibus retulit gratias pro fabrica vſque adeò prouectâ; atque, vt ſuo muneri reſponderet, aduocauit Religioſos, etiam abſentes interim, & omnibus collectis celebrauit Ordinis comitia; primùmque eis exhibuit Regulam à Pontifice approbatam; tum etiam Reſcriptum eiuſdem Sanctiſſimi Domini, quo ipſum inſtituit perpetuum Ordinis Miniſtrum Generalem, quod illi omnes, ſingulique libentes audiuerunt; atque vt plus roboris acciperet, ipſi protinus primum loci conſeſſum ante omnes aſſignarunt in ſede cæteris eminenti, vbi ſedentem illum cæteri, & in primis S. *Felix*, flexi poplites reueriti ſunt, eique manus oſculari.

XX. Tùm autem itum eſt ad tractanda Ordinis incrementa, primò in ſingulorum perſonis, ad animarum, & ſalutis ſecuritatem, pro quâ accerſenda decreuerunt in primis ſilentium fixè obſeruandum; item orationes, tam mentalem quam vocalem, hanc quam maximè in Eccleſia, & Choro. Vt quaque

heb-

INP. OCCID. VACAT | INDICT. 2. | RELIG. SS. TRINIT. 2.

hebdommada quatriduò ieiunarent, nempe diebus Lunæ, Mercurij, Veneris, & Sabbatho, niſi forte in aliquam horum incidiſſet feſtum aliquod ſolemne: Item, ne vtantur lineis, ſed laneis: Vt aduentum incipiant Idibus Septembris. Vt toto anno, quantus, quantus eſt, non veſcantur carnibus præter Dominicas dies, & alias ſingulariter ſolemnes, quæ ipſis videbuntur excipiendæ: Vt itinera omnia pedites expediant, aut ſaltem humili iumento vecti: Vt Superiores Ordinis vocentur Miniſtri, quo ita meminerint ipſis id incumbere, vt ſint omnibus obſequio, ac ſeruituti.

Statuerunt etiam Commitia habenda eſſe diebus Dominicis, & vniuerſalia totius Ordinis penes Pentecoſten, ad feſtum SS. Trinitatis, cuius titulum præferre deberent omnes eorum Eccleſiæ, tametſi alijs Sanctis contingeret aliquas dicari: Vt Miniſtri à Capitularibus eligerentur, iuxta maiorem numerum ſuffragiorum: Atque illud denique cui maiori emphaſi incumbebant, tanquam principi Ordinis ſcopo, vt Redemptio Captiuorum ſummâ induſtriâ procuraretur, imperantes peremptoriè vt tertia pars omnium prouentuum, omniumque eleemoſynarum, quæ Ordini obuenirent, illi impenderetur. Vt alij miſeri, & pauperate oppreſſi fuiſſent hoſpitij charitate excepti. Item illis omnibus ſpiritualia ſubſidia, Sermonum & Sacramentorum exhibita, ita tamen ne nimia ſæculi familiaritas quietem ſpiritus labefactaret.

Abſoluam annum, Tomi & Centuriæ primum, nobili monumento, quod facet hic Ordo debet vni ex noſtris. Enim vero *Martinus Meuris*, olim præpoſitus magni Conuentus Pariſienſis Franciſcanorum, deinde Suffraganeus Henrici *Borbonij* Epiſcopi Metenſis, ipſe Epiſcopus Madaurenſis, in hiſtoria Præſulum Metens, vbi incidit memoria *Bertrandi* qui in numero antiſtitum eſt quinquageſimus nonus, ſcribit: Religioſi SS. Trinitatis introducti ſunt in Vrbem Metenſem huius Pontificatu, ſcilicet anno 1198. decurrente magiſtratu cuiuſdam *Raynerij* nomine, cuius ſubſcriptio legitur in actis creationis Amantum an. 1199. XXI.

Ipſorum Cœnobium erectum fuit primùm in ſuburbio Mazellæ; ſed enim fluuis *Seila*, qui ſubinde intumeſcit, alueo ſuo egreſſus, & aliorum aliquot circa ipſum, vſque adeò noxiam humiditatem illis accerſiuit, vt coacti fuerit locum mutare, & aliud extruere, vbi nunc eſt Arx Vrbis; vnde cum etiam vehementia caloris eos expuliſſet, debuerunt domicilium ſibi conſtituere in ſummo S. Crucis, & ædibus, anteà dictis *La Cour de orme*, vbi adhuc hodie habitant.

A N N V S

IESV CHRISTI D. N. 1199. | OCCIDENT. VACAT. 2.
INNOCENTII III. 2. | RELIGIONIS SS. TRINIT. 2.
ALEXII IMPERR. ORIENT. 2. | INDICTIO 2.

B R E V I A R I V M.

1 *Varia conditio Eccleſiæ*, Innoc. *Pontif. ſollicitudo pro recuperanda Terra Sancta*.
6 *Fit Pontificis Sacellanus*.
7 *Mittitur ab eo in Dalmatiam Sedis Apoſtolica Legatus*.

IESV CHRISTI D. N. INNOC. Pp. III. ALEX. IMP. ORIENT.
1199. 2. 2.

2 S. Ioannes *ſtatuit Romam regredi, ad fundandum alterum Ordinis Conuentum. Pietas cuiuſdam matronæ Pariſienſis.*

3 *Accipit à Pontifice fundum Conuentus extruendi in Monte Cælio, vulgo dictum:* de Formis.

4 *Dipoma* Innocent. *Pontificis, quo confirmat Ordini monaſteria omnia.*

5 S. Ioannes *accipit ab* Innocentio *ſubſidium ad redimendos Captiuos, & litteras ad Regem Marochij; vbi miſſi ab eo fratres redemerant 186. Captiuos.*

8 *Epiſtola* Innoc. *PP. ad* Vulcanum *Regem, & Vulcani ad ipſum.*

9 S. Ioannes *agit partes Legati in Dalmatià.*

10 *Canones ab eo conditi in Concilio ibi celebrato.*

11 *Romam redit cum Regis litteris.*

12 *A Pontifice inuitatur ad Epiſcopatum; ſed recuſat oblatum.*

13 *S. accingit ſe itineri Hiſpanico: Admittit in Ordinem viros magnanota. Miraculum Campanæ ſe ipsà ſonantis.*

I. ACcedit ornamentis ſancti huius Ordinis, quod annos numerat cum *Innocentio* Pontifice; iſte enim eſt vtriuſque ſecundus; Fælix quidem Eccleſiæ ſi ipſam duobus nouis Sanctitatis luminibus illuſtratam; ſi eius gremio Dioclios, Dalmataſque receptos, Bulgaros ad coniunctionem præparatos, in obſequio confirmatos Armenos, Liuones Chriſti cultu imbutos, Occidentales triumphali Crucis ſigno ad Terræ Sanctæ recuperationem inſignitos ſpectemus. Verùm luctuoſus, ſi paſſim in diuerſis prouincijs ſe efferentes, tumultuantem Angliam, Germaniam competitorum Imperij ſtudijs laceratam, Siciliam a Marcualdo alijſque ferro flammiſque fœdatam intueamur.

Innocentius ouium ſuarum (quippe Paſtor bonus) interim memor, omni ſtudio conabatur Terram Sanctam Turcis eripere, prioribus dominis vindicandam. Vnde, & ſcipſit *Alexio* Orientis Imperatori, quem ante annum., per Legatos, & litteras ad bellum Sacrum inuitauit; nunc verò etiam ad Concilium generale pro vnione Eccleſiarum celebrandũ: Neque tamen quidquam penſi fecit, *Alexio* in domeſticorum cædibus occupato; nam, & fratrem natu maiorem *Iſaacium*, cuius nomine Imperium adminiſtrabat, dolo captum excæcauit, & in vincula coniecit; addenſque ſceleri ſcelus, ad filium eius *Alexium* puerum, vix iam duodennem, enecandum inhiabat.

II. Iam nos vt ad negotia Ordinis ſidamus: Abſolutis fæliciter primis eius Comitis, & diſpoſitis ijs, quæ eius regimen promouere poterant, S. *Ioannes* ſtatuit adhuc ſemel Romam proficiſci, pariturus Summo Pontifici, ad auſpicandum alterum ſui Inſtituti Cænobium. Igitur conuocatis filijs, & alumnis ſuæ diſciplinæ, in primis commendauit S. *Fælici* conuentum Cerui frigidi: Tum cæteros affatus eſt paræneſi, quam & lacrimis condiebat, ad pænitentiæ tolerantiam, ſilentij cultum, & orationis ſtudium, et præ omnibus ad mutuam ipſorum charitatem, inculcando ipſis ſingularem gratiam, quâ D. Deus eos deuinxit, quos voluit eſſe ſui Ordinis, primitias, ac proinde cæterorum normam. Addidit ſupplex preces, vt ignoſcerent ipſi ſuos defectus, & impenderent ſuffràgium orationum ad fauſtum auſpicium noui Conuentus, quem ſciebant eum moliri. Ad quam eius èreiam, omnes, ſingulique tenerè liquefacti ſunt, & ui lachrimarum magis quam vocibus facundi, præbuerunt ei arctiſſimos amplexus; notanter S. *Fælix* addens, Deus te comitetur, & ducat, quò

te

te cumque feres proſequaturâ Te cæpta; Tu autem, cum acceperis tranſitum meum ad aliam vitam, memineris mei in precibus, & ſacrificijs. Omnes diuinaſſe eum dixerunt, & rectè, nam & ipſi diuinarunt; Sanctus enim Fælix expirauit annis aliquot ante Ioannem, qui alterum amplexus, & aſſumpto ſocio nempe Guglielmo Scoto, Romam iter arripuit 4. calendas Decembris anni quem commentamur.

Quo loco cogor circum excedere, non nihil vltra ſcopum ferri, interponendo hiſtoriolam, quam ab authoribus fide dignis hauſtam, non eſt æquum aut ſilentio inuoluere, aut excipere incredulitate; Eſt autem iſta, quòd ad famam tam ſonoram noui Inſtituti, nonique Conuentus, accedente fundatorum eius ſanctitate, filiorum obſeruantiâ, & quam maximè heroicâ charitate erga captiuos, quædam matrona Pariſiorum legauit Ordini pingues aliquot prouentus, tum ad Religioſos Ordinis ſuſtentandos, tum vel maximè ad Captiuorum redemptionem. Et addit author, quod eadem Domina orauerit Sanctum *Ioannem*, dignaretur ſe ſui Ordinis habitu induere. Quod & Sanctus fecit, & aliosplerosque impulit idem petere, ac impetrare.

Vt iam eò redeam vnde sũ digreſſus, Sanctus Pater *Ioannes*, & ſocius bimeſtri hæſerunt in itinere Romam, quò deniquè deuoratis multis moleſtijs appulerunt. Deinde autem Pontificiam maieſtatem venerati, ſignificarunt SS. quæ in illo interſtitio, parendo ei præſtiterunt. Pontifex viciſſim excepit reduces ſolitâ beneuolentiæ ſignificatione, & actis gratijs pro induſtriâ quam interim impenderunt obſequio Eccleſiæ, & animarum ſaluti, conceſſit ipſis ſitum in monte *Cælio* (qui ob aquæ ductus illuc intromiſſos, vulgo dicitur de *Formis*) vt ibi erigerent ſibi Cænobium, oblatis etiam ſumptibus ad fabricam cui promouendæ conceſſit eiſdem vnam inſignem vetuſtate Eccleſiam SS. Michaeli Archangelo, & Thomæ Apoſtolo dicatam, addiditque alia fana, prædia, & prouentus, quibus inſtructi illi poterant cænobium ſatis magnificum ſtruere. III.

Sanctus autem Patriarcha, tam ſtrenuè admouit operi manum, vt paulò deinde potuerit iacere domus fundamenta, & ſequenti anno iam abſoluerit lineamenta eius; tametſi non ipſam plenè. Animus ei erat viribus maior, & vtroque amplior anchora ſpei, quam in D. Deo maximam collocauit, & denique erexit nobilem Eccleſiam muſiuo opere fabricatam, atque in eius propilæo, huius Religionis Inſignia; Crucem ſcilicet, & Chriſtum illi imminentem, atque explicantem vexillum, cui idem ſalutare ſignum inditum erat, partim purpureo, partim cæruleo coloribus; ſubtus autem Angelus, cum duobus mancipijs, quæ videbatur cancellatis brachijs velle permutare.

Et nequaquam ſuperſedit fabricæ Sanctus, donec intueretur ipſe abſolutam; nec proinde tamen intermiſit, quod primâ curâ vidit ſibi procurandum, ſcilicet ſalutem animarum, & errantium correctionem. Enim verò vtriuſque (tanquam Ceruus) ſitibundus, agebat ſtrenuè Eccleſiaſten, prædicabat verbum, inſtabat opportunè, quanquam nullo meliùs, quàm ſuæ vitæ exemplo, quo tanquam Magnete, ad ſe traxit plures ex Romanis doctrinâ, & ſanguine inſignes, qui eius inſtituta amplexi, dederunt repudium ſæculi huius pompis, & obtulerunt ſe Deo holocauſtum in arâ Religionis; eoſque vir Sanctus admiſit amore qui patrem decebat, docuit induſtriâ quæ deceret magiſtrum, optima quæque, puta bonitatem, & diſciplinam, & ſcientiam; & deinde eos, quaſi totidem Apoſtolos diuiſit in varia Mundi climata, vt erraticas oues ad caulas Chriſti reducerent. Ipſi autem profecti prædicauerunt vbique Domino coo-

pe-

perante, quod ita verum eſt, vt paulò poſt abſolutum hunc Conuentum in Vrbe Religio SS. Trinitatis Redemptionis Captiuorum diffuderit ſe in Prouincias a mari vſque ad mare, ab Arcto in Antarcton, ſiue vtrumque polum, ſi hiſtoricis fides,

Non exibo hac ſtatione, niſi confirmat's in parte, quæ ſupra attuli ſuper erectione monaſteriorum, ea enim voluit firma Ordini, *Innocentius* Pontifex, & verò fecit, vt patet hoc eius diplomate, quod quidem Ego breuitatis ſtudio, et tædio lectorum vitando, hic truncatum produco, infra fortaſſis integrè reſumendum.

INNOCENTIVS Pp. TERTIVS

Ex lib. 1. Epiſt. decretal. Innoc. Pp. III. edit. Colon. ann. 1575. p. 147.

Fratri Ioanni, & alijs fratribus Domus Sanctæ Trinitatis Cerui frigidi.

IV. *CVm à nobis petitur &c. Perſonas veſtras cum omnibus bonis, tàm Eccleſiaſticis, quàm Mundanis &c. Suſcipimus; ſpecialiter autem Domum Sanctæ Trinitatis* Cerui frigidi, *quam chariſſima in Chriſto filia M. Comitiſſa Burgundiæ, pro redempione illorum, qui armaturâ fidei communiti, pro lege Dei manum defenſionis hilariter opponentes, ab inimicis Crucis Chriſti ſepius detinentur, & Barbaricæ captiuitatis iugum in fame & ſiti, omnimodiſque laboribus pro Chriſto ſuſtinere lætantur, vobis charitatiuè contulit; Locum quoque de* Planels *cum Eccleſia ibidem fundatâ à nobili viro R. de Planels ad idem opus vobis collatâ. Domum etiam quam nobilis mulier* Maria Panaceria *in Pariſienſi Diœceſi, videlicet in* Burgo Reginę *vobis ad hoc idem in perpetuum aſſignauit, cum omnibus ad ea ſpectantibus, ſicut ipſa iuſtè & pacificè poſſidetis, vobis, & ſucceſſoribus veſtris authoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti paginâ communimus. Statuimus etiam vt domus veſtræ præſentes atque futuræ à ſtatu illo in quo eas deliberatione prouidâ ordinaſtis, videlicet ad redemptionem Captiuorum, vel ab obſeruantiâ veſtri Ordinis, & inſtitutionis nullius præſumptione temerariâ valeant immutari. Nulli ergo &c. Datum &c. 17. Cal. Iunij Pontificatu noſtri anno ſecundo.*

V. Quoniam autem prima reuelatio, quam Sanctus Vir è cælis accepit; & princeps ſcopus inſtituti Ordinis fuit ſuper redemptio vinctorum, proinde Vir Sanctus totum ſe ei addixit, & inde verſans, procurabat opportunè importunè litra ipſis redimendis. Cumque gauderet nouam fabricam Conuentus ſui de *Formis*, commodè prouectam, iam tum ad finem properare, ſtatuit aliquando Summum Pontificem *Innocentium* accedere, eique conſilia ſua communicare, imploratâ etiam ipſius ope ad impenſas, quas probè nouerat debere eſſe ingentes. Vtrique autem pro more præmiſit orationem, & ieiunium, quibus fultus, & fiſus, pronus ad pedes Sanctiſſimi ità perorauit.

Beatiſſimè Pater. Tua Sanctitas dignata eſt confirmare noſtrum Ordinem, aſſignando ei titulum Sanctiſſimæ Trinitatis, officium autem redimendi Captiuos. Nos qui Ordinem profeſſi ſubiuimus illud onus, vellemus illud exple-

explere: Interim tamen voluntas eſt maior viribus; Conuentus nec dum nobis ſunt niſi duo, & neuter abſolutus, quæ omnia implorant conſtanter opem. Intellexi certiſſimè apud Marochium diſtineri in vinculis plures Chriſtianos, male à Mauris mulctatos, quorum proinde aliqui incipiunt à fide deficere. Ad hos non vinculis magis quàm periculis eruendos, ſi Sanctitas veſtra voluerit ſtipem conferre, nos conferemus induſtriam, etiam vitam ipſam, atque illa etiam, quæ potuerimus ſubtrahere noſtris Conuentibus, ac domeſticis eorum; Ad hæc, accedemus Chriſtianiſſimum Regem Galliarum, & Italiæ Principes, vt ipſi omnes, ſingulique veniant in partem ſubſidij, ac proinde meriti, tam ſancti operis, & copioſæ redemptionis.

Auidè audiuit *Innocentius* Oratorem, & protinus illi curauit numerari vim magnam pecuniæ, deſcribi litteras ad Regem Marochij, vt permitteret in ſuo Regno per earum Latores fieri Chriſtianorum redemptionem; ipſi etiam Sancto poteſtatem fecit aſſignandi ex ſuo Ordine viros, qui viderentur aptiores huic muneri obeundo; voluitque eos interim deferre barbas promiſſas, & accedere tam Galliæ Regem, quàm Italiæ Dynaſtas. Secundum hoc non eget probatione apud Lectorem, primi autem ipſum Inſtrumentum exhibeo.

INNOCENTIVS PAPA III.

Illuſtri Miramolino Regi Marochetano, & Subditis eius, ad veritatis notitiam peruenire, in ea ſalubriter permanere.

INTER *opera miſericordiæ, quæ IESVS Chriſtus Dominus noſter fidelibus ſuis in Euangelio commendauit, non minorem locum obtinet Redemptio Captiuorum. Vnde perſonis illis, quæ circa talia occupantur, fauorem debemus Apoſtolicum impertiri. Sane viri quidam, de quorum exiſtunt numero præſentium portitores, nuper diuinitus inflammati, Regulam, & Ordinem inuenerunt, per cuius ſtatuta tertiam partem prouentuum omnium, quos vel nunc habent, vel in futurum poterunt obtinere, in redemptionem debent expendere Captiuorum; &, vt melius valeant ſuum propoſitum adimplere (cum facilius per commutationem, quàm per redemptionem de Captiuitatis ergaſtulo valeant liberari;) vt paganos Captiuos redimant eſt conceſſum, quos pro liberandis Chriſtianis debeant commutare. Cœterùm quoniam opera quæ præmiſimus, & Chriſtianis expediunt, & paganis, huiuſmodi vobis duximus per Apoſtolicas litteras intimanda. Inſpiret autem vobis ille qui via, veritas eſt, & vita, vt agnitâ veritate, quæ Chriſtus eſt, ad eam venire quantocius feſtinetis. Datum Laterani 8. Idus Martij Pontificatus noſtri anno 2.*

Cum hac epiſtolâ, & ſpe diuinæ opis noui Redemptores 8. Idus Mart. per Tiberim, prono amne, diſceſſerunt Româ, & appulerunt Marochium 11. Cal. Septembris, defuncti multis vexationibus Turcarum, qui ne ſuis quidem parcebant, quin auferebant quæ poterant, violenter. Tum autem impetratâ facultate ſubeundi Vrbem, ſtiterunt ſe Regi, & exhibuerunt Pontificias litteras, quibus ipſi ſubdiderunt paulò lentius ſui acceſſus occaſio-

 nem,

nem, ſpondentes certiſſimè; quod præbitâ commoditate Chriſtianis ſuos vinctos redimendi, ille regnum ſuum abundè auro ditaret. Suſtinuit dicentes *Miramolinus*, & lucri ſpe, tanquam eſcâ captus, exhibuit Sanctis ſingularis beneuolontiæ ſignificationem; tum autem conceſſit eius liberam facultatem pretio liberandi Chriſtianos, quotquot in ſuo Rogno habebat vinctos; ſcripto etiam mandauit Miniſtris ſuis, Prouinciarum Regulis, vt publicis edictis cauerent, ne quis Redemptores cæderet, vi, aut iniuriâ vllâ mulctaret, quin illos commodis hoſpitijs colligerent, vt primæ vicis fælicitate inuitarentur ad iteratos reditus, ac Redemptiones. Tanti refert arundine humatâ piſcari, allicieute ad prædam lucro.

Virgil. 3. Aeneid. 56. *Quid non mortalia pectora cogis*
Auri ſacra fames?

Rabies Maurorum in Chriſtianos & crudelitas, auro ſtipulationem ingreſſo, plenè mitigata eſt.

Impetratâ autem hac facultate, cæperunt Redemptores operi ſuo ſtrenuè incumbere, diſcurrendo per Vrbem in ipſo Religionis habitu, tam fidenter, quàm ſi degerent Romæ. Prætereà ipſorum ſeuerus poſitus, & modeſtia, abſtinentia ciborum, patientia aduerſitatum, ſuſpendit admiratione Mauros, cum etiam viderent cilicina ſaga quæ præferebant, audirent crepitus, flagrorum, quibus à ſe vapulabant, notarent horas, quas orationi impendebant. Neque verò poterant non moueri miſericordiâ, quam miſeris exhibebant, eleemoſinarum largitione, atque alijs alijſque Chriſtianæ pietatis exercitijs, quæ illis tam altè inſederunt, vt plures Barbari ex illis cæperint fidei veritatem agnoſcere, & Mahometicam perfidiam deteſtari; quippe quæ vitijs fræna laxat, & ad voluptates inuitat. Vnde denique ex ſuâ ad Catholicam tranſiuerunt, Baptiſmo à Redemptoribus ſuſcepto. Tam valenter prædicant exempla, & virtus, cum in ſe ipſa, ac non tantùm in imagine exhibetur; omnem cauſam ſumma facundia perorat.

Vnde, & ambo illi Redemptores fecerunt operę pretium, redemerunt centum octoginta ſex vinctos e Maurorum ergaſtulis, & adhuc plures ex Inferni caueis, miniſtrato illis Baptiſmo: Confirmarunt in fide multos, qui a Mauris horrendè torti, cæperant in eâ vaccillare; conſolati ſunt alios, quos interim ibi in vinculis reliquerunt, lactatos ſolida ſpe reditus ſui, & ipſorum redemptionis. Quoto die celebrabant Miſſas Catholicis Captiuis, diebus etiam Dominicis, & feſtis agebant Eccleſiaſtas prædicando valenter Dei verbum; excipiebant ipſorum arcanas confeſſiones, & impendebant Sacramentum abſolutionis. Addebant eis animos ad patientiam captiuitatis, promiſſo in cælis præmio omnibus pænis maiore.

Abſoluta redemptione, expediuerunt ſe aulâ Regis, qui etiam noua beneuolentię ſuæ experimenta illis affatim exhibuit, addita facultate educendi redemptos, & indulto omnibus commeatu. Quibus freti illi in Hiſpaniam traiecerunt, & paucorum dierum velificatu appulerunt ad *Almeriæ* portum, ad quem eſt conſtans opinio S. Apoſtolum *Iacobum* primò deueniſſe, qùm Hiſpanias conuerſurus accederet, atque ibidem primitias fidelium meſſuiſſe. Quidquid illud, hoc extra aleam eſt, quod Gubernator Maurus, qui Ciuitati præerat, cum agnoſceret ſaluum conductum Marochiani, multa humanitate eos excepit, qui congeſtis edulijs nauigarunt Maſſiliam, ibique vinctis impertierunt libertatem. Ipſi autem prid. Cal. Aprilis, Romam peruene-

uenerunt (ſed ſequenti anno) qùm decem duntaxat menſium curriculum impendiſſent tam heroico operi, & victoriæ non ſolùm Mauri, ſed plurimò magis Inferi, cùm illi corpora, huic animas eripuiſſent, digniores, proindè triumpho, quam veteres Prouinciarum aſſertores, cum eandem Romam regrederentur.

Iàm verò vt exprimatur Iubilus, & exultatio S. Patriarchæ *Ioannis*, vt deſcriberentur lacrimæ quas gaudium illi exprimebat, qùm videret reduces filios, tali præda diuites, opus foret alio ſtilo, Africâ eloquentiâ, & Muſarum plectris; quanquam vtrunque illi obtuderit auditus ab illis cumulus ille miſeriarum, quibus reliqui fideles ab Ethnicis illis Chriſtianę memorię inimicis interim vexabantur. At enim diligentibus Deum omnia cooperantur, hæc ipſa acrimonia doloris, acuit ei induſtriam ad illos adhuc redimendos; ſed & ipſe inuidit filijs fælicitatem, quâ potuerunt tam ſanctam expeditionem ſuſcipere, ac ſuſceptam implere; & denique omnes, ad pedes *Innocentij* Pontificis admiſſi expoſuerunt ei omnia ex fide, nec fruſtra; nam Paſtor ille bonus qui vtique lętaretur, de ouiculæ vnius reditu, quid non ageret adiectis adhuc nonginta nouem paulò minus, ſecundo? vtique diſpoſuit ſe ad aliarum litra, & Redemptorum commoditates, quod vtrumque re ipsâ egit, vt infrà in loco exponetur.

Interim ocupabit nos recenſus aliorum munium, adhuc magis illuſtrium ad pompam, tametſi non magis ad meritum, quæ ſancto Patri indulta, imò impoſita ſunt à Sede Apoſtolicâ Pontificiâ. *Innocentius* enim, pro ſuâ, cæleſti ſanè, prudentia, omnibus loco ac temporo intentus ad Eccleſiæ, & fidei amplificationem, in id ſummâ curâ incubuit, vt officia, ac dignitates illis conferret, qui quàm maximè ea poſſent cum laude, & fructu ſuſtinere. Qùm igitur obſeruaſſet in *Ioanne* altam indolem, zelum eminentem, induſtriam vbique fælicem, ac proinde dignam dignitate; quæ tam diuinæ dotes, eò magis ipſum acuebant ad hominis eleuationem, quo magis ab ipſo obtundebantur; ſtatuit apud ſe fixè hominem, tametſi ſucceſſim, publicę adminiſtrationi admouere. In primis enim eum ipſum fecit ſibi Sacellanum, vt à Sacris ei operaretur; quod munus tam magnum vt maiori decore ſuſtineret, addidit eiuſdem Inſtituti illi ſocium, ſibi Subdiaconum, nomine *Simonem*.

Inter hæc euenit (vt hominis eſt natura lubrica, & ad caſum prona) in Regnis *Dalmatiæ*, & *Dioclia*, tum zizanijs ab inimico ſuperiactis, tum dormitantiâ Paſtorum, magna morum corruptela, cui corrigendæ *Vulcanus* iam tum Rex deſtinatis oratoribus ad Apoſtolicam Sedem, petijt à Pontifice Legatos, cum plenitudine poteſtatis, quâ freti conuocarent Epiſcoporum Concilium, definirent dubia, damnarent erronea, abuſûs abolerent, vt denique Eccleſia illa extirpatis tam arbitrij quàm ingenij defectibus, ad priſtinam integritatem rediret; voluitque ipſis nominatim concedi autoritatem loco, & officio deponendi omnes illos, ſingulosque, qui Collectæ Sinodi Decretis pertinaciter refragarentur, pollicitus ex ſuâ parte brachij ſęcularis auxilium, & ſumptus negotio neceſſarios.

Innocentius, qui nihil magis expectabat, voluit regias litteras in publico Conſiſtorio legi Cardinalibus, qui omnes (præuiâ deliberatione, quę cauſæ grauitatem decebat.) cum Pontifice conuenerunt in perſonam *Ioannis à Matta*, quippe Sancti, & docti, etiam Doctoris, quò cogitare non pote-

Altam. lib. 1. cap. 30. Malleo in Christi tom. c. 29. Andr. c. 20. Vide Baron. an. 1199. num. 15.

rant aptiorem ad illas prouincias ab erroribus, ac vitijs reuocandas. Ergo hoc constituto, addiderunt ei ſocium *Simonem* Subdiaconum Pontificium; & Pontifex expediri iuſſit diploma, quo Ioannem & ipſumq; instituebat ſuum, & Sedis Apoſtolicæ à latere Legatum præditos ampliſſimâ poteſtate, vt euellant, & deſtruant, diſſipent & ędificent, & plantent, adhibito, ſi opus eſſet, ſubſidio brachij ſęcularis ac Regij; Quod munus, cum vterque (etſi ægrè) admiſiſſet, Pontifex Bullam illis expediuit hoc tenore.

INNOCENTIVS Pp. III.

Ioanni Cappellano; & Simoni Subdiacono noſtris, Sedis Apoſtolicæ Legatis.

APoſtolicæ Sedis auctoritas, quæ per diuerſas Mundi partes omnem poteſtatis habet & retinet plenitudinem; Domini Saluatoris veſtigia
VIII. inſequendo; dum Diuo Petro dixit, *Paſce oues meas*, ſapientes & diſcretos
Ioan. 21. v. 17. viros ad partem huius curæ adimplendam aduocat, qui Dominicum gregem ſalubribus alimentis depaſcantur, eumquæ ęternæ beatitudinis viam edoceant. Ad huius curæ leuamen & auxilium, vt Eccleſiaſticę poteſtatis authoritas ſemper in ſuâ firmitate remaneat, quando neceſſitas id expoſtulat, nonnullos à latere aſſiſtentes mittit, & delegat, quibus Legatorum officium demandat. Hac igitur conſideratione moti, benignè etiam, nobis chariſſimi in Chriſto Filij *Vulcani* Regis Dalmatiæ, & Diocliæ precibus aſſentientes, qui inſtantiſſimè nos exorauit, quatenus ad ipſum Legatos noſtros mittere dignaremur. Vos igitur, in quorum probatâ virtute, & qualitatibus, Nos & fratres noſtri plurimùm confidimus, ad Dalmatiæ, & Diocliæ, ſuarumque prouinciarum partes tranſmittere decreuimus harum noſtrarum litterarum auctoritate, Legatorum munus vobis iniungendo, vt quod emendatione indiget, corrigatis, & omnia noxia & ſuperflua penitùs deſtruatis, & euellatis, quodque honeſtum cenſueritis, ædificetis, & plantetis, & ſic iuxtà Domini verbum talenta vobis tradita duplicata reportetis, & hac ratione à nobis & à fratribus noſtris gloriam & laudem talibus debitas operibus impetrabitis. Dat. &c.

In eandem ſententiam datæ ſunt litteræ ad Reginam *Vulcani* vxorem; Item ad nobilem virum *Seruiæ* magnum Iupanum, eiuſque coniugem, nec non Archiepiſcopo Diocliensi, alijſque Eccleſiarum Prælatis.

Neque verò defuere ſuis partibus illi, quin reciprocam vicem litterarum & gratitudinis ſuæ teſtimonia referrent: *Vulcanus* enim Rex ſequentes ad Innocentium tranſmiſit.

BEATISSIMO ET SERENISSIMO

Patri & Domino Innocentio, D. N. G. Romanæ Eccleſiæ Pontifici, & Papæ Vniuerſalis Orbis.

CVm ad noſtram præſentiam D. *Ioannes* Cappellanus, & D. *Simon* Viri Religioſi & diſcreti Sedis Apoſtolicæ Legati peruenerint, non exiguam

guam conſolationem, & lętitiam accepimus. Quia quemadmodum Sol ſuo lumine, & virtute vniuerſum Orbem illuminat, ita omne hoc Regnum illorum ſancta, & ſalubri prædicatione verbi Dei remanet illuſtratum, vt meritò dicere poſſimus, viſitauit hunc populum oriens ex alto. De eorum igitur virtutibus & ſcientiâ informati, Deo & S. V. gratias quàm plurimas agimus, qui tales Viros ad nos tranſmittere ſunt dignati. Prout decet, eos recepimus, eòque magis, quia illi cæleſtibus ditati bonis apparent, nam omne datum, & omne donum de ſurſum perfectum eſt. Exhibitis litteris, miſericorditer à S. V. preces noſtras fuiſſe auditas percepimus, & ita magnâ animi noſtri deuotione mandauimus, vt in vniuerſo Regno noſtro, iuxta Dei placitum facienda ordinent, & quidquid ſanctæ legi contrarium inuenerint, ſecundùm Prophetæ verbum euellant & deſtruant. *Luc. 1. v. 78* *Iacob. 1. v. 17.*

Vtriuſque Principis authoritate freti Legati, protinus manus operi admouerunt, maximè cùm ipſi honorificè & magnificenter fuiſſent à Rege excepti, & inſtructi plenâ authoritate diſponendi, quæ ad ipſorum ſcopum pertinerent in vniuerſo eius Regno. Itaque expediuerunt encyclicas & citarotorias litteras, inde per Dalmatiam, & Diocliam, ad omnes Pręſules Eccleſiarum, imperantes vt talibus, die ac loco adeſſent ad celebrandam Synodum. Quibus illę omnes protinùs parentes adfuerunt tempore, et aulâ aſſignatis, et ab ipſo *Ioanne* diſpoſitis Synodalibus Miniſtris, Iudicibus, Notatijs &c. cępit Concilium, præſidente in eo Apoſtolicâ authoritate *Ioanne*, qui etiam pro munere ſuo propoſuit Auditoribus quæ videbantur perperam agi, & correctione indigere. Omnia autem compoſita ſunt ſummâ vocalium pace, pari Ioannis prudentiâ per diuerſas ſeſſiones.

Enim verò explicauit tunc ille Diuina chariſmata quibus Spiritus Sanctus animam eius locupletauit, non ad pompam, aut oſtentationem, ſed ad proximorum vtilitatem. Diſſipauit enim ſuâ ille ſapientiâ nebulas errorum, quibus Prouinciæ illæ caligabant; perrupit diuinâ facundiâ obſtinatam nequitiam peccatorum, eliminauit abuſus, qui longâ annorum ſerie in continuam praxim, ac tantùm non etiam in legem tranſierunt, tam apud Clerum, quàm apud promiſcuum vulgus; reſtituit Eccleſię nitorem ſuum, Populum obedientię, Reipublicę pacem; quæ omnia ne vnquam neſcitu, aut deſuetudine obſoleſcerent, edidit, & reliquit Prouincialibus ſequentes Canones ad memoriam, & vſum poſteritatis.

Nos Ioannes Cappellanus, & Simon Subdiaconus Sedis Apoſtolicæ & Domini Papæ Innocentij III. Legati ad effectum ex agro Dominico res noxias eradicandi, et virtutum plantas fructuosè in eo collocandi. Qùm plura in Clero, et populis Dalmatię et Dioclię correctione, et emendatione digna inuenerimus, pręſentia iuxta SS. Patrum decreta corrigere et emendare ſtatuimus. X.

1 In primis decernimus quod nullus de cętero Epiſcopus præſumat et audeat aliquem pecuniâ mediante ad ſacros Ordines promouere, vel beneficium Eccleſiaſticum pretio interueniente conferre. Nam reuera Dominus ita Apoſtolis ſuis pręcepit, dicens. *Gratis date quod gratis accepiſtis*. Et Spiritus Sancti gratia, quæ ordinatis confertur, venalis eſſe non poteſt. Gratiter enim eſt puniendus ille, qui S. Spiritus dona vendere non erubeſcit. Quapropter hoc præſenti Noſtro decreto mandamus, quod Epiſcopus de huiuſmodi crimine conuictus, omni penitùs Eccleſiaſticâ dignitate priuatus exi- *Math. 10. v. 8.*

exiſtat, abſque vllâ recuperationis ſpe. Et tam ille qui pecunias dederit, quàm qui de tali facto certus, ſacris fuerit Ordinibus initiatus, ſint perpetuò depoſiti.

2 Quoniam Sacerdotes Domini, et qui Sacratiſſimo altari miniſtrant, debent caſtè viuere, iuxta illud; *Mundamini qui fertis vaſa Domini*. Et iam fertur quod in Prouincijs Dioclię ac Dalmatiæ, Sacerdotes tenent Eccleſias, et Vxores ſimul, proinde pręſenti decreto ordinamus vt Sacerdotes et Diaconi qui ante ſuſceptum illum gradum habuerunt vxores (niſi forte tales in manu Epiſcopi emiſerint votum Caſtitatis) habitent cùm illis, & dimittant Eccleſias; non enim poſſunt, qui actu ſunt coniugati, iuxta ritum Romanæ Eccleſiæ, niſi intercedente alterius coniugis morte, aut emiſſo voto caſtitatis, tametſi aliàs forent digni, ad Sacerdotium promoueri; Qui tamen ſuſcepto honore Sacerdotij, vel Diaconatus, conuincuntur duxiſſe adulteras potiùs quam Vxores, niſi eas dimiſerint, & egerint pœnitentiam, omninò priuentur officio, & beneficio Eccleſiaſtico. *Iſay. 52. v. 11.*

3 Prohibemus etiam, ne quis Epiſcopus audeat quempiam promouere ad ſacros Ordines, niſi in Quatuor temporibus, iuxta diſpoſitiones Sanctorum Patrum. Soli Romano Pontifici conceditur ordinare Dominicis diebus Subdiaconos: Epiſcopus cùm ordinationem celebrauerit, non audeat conferre ſimul, niſi ſolùm ordinem Subdiaconatus.

4 Ordinatus in Subdiaconum miniſtret ſaltem vno anno in eodem officio; & Diaconus ſimiliter faciat. Quicumque autem Epiſcopus contra hoc venire præſumpſerit, tamdiù à conferendis Ordinibus abſtineat donec à Romano Pontifice miſericordiam conſequatur.

5 Quoniam ſecundùm gradus, & ordines Perſonarum beneficia Eccleſiaſtica in domo Domini ſecundùm Sanctorum Patrum conſtitutionem diſtributa noſcuntur, decernimus vt decimæ, ſeu oblationes fidelium tam pro viuis, quàm pro defunctis, in quatuor partes diuidantur, quarum vna ſit Epiſcopi, alia Eccleſiarum, tertia pauperum, quarta Clericorum. Portionem autem pauperum Epiſcopus adminiſtret; portionem verò Eccleſiarum Archipresbyter conſeruet, & ex mandato Epiſcopi in vſibus Eccleſiæ fideliter expendat. Quicumque autem Clericorum contra hoc venire præſumpſerit, ſuâ portione priuetur.

6 *Diſtrictiùs* inhibemus, ne aliquis Sacerdos filij ſui vel filiæ ſpiritalis priuatam confeſſionem alicui reuelare præſumat. Quod ſi facere conuictus fuerit, officio & beneficio eccleſiaſtico perpetuò priuetur. Idem dicimus de quolibet Clerico, qui de homicidio, adulterio, periurio, aut falſo teſtimonio publicè accuſatus fuerit & conuictus.

7 Cum terrenarum poteſtatum Nuncijs ſiue Miniſtris honor exhibeatur ab omnibus, multò magis Miniſtris Dei honor à Laicis exhibendus eſt, à quibus eis non ſolùm diuina celebrantur officia; verùm etiam ſacrum baptiſma, & corpus Domini, & Pęnitentia, & cætera Eccleſiaſtica Sacramenta iugiter miniſtrantur. Quapropter iuxta Decretum *Innocentij* Papæ II. diſtrictiùs inhibemus ne aliquis in perſonam Epiſcopi ſacerdotis, vel cuiuſlibet Clerici vel Religioſi viri, violentas manus inijcere præſumat. Quicumque autem hoc attentauerit, tamdiù excommunicatus maneat donec de tanta pręſumptione ſatisfacturus Apoſtolico ſe conſpectui repræſentet, vel ab eius Legato, præſtitâ congruâ ſatisfactione, abſolutionis beneficium conſequatur.

Simi-

8 Similiter ſub excommunicatione prohibemus; ne aliquis laicus Clericum ad peregrina iudicia trahere præſumat, veluti candentis ferri, vel aquę, vel cuiuſlibet alterius iudicij. Non enim pertinet ad laicum, clericum iudicare. Si autem Clericus peccauerit, ab Archiepiſcopo, vel Epiſcopo, vel etiam Prælato ſuo, aut Romano Pontifice, ſi opus fuerit, iudicetur.

9 Cum ſacroſancta Romana Eccleſia, quæ mater eſt omnium Eccleſiarum & magiſtra, decreuerit vt nullus Chriſtianus vſque ad ſeptimum conſanguinitatis gradum coniugium contrahere præſumat, graue nimis eſt, & diuini dignum animaduerſione iudicij, quod in partibus Dalmatię ac Dioclię à multis factum in veritate comperimus, vt homines Dei timorem non habentes cum conſanguineis in quarto gradu & quinto, vel infra contra SS. Patrum conſtitutionem, coniugia contrahere non formident. Qua propter præſenti decreto ſtatuimus, vt quicumque in quarto gradu, vel infra coniugium habere conuincitur, niſi ad mandatum Eccleſiæ ſatisfecerit, & à ſuæ conſanguinitatis inceſta coniunctione receſſerit, tamdiù maneat excommunicatus, & ab omnibus Eccleſię Sacramentis ſeparatus, donec à nefaria copula ſeparetur, & ad mandatum Eccleſiæ ſatisfaciat.

10 Item præcipimus, vt clerici raſuram, & tonſuram teneant clericalem. Qui autem hoc non fecerit ab Epiſcopo diſtrictione canonica compellatur.

11 Cum duæ ſint in terris poteſtates à Domino conſtitutæ, ſpiritualis videlicet & ſæcularis, & vna de ſpiritualibus & Eccleſiaſticis, altera de ſæcularibus habeat iudicare; Graue committit peccatum quicumque Laicus vel Eccleſias donare, vel Eccleſiaſticas perſonas iudicare præſumit. Quo circa præſenti decreto ſtatuimus, auctoritate Dei omnipotentis, & Apoſtolorum Petri, & Pauli, & Domini Papæ *Innocentij*, vt quicumque clericus de manu laica Eccleſiam vel Eccleſiaſtica beneficia receperit, tàm qui dederit, quàm qui receperit tamdiù vinculo excommunicationis teneatur adſtrictus donec ad mandatum Eccleſiæ ſatisfaciat, & quod contra Sacros Canones factum fuerit, irritum habeatur & inane. Illos autem Laicos, qui ante conſtitutionem iſtam Eccleſias donauerunt, vel in Eccleſiaſticas perſonas manus iniecerunt violentas, volumus per Epiſcopos tertiò commoneri; &, niſi penitentiam egerint competentem, eadem ſententia teneantur adſtricti.

12 Excommunicamus omnes illos, qui theſauros Eccleſiarum iniuſtè retinent, donec reſtituant, et eos qui Latinos detinent in ſeruitute, niſi recepta pecunia quam dederunt eos priſtinæ reſtituant libertati.

13 Excommunicamus item illos omnes, qui proprias dimiſerunt vxores, vel de cætero dimiſerint ſine iudicio Eccleſiæ, donec ad ipſas reuertantur.

14 Prohibemus etiam vt filij Presbyterorum, & qui de legitimo non ſunt nati matrimonio ad ſacros ordines non accedant.

Similiter prohibemus vt nullus ordinetur in Sacerdotem niſi trigeſimum expleuerit annum.

Ego Frater *Ioannes* Domini Papæ Capellanus, Apoſtolicæ Sedis Legatus, ſcripſi & ſubſcripſi.

Ego Frater *Simon* Domini Papæ Subdiaconus, Apoſtolicæ Sedis Legatus, ſubſcripſi.

Ego Ioannes Diocleinſis & Antibarenſis Archiepiſcopus ſubſcripſi.

Ego Dominicus Archipresbyter Arbanenſis ſubſcripſi.

Ego Petrus Aſcuarienſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Ego

Ego Ioannes Polatinenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Petrus Arauſtinenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Dominicus Soacinenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Natalis Dulcinenſis Epiſcopus ſubſcripſi.
Ego Theodorus Sareanenſis Epiſcopus ſubſcripſi.

Atque his ille regnum illud aliàs celebre, iam penè vitijs & erroribus obrutum, ad ſanitatem, & poſtliminium pietatis reduxit. Quod vt nequaquam volatile aut temporaneum foret, ſed æternum quà licet, noluit inde abſcedere, niſi erecto ſuorum cænobio, ex quò tanquam ex equo Troiano pugiles, & pharetra ſagittæ, deſumi poſſent viri litteris ac pietate inſignes, qui populum illum in obſeruantia continerent, nec paterentur ad priſtinos errores deuolui.

XI. Abſoluta ergo legatione, ea fœlicitate, quæ vix poterat expectari, cæpit *Romam* regredi, rationem redditurus omnium *Innocentio* Pontifici. Hic autem eum explicatis brachijs excepit; illi amplexum, Deo gratias dedit, qui in ſuo Pontificatu tam induſtrium virum Eccleſiæ ſuæ conceſſiſſet. In abſceſſu Rex Dalmatiæ ſummè gratus, & addictus ei obtulit pretioſa munera, & egregiè ditia. Ille autem ex omnibus nihil admiſit niſi Epiſtolam, quam ſupra deſcripſi ad Pontificem Innocentium. Quo expoſito hunc annum penè abſoluam ſi addidero cum quodam, diſſidia hiſtoricorum in aſſignando tempore ſiue æra, & anno huic Concilio Dalmatico, & Dioclenſi. Diſcrepant enim in eo non ſegniter, nec ſolo, ſed etiam in geſtis eius & loco quo degerit, pleno quinquennio, hoc eſt ab anno 1200. vſque ad 1205. Quæ eorum diſcordia magnum chaos infert hiſtoriæ, quibuſdam cum Romæ interim ſtatuentibus, alijs in Galliâ, nonnullis in Hiſpaniâ occupatum, ibi prædicatione, & confutatione hæreſum, hic erectione conuentuum; Nec deſunt, qui eum Ieroſolimis ſtatuant, cum *Philippo* Galliæ Rege.

XII. Sed quia ex pluribus vnum aliquid aſſerendum eſt, hactenus propinaui Lectoribus, quod ſimilius verò videtur, ſcilicet iſta omnia huic anno aſſignanda, vt & ſequens heroicum exemplum humilitatis. Enim verò *Innocentius* Pontifex ſenſit ſe tam altè obſtrictum S. *Ioanni*, ob ea, quæ in Dei obſequium, & Eccleſiæ vtilitatem tranſegit in Dalmatiâ, & Diocliâ vt non videretur ſibi redditurus illi parem meritis mercedem niſi Eccleſiaſtica dignitate, etiam primaria ornato. Addidit ei calcar æſtimatio quam habuit eximiam de *Ioannis* indole, & induſtriæ fælicitate, vnde nollet eum abſcedere, quin ſemper penes ſe degere, quo ita poſſet vti conſilijs eius in arduis quibuſque cauſis. Cum ergo iam tunc vacaſſet Epiſcopatus.... ſtatuit Innocentius ſedem illam Ioanni conferre occupandam, eo etiam fine, vt ita eum propriorem redderet purpuræ Cardinalis induendæ.

Hoc ergo conſtituto, accerſiuit eum Pontifex, & qum adfuiſſet illius (quippe ſacellani ſui) Sacro, in partem abſtracto, ſignificauit decreuiſſe ſe eum infulâ decorare; quæ quia foret impar meritis eius merces, non foret vltima; ſed inciperet alias altiores. Addidit, quamuis prouentus eſſent tenues, tamen authoritatem ſedis eſſe eximiam, ob priuilegia, perquæ alijs Italiæ eminebat, &c.

Audito Pontificis ſermone, & intellecto conſilio *Ioannes* hæſit aliquandiu ſuſpenſus; & obuerſus Cælo, petijt inde opem, & apricum lucis, quâ fretus poſſet oppotunè Pontifici reſpondere; Vnde perrumpens ſilentium, ſuum ſen-

ſenſum ſequentibus explicauit.

Beatiſſime Pater: Reddo Sanctitati tuæ gratias, pro gratia, quam mihi præſtare voluit, impari æquè ac indigno. Mihi nunquam in ſinciput aſcendit iſta cogitatio, neque deſino mirari, quomodo Sanctitati Veſtræ ſubierit, iam denique longa experientia conſcio infirmitatis, æquè ac indignitatis meæ. Nouit apprimè Sanctitas ſua, vt ego me in eremum contulerim, ne forte in tumultibus huius ſæculi incurrerem animæ meæ iacturam. Duxit me Dominus in portum Religionis & quomodo me deinde tempeſtati illi committam, in qua video, & doleo plures perire? Si vnica animula mea in tuto locanda coegit me negare mihi me ipſum, quomodo ſubibo reddendam aliarum rationem? Tua Beatitudo olim, & prima quidem induit me habitu Religionis, quam etiam voluit à me regi; & Ego quale exemplum præbebo præſentibus, tranſmittam ſequuturis admittendo Epiſcopatum? quod etſi Ego ad iubentis mandatum praxi aliqua obedientiæ facerem, quiſque tamen manet ſuæ coniecturæ figulus, ſanctè aut ſequius interpretando. D. Deus vocauit me ad redimendum vinctos, non ad paſcendum redemptos. Dignetur Sanctiſſimus meminiſſe Angelicæ viſionis ei exhibitæ, quando nobis habitum Regularem conceſſit; & quoniam cæli nos addixerunt huic miniſterio, ne ipſe velit nos illi ſubtrahere. Ex *Hiſpania* excipio certam ſcientiam magni numeri Captiuorum, qui *Valenciæ*, & *Granatæ* vinciuntur; Et quoniam ſuperi aditum nobis aperiunt ad eos liberandos, atque etiam erigendos aliquot Religionis noſtræ Conuentus, precor Sanctitatem ſuam, vt Infulam illam velit mihi commutare in facultatem vtrumque præſtandi; Ita ille ad pedes audientis abiectus.

Pontifex in primis iuſſit eum ſolo ſurgere, erectum in pedes; tum etiam profeſſus eſt præbitum ab eo exemplum Chriſtiani zeli, & Religioſæ humilitatis, quibus ipſe nollet vim inferre; quin potius volens in partem meritorum venire, expectatam licentiam itineris ei impertiit, & præterea litteras ad Hiſpaniæ Reges, commendans omnibus perſonam ipſius, & Ordinem. His ille inſtructus, cæpit protinus ſe itineri accingere. Sed enim feſtinatum abſceſſum præuenit D. Deus inſigni beneficio, quo voluit remuneratam illius modeſtiam, ſimulque præbitum filijs, ac alumnis ſuæ diſciplinæ exemplum humilitatis; traxit enim ad eius Ordinem viros magnis dotibus inſignes, naturæ, ac fortunæ. In illis fuerunt *Guido* Nepos Regum Galliæ, qui depoſita originis ſuæ celſitudine, immolauit ſe D. Deo in arâ Religionis SS. Trinitatis, ſtupentibus proceribus, æque ac vulgo Galliarum. Guidonem ſequutus eſt Epiſcopus quiſpiam etſi anonimus, qui interueniente Pontificis maximi authoritate, ex Eccleſiæ ſuæ Prælato euaſit huius Ordinis candidatus, pari externorum ſtupore. Epiſcopo ſucceſſerunt duo Abbates magnæ authoritatis, vnus nomine *Petrus*, alter *Gulielmus*, quorum exemplum amplexi ſunt nobiles aliquot aulici primæ notæ, ex quibus fuerunt Comes *Raymundus* cum filijs ſuis eiuſdem nominis, omnes Galliæ Magnates, & alius Italiæ Dynaſta, cui Sanctus ipſe Author Ordinis *Ioannes* religioſum habitum conceſſit apud S. *Thomam* de *Formis*, vbi ille vita functus, & defunctus eſt magna ſanctitatis opinione, & merita; quoniam toto triduo mortem eius proximè antecedente Campanæ Conuentus ſe ipſis ſonuerunt, nullo impellente, maxima ciuium admiratione, qui certatim concurrebant ad tanti prodigij aſpectum; Et tamen prodigium incepit ibi, non abſoluit curriculum; nam multis deinde annis,

XIII.

Graueſon.

quoties Religioſus quiſpiam debebat mortem oppetere, campana pulſum repetebat, vt conſtat praxi continua Cænobij S. *Victoriani* in Aragonia, in quo Sanctus ex ſepulchro ictus aliquot edit, cum monachus quiſpiam ex domeſticis eſt moriturus, tanquam vellet admonere omnes, vt ſe ad tranſitum præpararent.

Alfonſ. de Andrad. cap. 81.

A N N V S.

IESV CHRISTI D. N. 1200.	OCCIDENT. VACAT. 3.
INNOCENT. Pp. III. 3.	RELIGION. SS. TRINIT. 3.
ALEXII IMPR. ORIENT. 6.	INDICTIO 3.

B R E V I A R I V M.

1 *Diſſidia Germanorum Procerum circa eligendum Imperatorem.*
2 *Redeunt Redemptores Marochio cū centum octoginta ſex captiuis.*
3 *Cænobium* Handiſcotti *in Belgio extruitur.*
4 *S.* Ioannes *in Hiſpaniam vadit.*
5 *In itinere accipit Conuentum Arelati.*
6 *Inſtrumentum tranſactionis inter S. Ioannem, & Capitulum.*

I. VT orthodoxa & catholica priuatis præferamus, *Innocentij* Pontificis prudentia coniuncta ſollicitudini omnium Eccleſiarum, fecit vt annus iſte Redemptoris milleſimus ducenteſimus indictione 3. ſignatus, fælix Eccleſiæ illuceſceret. Ipſe enim auditis nuncijs competitorum Imperij, *Philippi* Sueui, & *Othonis* Saxonis, quorum quiſque ſua iura in ipſum valenter allegabat; (qùm etiam non deeſſent qui illud *Rogerio Frederico* Siciliæ Regi, adhuc puero deberi contenderent, eo quod Principes Imperij, eo adhuc in Cunis agente, eius patri iureiurando ſe obſtrinxerint,) cauſam *Othoni* adiudicauit, miſſiſque in Germaniam *Octauiano* Oſtienſi, & *Guidone* Preneſtino Epiſcopis Cardinalibus, ſententiam ſuam voluit omnibus declaratam.

Idem profligatis Romanæ Eccleſiæ perduelibus, illius iura iniquiſſimè obterentibus, victrices Deo gratias dedit. Nam *Marcualdus* Tyrannus Siciliæ, ingentem exercitum induxit, non alio conſilio, quàm vt regnum illud ſibi vendicaret, Rege puero è viuis ſublato; quod etiam indubiè feciſſet, niſi *Innocentij* ſolertia, perfidiæ eius obſtitiſſet. Hic autem ad omnia prouidentiam ſuam extendens, vehementer incubuit Terræ ſanctæ Saracenorum manibus eripiendæ; Vnde & prouentibus Cleri Romani decimam partem detraxit, bello Sacro impendendam; Alijs Clericis impoſuit quadrageſimam ſuorum ſoluendam; ſæculi autem homines, nulla interim mulcta grauans, inuitauit ſaltem largitionibus veniæ, & indulgentijs, ad tam dignam Chriſtianis expeditionem; quod ſufficere poterit de communibus, in priuata vnius familiæ hiſtoria, ſi addidero hoc eodem anno in *Golgata* ad aram S. *Simeonis* deſcendiſſe è celo epiſtolam de cultu diei Dominicæ, quæ à fidelibus cæpit nimio plus profanari.

Vide lib. 2. Epiſtol. Innoc. ep. 254. & ſeq.

Math. Pariſ.

II. Iam vt filium noſtræ hiſtoriæ pertexamus, ad hunc annum ſpectat, quod ſupra in præcedenti obiter incepi, de regreſſu Redemptorum; etenim illi, qui Marochium abierunt, hoc anno primùm redierunt menſe Martio, cum centum octo-

Tamayo in Martirol. Hiſpan.

octoginta ſex Captiuis. Vela fecerunt pridie Nonas Octobris, & apprehenderunt ſolùm apud *Almeriam* Vrbem Regni Granatenſis, vbi humaniter excepti ſunt a Mauro loci Præfecto. Inde etiam nauigio abſcedentes, appulerunt Maſſiliam, nobile Emporium Galliæ, vbi Captiuos libertate donarunt, vt ad propria regrederentur. Ipſi autem Romam rectà contenderunt, vbi S. *Ioanni* ex Africa reduci, & in primis *Innocentio* Pontifici reddiderunt rationem velificationis, & lucri; ſimulque aperuerunt vtrique immanitatem Turcarum; quàm horrendè ſæuirent in Chriſtianos ab ipſis captos. *Aegid. Gonzal. in Cronic.*

I II.

Ad hunc annum pertinere videtur egregium Cænobium *Hondiſcotti* in Flandria erectum Ordini SS. Trinitatis Redemptionis Captiuorum à *Gualtero* Hondeſcottæ domino, in quo ipſe fundator ſepultus eſt, quadriennio deinde, ſcilicet 1204. & vigeſimo deinde anno 1220. alius *Gualterus* huius filius, & hæres, eandem domum dotauit. Sunt qui eius erectionem adſcribant anno 1198. ſed cum ille fuerit primus erectæ Religionis, neque ſanctus fundator, minùs autem filij eius in Belgium iam tunc deſcenderint, credenda magis eſt erectio eius iſto, ſi non etiam ſequenti anno facta. *Fringer. fol. 35. Anton. Sander. in Fland. Illuſtr. Aubert. Myraeus fol. 541*

Tametſi autem ambigere quis poſſit de anno erecti conuentus, ſed nullus de eius magnificentiâ, quam rectè ex ipſo nomine collegit *Antonius Sanderus*, quamuis ille illationem in alium refundat, eſt que ipſe *Gulielmus* Dynaſta, qui dici voluit Handiſcottanus, & ita (ait Antonius) nos docet dominium iam tum fuiſſe celebre, cuius titulum celeberrimus ille nomini ſuo induerit. Cui Ego ſuccinens, adhuc iterum rem ex nomine inferam; Enim vero, locus deinde vocatus eſt *Clarum Viuarium*, cum antea *Viuarium* duntaxat diceretur.

Nequando autem donatio in dubium verti poſſit, aut aliquando negari, do diploma illuſtris viri, & æterna gratitudine digni eſt enim iſtud.

INSTRVMENTVM PVBLICVM GVALTERI.

Ego Gualterus *Miles, de* Hondeſcotta, *de conſenſu vxoris meæ* Rolidis *& heredum meorum, ſcilicet* Ioannis *primogeniti mei, & aliorum dedi in perpetuam eleemoſinam fratribus Ordinis S. Trinitatis, & Captiuorum Chriſti terram meam de* Viuario, *a capite ſcilicet viuarij verſus meridiem, vſque ad pontem, qui eſt ſub molendino, & à ponte ſicut via illius pontis ducit vſque ad terram heredum Bruning de honteem, & à terra illa vſque ad terram Giliberti Albi; item versùs meridiem, & arbores quæ ſunt circa Viuarium ſitæ, cum fundo earumdem, & molendinum cum libera moutura, & omnia iura ad molendinum pertinentia, & viginti millia ceſpitum, & decem libras Flandrenſis monetæ, ſupra* de Hoſthoc; *præterea terram illam* quæ fuit D. Roberti *militis de Bambexa, Caſtellani de Furnis, de conſenſu Roberti filij ſui de Bambeca, quæ iacet in Parochia de* Hondeſcotta *per partes diuiſa: Et vt hoc ratum permaneat, hanc paginam impreſſione ſigilli mei roboraui, his teſtibus* D. Ingelmaro Abbate, & Galtero Priore, Ioanne Valois, Michaele nepote dicti Abbatis, Ioanne filio Zachariæ, monachis de Bergis, Ioanne Cappellano D. Galgteri de Hondeſcotta, Theodorico de quatipra Presbiteris, D. Roberto de Bambeca, D. Ioanne filio teſlini, Nicolao Ruſchart Scabinis de Bergis, & multis alijs, *Actum Bergis* in feſtructate S. Laurentij Martiris, & Leuite 1220.

Ipſe autem S. *Ioannes* probè ſciens ſe in Hiſpania expectari, & peti à multis Vrbibus erectiones cænobiorum noui Ordinis, ad calcem deſinentis anni, iter incepit, deferens Pontificias litteras ad omnes Principes, qui ibi imperabant,

bant; in Caſtella *Alphonſus* VIII. in Aragonia *Petrus* II. in Nauarra *Sanchius*, V. quibuſdam dictus Infirmus, ab alijs Fortis, ab vtriſque verè, nam & in iuuentute validus fuit, & in ſenio defecit, multis morbis fatiſcens.

Inceſſit Regnum eius vir Sanctus, & ipſum Regem inuiſit apud *Tudelam*; tradidit ei Pontificis litteras, & ſimul ſignificauit quis ipſe, cuius Ordinis eſſet auſpex, eius ſcilicet, quem Deus Opt: Max: tot prodigijs voluit Mundo commendatum. Rex pro ſua pietate, & religione, Pontificias chartas ſummâ veneratione excepit: Ioannem autem; & ſocios, pari charitate, conceſſa eis facultate erigendi cænobia per totum ſuum Regnum, quà patet. In quo ipſe volens præire cæteris, donauit Sancto & ſocijs inſigne prædium, quod habebat apud *Pontem Reginæ*, locum ſanum admodùm, & amænum. Qui quamuis tunc paulò arctior eſſet, ſed deinde auxit coloniam occaſione noui Conuentus, quando plures eò conceſſerunt, & illic ſibi domicilia fixerunt, quò ita Patrum illorum conſortio, & prædicationibus fruerentur. Dicitur etiam idem Rex ijſdem alios aliquot fundos benè pingues conceſſiſſe, de quibus exſtant in Viarne publica Inſtrumenta, ſubſcripta etiam ab illius coniuge Regina *Clemencia*; quibus ſi hodie Conuentus ille potiretur, paucis Hiſpaniæ cederet magnificentiâ, & celebritate. Quæ de his obiter dicta, ſufficiant, cum aliò ſpectent, ibi reſumenda.

IV. Quòd locum hunc, & annum videtur propiori iure contingere, eſt quòd cum vir Sanctus adeas partes pergeret, per Galliam tranſiuit, & in tranſitu magna fælicitate cæpit erectionem Conuentus vnius, *Arelati*; nam *Imbertus* de *Arguiere*, loci Archiepiſcopus, conceſſit ei in Burgo, extra mœnia Ciuitatis Sacellum ſub titulo B. *Mariæ* vulgo, *Noſtre Dame* de Bello loco; vt ibi inciperet Cænobium. Hic eſt ille *Imbertus*, numero Archiepiſcoporum, quinquageſimus tertius, cui *Innoc.* Pp. III. Scripſit Decretalem illam *Cum apud Sedem*: de *Sponſabil*; quòd mutus, & ſurdus poſſint matrimonium contrahere lib. 1. Epiſt. *Innoc.* anno pr. ſcilicet 1198. Idibus Iulij è. Lateran. Qua de re *Sot.* in 4. ſentent. diſt. 27. q. ar. 3. *Claudius Robertus* in ſua Gallia Chriſtiana, profert aliud eiuſdem Pontificis Decretal. ad eundem, quæ incipit: *Tuæ fraternitati*; At enim iſta non eſt ad Imbertum Archiepiſcopum Arelatens. Sed ad quendam Epiſcopum Brixenſem, vt patet ex lib. *3. Decretal. Gregorij*, & tom. 2. Epiſtolar. *Innocentij*.

Suther. in hiſtor. prouin. Prouinciæ.

Itaque huic Preſuli Eccleſia decretalem debet, Ordo iſte Conuentum, cuius ſtabilitatem, ſiue Inſtrumentum Confirmationis, quamuis annis aliquot deinde ſatis tardè acceſſerit; viſum eſt iſto reponere, ne aut negocium truncare, aut Lectorem ſuſpendere, traducar. Igitur ex M? Gallico P. Bernard. Magiſtri nuperi nouiciorum dicti, exhibeo ipſum tenore lati num, ſed titulo Gallicum.

V. *TRANSACTION DE S. IEAN DE MATHA AVEC LE CHAPITRE MCCIII. LE MOIS DE NOVEMBRE.*

Cum actus hominum vetuſtas deleat, eorumque mentes paulatim ſubintret obliuio, condecens eſt vt negotia memoriæ commendanda ſcripturarum cuſtodiæ committantur, quatenùs earum aſſertio veritatem rei geſtæ futuris temporibus atteſtetur, & nulla inter poſteros poſſit inde calumnia ſuboriri. Pateat igitur vniuerſis tam præſentibus, quàm futuris, ad quorum notitiam præſens ſcriptura venerit, quod anno ab Incarnatione Domini milleſimo ducenteſimo tertio, menſe Nouembris, nos *Michael* per Dei gratiam Arela-

ten-

tenſis Archiepiſcopus & vniuerſum Capitulum eiuſdem Eccleſię, pijs petentium deſiderijs volentes debitâ prouiſione adeſſe, attendentes etiam, & conſiderantes piam deuotionem & laudabile propoſitum tuum dilecte in Chriſto Frater *Ioannes*, Inſtitutor., & Miniſter Ordinis SS. Trinitatis & Captiuorum, ſpontaneâ voluntate noſtrâ, & pietatis principio ad hoc inducti concedimus, & indulgemus per Nos & per ſucceſſores noſtros nunc primò tibi., & fratribus tuis eiuſdem Ordinis, & ſucceſſoribus veſtris inperpetuum, vt illa domus veſtri Ordinis, quæ intercepta eſt inter ciuitatem Arelatenſem, & burgum liberè habeat Eccleſiam & cæmiterium, retentis tamen & obſeruatis fideliter nobis & ſucceſſoribus noſtris Archiepiſcopis & Canonicis in perpetuum his quæ in hoc inſtrumento inferius continentur.

In primis vobis Eccleſiam concedimus, hanc libertatem eidem Eccleſię concedentes vt Parochiani noſtri tam Ciuitatis, quàm burgi, liberum habeant acceſſum ad illam Eccleſiam, cum vigilijs & oblationibus, niſi malitioſè in contemptum ruæ Parochiæ velint ab illâ penitùs ius parochiale frangendo ſubtrahere; vos verò & ſucceſſores veſtri pro Eccleſiâ, & pro libertate vobis conceſſa teneminí reddere Archiepiſcopo & Canonicis pro annuo Canone ſingulis annis marcham argenti in feſtiuitate S. Lucæ.

Concedimus etiam vt dicti Parochiani liberè poſſint ibi eligere ſepulturam, ſine contradictione Archiepiſcopi, & Canonicorum, atque Presbyterorum, retentâ tamen Archiepiſcopo & Canonicis in integrum pro canonica portione tertia parte quorumlibet ibi ratione vel occaſione ſepulturæ prouenientium, tam mobilium, vel ſe mouentium, quàm immobilium, exceptis his quæ vobis prouenerint ab illis qui non fuerint de noſtro Archiepiſcopatu, vel à fratribus illius domus in ea manentibus, crucem vel habitum eiuſdem domus deferentibus; aut à pauperibus, qui in Hoſpitali domus illius infirmabuntur, & morientur. Cappellanus præfatæ Eccleſiæ antequam Cappellaniam regendam accipiat, ſi fuerit etiam frater eiuſdem domus, debet à fratribus dictę domus Archiepiſcopo præſentari, eique ratione ſpiritualium obedienriam promittere, & ab eo Cappellaniæ inueſtituram accipere.

Sanè Baptiſmum, Pænitentias dare, Matrimonia copulare, viſitationes infirmorum ſacerdotales, aut vnctiones facere, ſeu alia Sacramenta Parochianis noſtris miniſtrare, nullo modo præſumetis: Fratribus verò veſtris habitum vel crucem deferentibus & pauperibus in eodem hoſpitali infirmantibus Sacramenta, vtpote Pænitentias, & Eucbariſtiam, & ſepulturam liberè poteritis miniſtrare. Medietas autem omnium decimarum, poſſeſſionum tam noualium, quàm antiquarum, quæ ad præfatam domum quocunque modo vel titulo deuenerint, Archiepiſcopo & Canonicis fideliter debet reddi, excepto vnico horto menſæ domus illius liberè aſſignato.

Notandum verò quod ſinguli Miniſtri, quibus pro tempore adminiſtratio domus prætaxatæ à fratribus illius Ordinis fuerit conceſſa, iurare teneantur in manu Archiepiſcopi hæc omnia prædicta, & ſubſequentia ſe firmiter obſeruaturos.

Hęc omnia prædicta & prænominata, & ſubſequentia prænominatus. Frater Ioannes, Fr. Bonifacius, F. Albertus, F. Matthęus, & F. Vitalis ſe fideliter obſeruaturos pro ſe & pro ſucceſſoribus ſuis iurauerunt, promittentes ſimiliter ſub eodem iuramento pro ſe & pro ſucceſſoribus ſuis ſe nunquam in aliquo contra prænominatum tenorem huius inſtrumenti venturos,

ros: Et ad habendam perpetuam firmitatem ſuper prędictis,iam dictus *Ioannes*, omnium quæ hîc inſtituta continentur confirmationem à Romanâ Eccleſiâ ſe impetraturum promiſit.

Huic conceſſioni interfuerunt Prępoſitus, B. Sacriſta, Ioannes Pręcentor Prior Bertę, Bremundus Contes priuatus Canonicus, R. Bernardus Reinaldus de Riuofrigido, Raymundus Dagel, Pontius Vedel, Michael de Ricus. Huius rei ſunt teſtes Gulielmus Porcelletti, Petrus de Veruna, Gulielmus de Aqueria, Roſtanus de Bederun, Bernardus Ferruol, Bernardinus, Pater de Thoro, Gaufredus Arlatanus, Bonifacius. Vt autem omnia, quæ ſuperius continentur, inuiolabiliter obſeruentur, et perpetuò inconcuſſa permaneant, rogati ſcribi hoc Inſtrumentum, et per alphabetum diuidi præcepimus, ipſumque Bullâ noſtrâ fecimus roborari, et ſigillo Capituli Arelatenſis, atque ſigillo ſupradictę domus Sanctę Trinitatis.

A N N V S.

IESV CHRISTI D. N. 1201.	OCCID. VACAT.
INNOC. PP. III. 4.	RELIG. SS. TRINITATIS 4.
ALEXII IMP. ORIENT. 7.	INDICTIO. 4.

B R E V I A R I V M.

1 *Magnanimus* Innoc. *tot Principibus Germanis ſe opponit pro* Othone *Saxone: Duæ antiphraſes.*
2 *Sanctus* Ioannes *accedit* Petrnm *II.* & Alphonſum *VIII. Aragoniæ, ac Caſtellæ Reges.*
3 *Donatio facta a* Petro *de Beluis S. Ioanni.*
4 *A Rege Aragoniæ accipit fundum pro ſtruendo ſuis Cœnobio.*
5 *Admittit in Ordinem plures vtriuſque ſexus perſonas non vulgares: Fœminis extruit monaſterium.*
6 *Miraculum in hoc patratum, pro paſcendis Sanctimonialibus.*
7 S. Franciſcus *an aliquando apud PP. Trinitarios* Ilerdę *hoſpitatus?*
8 *Viri Principes huic Ordini adſcripti, nominatim* Sancius *Aragonen:*
9 *Diploma* Petri *II. Regis Aragon. in fauorem Religion. Trinitar.*

I. INcipimus nouam decadem Aerę Chriſtianæ, & Indictionis, in qua etiam eluceſcet Sedis Apoſtolicæ vicina Diuinę authoritas, & fælicitas illius, qui eam premebat, Pontificis. Nam cum Imperij Principes inclinarent in *Philippum* Suæuiæ Ducem, reclamante *Innocentio*, qui *Othonis* Saxonis partes promouebat, hic ſolus adeò illos terruit, vt ipſe *Philippus* iam electus Rex Romanorum, ſupplices litteras ei ſcripſerit, promittens expeditionem Hieroſolimitanam, reſtitutionem feudorum Eccleſiæ, Orientem Occidenti innectere, quod erat Græcos Latinis coniungere pro virili; Et, ad priuatum emolumentum Pontificiæ familiæ, filiam ſuam alicui e domo eius in matrimonio collocare. Sed omnia fuerunt citra conſtantiam *Innocentij*, qui nulla eſca potuit à recto obliquari.

Abbas Veſperg. in Chronic.

Apud Innoc. lib. 3. epiſt. pag. 322.

Cæterùm eundem annum nota dignum reddidit, quædam duorum antiphraſis, quorum vnus fidem Chriſti, quàm expectabatur ſpreturus, propagauit;

gauit; alter cum propagaſſet, perdidit. Saracenus quiſpiam ætate iuuenis,
origine plebeius, inter paſtores à teneris alitus, ſubitò ſapiens ad miraculum
euaſit, & Chriſti nomen publicè prædicabat, itàut millia aliquot pagano-
rum ad fidem eius, & Baptiſmum induxerit. Cui ex diametro opponi par
eſt, illum Anglum, profeſſione Theologum, dignitate Magiſtrum, qui cùm
per decennium ſcholas Artium nobiliſſimè rexiſſet, indeque ſe ad Theolo- *Polydor. lib. 15. Rer. Anglicar.*
giam conferens, intra paucos annos adeò profeciſſet, vt quæſtiones ſubti-
liſſimas, & inauditas facillimè ſolueret, accidit quâdam die, qùm frequen-
tiſſimâ Auditorum corona, difficillimas de Trinitate propoſitas quæſtiones
perquam dilucidè, eleganter, & Catholicè, ingenti omnium ſtupore enodaſ-
ſet; hortarenturque publicè familiares, vt eam diſputationem litteris com-
mendaret, eundem inſolenti faſtu abreptum in hæc verba temerè procupiſſe:
*O Ieſule Ieſule, quantum in hac quæſtione confirmaui legem tuam, & exaltaui!
profectò ſi malignando, & aduerſando, vellem, fortioribus rationibus, & argumen-
tis ſcirem illam infirmare, & deprimendo improbare*: hocque dicto elinguem
penitùs obmutuiſſe; adeòque ſapientiam eius infatuatam eſſe, vt quamuis
vltione diuinâ aliquantum mitigatâ, linguæ vſus vtcunque redditus ei fue-
rit, vix tamen poſteà intra biennium, filio eius magnâ ſollicitudine edocente,
prima litterarum elementa cognoſcere, & orationem Dominicam, ſimbolum
Apoſtolorum memoriâ diſcere, ac balbutiendo pronuntiare potuerit.

Iam vt publicis propria ſubdamus, Sanctus Pater *Ioannes*, abſolutis, quæ
habebat petenda, & impetranda ab *Alphonſo* Rege Caſtellæ, inuiſit *Petrum* II.
II. Regem Aragoniæ, qui ob ſingulares & dignas Principe dotes, in primis
Chriſtianam pietatem, publicâ gentis acclamatione, dictus eſt cognomento
Catholicus. Hunc, inquam, conuenit Sanctus Barcinone in Catalauniâ, vbi
omni humanitate, ab illâ Maieſtate exceptus, protinùs ſparſit quaquà ver-
ſum ſuauitatis, & ſanctitatis odorem; vnde optatus eſt ab incolis eorum
prouincialis ac domeſticus, quod fieret, ſi ille apud ipſos non hoſpitium,
vt hactenus, ſed etiam domicilium acciperet.

Neque verò illi defuerunt tam ſancto operi, quin exhibuerunt ſe prom-
ptos, æquè ac paratos; In primis enim Rex *Petrus* acceptis à Sancto Patre
Innocentij Papæ epiſtolis, concurrente *Gonbaldo* Epiſcopo Ilerdæ, fundauit ei
Conuentum *Aytonæ*, dictum S. Mariæ: & *Petrus* de *Beluis* eques primæ notæ
in aulâ, ad eum finem donauit S. Patri turrim vnam, cuius erat ipſe domi-
nus, dictam de Abinganâ, cum adiectis domibus, hortis, pratis, aquis, &
alijs appendicibus, quę ad duas ſaltem leucas protenduntur. Huius autem
tam magnifici doni, ne vnquam intereat memoria, aut deſinat accipientium
gratitudo, ſubdo plenum, & dignum lectu

INSTRVMENTVM DONATIONIS PETRI DE BELVIS.

Sit notum cunctis, quod Ego *Petrus* de Beluis cum conſenſu & voluntate III.
Domini mei *Petri* Regis Aragonum, ob remedium animæ meæ, & parentum
meorum, dono, lego, atque in perpetuum concedo Domino Deo, & domui
Sanctæ Trinitatis, & Fratri *Ioanni* Miniſtro eiuſdem domus, & ſucceſſoribus
Turrim meam de Auingania totam integram cum terminis & pertinentijs ac
tenoribus ſuis, laborantibus eremis, & cum introitibus, & exitibus ſuis, &
cum aquis & paſcuis.

Item dono & concedo eidem domui & Fratribus eiuſdem loci omne domi-
nium meum quod habeo, & habere debeo in termino Caſtri de Aditona; vi-
delicet vineas meas, cum terris in quibus ſunt fundatæ, exceptâ vineâ, quæ

fuit

» fuit de *Auinagreſſo*, & duos campos, quorum vnus vocatur de *Carabalea*,
» & alter qui eſt ſubtus, Pardienſis, cum introitibus & exitibus ſuis.
» Hæc verò omnia vt ſuperius continentur, dono & concedo Deo, & prædi-
» ctæ domui, & fratribus eiuſdem domus ad habendum, tenendum, & perpe-
» tuò poſſidendum, vt melius dici velint, & legi poteſt ad veſtrum ſaluamen-
» tum de meo iure, & poteſtate, in veſtram trado dominium & poteſtatem, ſi-
» ne omni meo, meorumque retentu; tali ſiquidem conditione quod Fratres
» iam dictæ domus Sanctæ Trinitatis habeant & teneant in prædicta Turri de
» Auingania ſemper duos Sacerdotes, fratres vel non fratres, qui ſemper ibi
» in Eccleſia diuinum faciant officium.

Actum eſt hac die Iouis vltimâ Nouembris æra 1239.

Sig † num Petri de Beluis, qui hæc laudo, & firmo.
Sig † num Sanctię Reginæ, quæ huius donationis fuit teſtis.
Sig † num Petri Regis Aragonum, & Comitis Barchinonæ.
Vvillelma de Cortice, vt teſtis hoc firmo.
Sig † num D. Cathalanæ.
Sig † num Bertrandi Oliuella.
Ego Gombaldus Hoſcenſ. Epiſcopus, qui huic donatiuo interfui, hoc Sig † num feci.
Sig † num Gulielmi de Coron, qui ſcripſi cum litteris ſupraſcriptis in linea 7. die, & hora quod ſupra.
Sig † num Ermeſendis de Caſtellar, quæ omne ſupraſcriptum donum concedo, laudo, & firmo, teſteſque firmare rogo.
Sig † num Gombaldi de Ripellis.
Sig † num Petri de Aragon.
Sig † num Fratris Bernardi de Moracut. Sanctius, qui hos ſupraſcriptos teſtes mandato Ermeſendis prædictę cum eius confirmatione ſcripſi, & hoc Sig † num feci.

Concordat cum ſuo Authographo
Ex quo ad litteram deſcripta eſt.

Vt autem intelligatur magnitudo doni, & efficacia quam ei indidit *Petrus* Rex, & tota eius Aula, operæ pretium erit hic diſponere conditiones eius, qui illud erogauit, & teſtium.

Igitur *Petrus* de *Beluis* donator, erat dominus Belui ex Illuſtriſſima familia de Moncadas, ex quibus ortum ducunt Marchiones de Aytona, Patroni dicti Conuentus, & totius Prouinciæ Sanctiſſimæ Trinitatis Coronæ Aragonię, cuius teſtes fuerunt *Sanctia* Regina Mater *Petri II.* filia *Alphonſi VII.* Regis Caſtellę, Soror *Ferdinandi* Regis Legionis, Vxor *Alphonſi* II. Aragonum Regis.

Petrus II. Aragonum Rex, cuius conſenſu facta eſt donatio. *Vvilielmus* de Cortice etiam pellito de Corcega in Aragonia, pro Valencia. D. *Catalana* fuit filia D. de Moncada, nupſit deinde in Caſtellâ Viro potenti, anno 1207. fecit quandam donationem Conuentui SS. Trinitatis Burgenſi, (pręſente Rege *Alphonſo*) quem ipſa ſtruxit.

Bertrandus de Oliuela cognomento vulgari de *Oliuer*.

Gombaldus Epiſcopus de VKOSKA & Ilerda, fuit Gallus, Monachus Ordinis Benedictini.

Gulielmus de Coron, cuius nomen adhuc ſeruat illa familia in Catalaunia.

Erme-

Ermeſenda de Caſtellar fuit ex familiâ Comitum Caſtriflorini DD. de Caſtellar; Fuit vxor Petri de Beluis & confirmauit dictam donationem, cui teſtes adfuerunt

Gombaldus de Ripellis: Iſte fuit ex familiâ de Eril, quę procreauit Dominos de Ribellas in Catalaunia.

Petrus de Aragonia fuit filius nothus Petri Aragonum Regis. Iſte deſcendit ex familia & domo de Sapata. IV

Frater Bernardus de Moraeut. Seruatur huius familiæ cognomentum in Catalauniâ.

Ex quibus conſtat quod donatio iſta facta ſit licentia & conſenſu *Petri II.* & aſſiſtentia Procerum Catalauniæ, itemque Epiſcopi Ilerdenſis.

Neque verò aut Regis liberalitas, aut Sancti Viri induſtria contenta fuit vnico domicilio, quod deſcripſimus. Cum enim eumdem Regem vir Sanctus *Ilerdæ* conueniſſet, comitatus numero ſuorum, qui tunc ipſum ex Gallia acceſſerunt, Rex Inſtituto eorum de redimendis captiuis intellecto, & approbato, maiori affectu incaluit in ipſos, magiſque optauit eos habere regni ſui incolas. Quod quomodo factum ſit, vt ſciatur, etiam illud ſciendum quod in Campeſtribus *Ilerdæ* iam tunc proſtabat Xenodochium dudum ante erectum à nobili viro *Petro Molinero* ad excipiendos peregrinos, in eoque S. *Ioannes* noſter cum ſuis lubens aliquandiù degit, in obſequijs pauperum illorum; & denique iudicauit locum opportunum ad ſtruendum domicilium ſuis fratribus, quippe ibidem occupandis miniſterio hoſpitum, & egenorum. Hoc ſuum conſilium vir Sanctus Regi expoſuit, qui ſtatim illud amplexus, non modò fundum illum Sancto, & ſuis dedit, ſed liberalitate Rege digna, addidit prædia multa, ac poſſeſſiones, vim etiam pecuniarum ingentem, tum ad ſumptus fabricæ, tum ad redimendos Captiuos, quum etiam ipſe Rex multos ex ſuis ſciret à Mauris interceptos *Murciæ*, & *Granatæ*, ex quibus prouincijs illi magno numero, nec minori rabie, in ipſius ditiones excurrebant.

Hac Regis beneficentia fretus vir Sanctus, extruxit domum ſatis frequentem, ſiuè pluribus cellis inſtructam, ſed arctis, & quę ſpiritum paupertatis olerent, ipſomet collaborante, & cum eo cæteris Religioſis; nec proinde tamen deſtitit ab animatum (quam aiunt) ædificatione, per prædicationes, & idgenus opera; Cumque Sanctus eſſet etiam litterarum ſcitu inſignis, accedebant eum Academici Doctores, alijſque Magiſtri in dubijs ſummè arduis, atque implicatis; quibus ille pari claritate reſpondebat. Neque verò ſoli illi; ſed plures præterea, non modo ex illa vrbe, ſed ex tota Prouincia, ad ipſum tanquam oraculum concurrebant.

Ad hæc, exemplis & Sermonibus illius plures tam ex Clero, quàm ex ſeculo conceperunt ſpiritum pietatis, & voluerunt eius Ordini aggregari. In illis fuerunt quidam ex Capitularibus Baſilicæ Cathedralis, & adoleſcentes qui ibidem ſtudebant, natu nobiles, quos ipſe admiſit, & educauit ſuo lacte, ad pænitentiæ praxim, et zelum redemptionis Ivinctorum, ea fælicitate et copia, vt illis inde diuiſis, tot colonias duxerit in Prouincias, tot cænobia impleuerit, non virorum tantùm, ſed et mulierum. Plures enim ei adhæſerunt admiratæ ſanctum eius inſtitutum eruendi fideles ab hoſtibus; quod illæ cùm per ſe præſtare non poſſent, voluerunt per Religioſos eius alumnos præſtare, aggerando, et impendendo illis copioſè pecunias pro litro vinctorum, ipſoſque ſuffragijs ſuis, et precibus apud D. Deum proſequendo. V.

Neque verò his illæ contentæ, aſpirarunt ad altiora, et petierunt in gregem eius numerari. Aſſumpſerunt Religioſam veſtem Ordinis, et profeſſæ ſunt regulam

eius in quodam Monaſterio, quod vir ſanctus illis in eremo extruxit,(vt tunc moris erat) e regione *Aytona*, in turre quæ dicebatur. *Auenganía*, quam Rex liberè illis conceſſit in eum finem. Fuit autem Monaſterium illuſtrium Dominarum acceſſu nobile, vt etiam plures Regij ſanguinis fœminæ illi ſe includerent, et magnis animis proſequerentur brauium ſuæ vocationis, atque æternæ mercedis.

VI. *Anton. Lupian. cap. 37. Andrad. c. 14* In cuius argumentum,& ad fidem Lectori faciendam, libet ex alio hic exſcribere hiſtoriam lectu & notâ dignam. Cum enim aliquando, ſæuiente brumâ Monaſterium illud, quod in plano campeſtri proſtabat, niuibus obrutum eſſet, ac proinde non poſſent illi inferri edulia, mater Abbatiſſa, tam diues ſpe, quàm penu pauper, iuſſit dari ſignum ad prandium, addens, fiduciam in Dei prouidentiâ collocandam. Fecerunt omne id Virgines, ſubierunt Refectorium, præmiſerunt cibis benedictionem; ſingulæ menſis accedentes occuparunt ſua loca: cœperunt etiam lectionem, planè ac ſi expectarent prandium protinus inferendum: Non fruſtrà, aut falsò; Deus enim ſpei & ſolatij, eorum fiduciam in ſe locatam tempeſtiuo ſubſidio munerauit. Protinùs enim aulam illam refectionis intrarunt duæ puellæ, ſummè elegantes, & cælitus eò deſtinatæ, totidem caniſtra præferentes ſapidiſſimis cibis oppleta; Quos illæ magnâ modeſtiâ in Moniales ibi præſentes diuiſerunt, & abſoluto prandio, atque Abbatiſſa reuerenter ſalutatâ abierunt; at non penitus, nam eadem hora quoto die redierunt, quamdiu niues aliorum acceſſum impediebant. Liquefactis autem illis, cum aliter

VII. poſſent ſibi Sanctimoniales prouidere, deſijt illud manna filiabus Iſrael ſubmitti.

Iam vt regrediamur ad Conuentum Patrum *Ilerdæ*, inter ſumma eius ornamenta, illi ipſi in primis numerant acceſſum, & hoſpitium Seraphici Patris *S. Franciſci* ibidem, cum ille Hiſpanias incederet ad domicilia ſuis erigenda; Quod ego (fateor) libenter credidi, illecebram reciproci affectus duorum Ordinum, Orbi & Eccleſiæ vtilium. Quoniam neque nos pudere debet creditorum,

Act. 20. v. 34 neque illos pigere debitorum, & lubentes ijs concedimus primatum, tam temporis, quàm beneficij, quamuis certiſſimè *beatius ſit dare magis, quam accipere*; At enim, quia veritati vbique litandum eſt, cui nihil, ne charitas quidem ipſa præſcribit, conſului noſtros annales, & Authores, quos miratus ſum, hoc

Luc. Vuadingus. Tom. 1. omne tacere, gauiſus neminem negare, niſi forte hic aliorum recenſus incidat in eum, quem habet noſtrorum annalium author ad annum Chriſti D. 1214. referens, quod Seraphicus Pater, cum Regnum Aragoniæ perambulaſſet, nec Monaſterium aliquod impetraſſet, Barcinonem venit, Catalauniæ opulentum, & nobile emporium, ibique à longo itinere aliquantum reſpiraturus, in hoſpitali D. *Nicolai*, tum mari, tum mœnibus Barcinonenſibus contiguo, ſubſtiterit. Forte enim hic Sanctus *Nicolaus* pro S. *Marco* irrepſit, ſiuè amanuenſis, ſiuè typographi errore:

Et verò quamuis, aut ille, aut alius quiſpiam vnus detraheret huic hiſtoriæ, ſed non demeret fidem, cum aſſertores reigeſtæ ſint numero, & vetuſtate plures; Neque quiſpiam conuinci poſſit à nihil dicente; nam quale telum eſt nullum? quod teſtimonium tacere? Ego verò etiam ex ipſo annalium noſtrorum authore adijciam fidem huic hiſtoriæ, ſaltem fidei dignitatem. Fatetur enim ille res à Seraphico Patre in Hiſpaniâ geſtas valde parcè fuiſſe litteris commendatas, nec niſi paucas, aut prope nullas. Inter tot tacita ab Hiſpanis, quidni hoc hoſpitium poſſit eſſe, & numerari vnum? Audiatur ipſe Chronographus. *Multum nobis præſtarent Hiſpani Patres, ſi eam, quam Itali, adhibuiſſent operam in obſeruandis geſtis, prodigijſque ſui Inſtitutoris. Nihil ferè calamo dignum prætereiunt priſci Italiæ Franciſcani; Hiſpani verò, vel qui cum Sancto viro in Hiſpaniam*

tran-

tranſierunt, pauca notarunt, vel noſtram ſubterfugere notitiam.

Vides, audis, non eſſe notata itinera, hoſpitia, acta Sancti in Hiſpaniâ; quod etſi forte quatefaceret, aut debilitaret fidem aliorum quæ de eo creduntur, ſed huius nequaquam; nam inuictum argumentum veritatis, penes iſtam ſtantis eſt traditio, de quâ Chryſoſtomus; *Traditio eſt, nihil quaras amplius;* At verò in hac Sacra Religione tot centurijs annorum traditur à generatione in generationem hic ſanctorum Patriarcharum occurſus, hæc mora vnius, iſta hoſpitalitas alterius, quam ne vnquam obliuio aut vetuſtas aboleret, Religioſiſſimi Patres curarunt metro cani, & marmori incidi; nam in illorum præmiſſo Conuentu Ilerdenſi, adhuc hodie in quâdam Columnâ leguntur iſta hexamentra. *Homil. 4. in cap. 2. ſec. Theſſalonic.* *Ioan. Figuer in Chronic. fol. 583.*

Ilerdæ quondam Sanctus de Matha Ioannes
Grande Monaſterium charis fundauit alumnis,
Permagnæ pietatis opus, quippe omnibus ægris
Sanis, pauperibus, potuit ſimul et peregrinis
Hoſpitium, victum, necnon ſolatia prebens.
Hìc Barchinonâ rediens, pater ille Minorum
Sanctus *Franciſcus* venit, hoſpitioque receptus
Vnà cum paucis ſocijs comitantibus illum.
Gratior haud potuit Triados tunc hoſpes adeſſe,
Fratribus, aut cuius pietas tam clara niteret.
Poſtquam igitur ternos per menſes hæſerat illic
Optimus ille Pater, quodam cum diuite ciue
Fecit amicitiam, *Raymundô* nomine dicto.
Illius atque opibus Conuentum fundat adauctus
Biſcentum à dictâ diſtantem paſſibus Vrbe:
Huncque locum ſanctæ *Claræ* Monialibus offert,
Quem & nunc retinent, magna pietate celebrem.

Quæ ſanè par eſt nos proſequi, non fide tantùm, ſed gratitudine ac charitate. Plurimum enim illis debemus, qui tanti æſtimarunt noſtrum ad ſe acceſſum, vt eum curauerint marmori incidi, ad memoriam poſteritatis æternam. Non deeſt, qui dicat, S. etiam Patriarcham *Dominicum*, aliquando ad eos ibidem diuertiſſe; ſed non videntur domeſtici tanti rem feciſſe, cùm id nulla monumenta ant marmora apud eos teſtentur.

VIII. Redeundo iam iuſto poſtliminio ad Trinitarium Cænobium Ilerdæ, videri poteſt D. Deus Cataractas beneficentiæ ſuæ illi impluiſſe, *benedictionibus cæli deſuper, benedictionibus abyſſi iacentis deorſum, benedictionibus vberum, & vulua.* Enim verò illud quoto die creſcebat obſeruantiâ, & famâ, quibus tanquam magnetica acu, trahebat ad ſe omnium animos: neque in tota Vrbe vllum erat maiori frequentia ciuium, celebratum. In ipſo huius Sacræ Religionis habitum, & profeſſionem ſuſceperunt viri, multis titulis magni; inter quos fuit Hiſpaniarum Infans, *Sancius* filius Iacobi Regis, qui habitum Religionis induit in Conuentu Ilerdæ, indeque exiuit Abbas Valiſoletanus; ex Abbate euaſit Archiepiſcopus Toletanus, & denique obijt mortem Catholico Principe dignam in propugnanda Chriſti fide contra Mauros. *Geneſ. 49. v. 25.*

Huius aſſerti veritas, hoc eſt, quod ille Archiepiſcopus, & Princeps, fuerit Trinitarij Ordinis, & filius noſtri S. *Ioannis*, conſtat ex quodam priuilegio a Rege *Iacobo* olim conceſſo Cænobio Ilerdenſi, Cal. Iunij 1251. Cæſarauguſtæ, in quo aſſerit, quod gratiam illam præſtet Religioſis, & conuentui SS. Trinitatis Ilerdenſi, ad inſtantiam filij ſui D. Sancij, qui eſt illum Ordinem profeſſus, & in dicto Conuentu degit. Et quia non defuit, qui negaret factum, exhibeo hic ipſa *Vide infra ad ferendam an. 1275.*

Regis ac diplomatis verba, ſuntque: *Ad preces filij mei Sancij, qui in Monaſterio Sanctæ Trinitatis Ciuitatis Ilerdæ, Ordinis Redemptionis Captiuorum, inter cæteros fratres vitam, & habitum ducit*. Authographum totius ſeruatur in ſcrinijs Archiuij eiuſdem Conuentus, eoque occluditur omne os inuidentium SS. Trinitati tam nobilem, & Regium alumnum.

Totum eò attuli, vt pateat, quali ſanguine rigauit Deus hanc ædem, & hortum plantationis à principio, ſcilicet non ſolo illo Martyrum, Doctorum, & Sapientum, ſed etiam Regum; ſiquidem inter prima germina eius, videmus *Guidonem* nepotem Regum Galliæ, *Rodericum* Regem Caſtellæ, & *Sancium* hunc Aragonium; qùm etiam primi auſpices eius *S. Ioannes* a Mattha, & S. *Felix* Valeſius, vterque proauos, atauoſque dynaſtas numeret, ille Roncilionis, & Barcinonis, hic etiam totius ipſius Galliæ.

Denique in hoc eodem magnifico cænoblo ſepulchra habent, & occupāt Excellentiſſimi Marchiones *Aytone*. Ibi iacet nominatim D. *Gaſton* Moncada, Marchio, & Prorex Aragoniæ, Orator Romanus Philippi IV. ſimulque ex Senatu Politico eiuſdem.

Atque vt appareat iſta non temere à me iactari, quaſi adſcribam huic Ordini non ſua, cedo publicum Inſtrumentum, & Reſcriptum regium ipſius *Petri* II. Aragonij hoc ipſo anno conceſſum S.P. *Ioanni* a Mata &c. fratribus eius, ac filijs eiuſdem Conuentus Ilerdenſis, quo iſta nominatim iudicat; nam

1 Indulget & declarat excellentiam Redemptionis Captiuorum per ſanguinem Chriſti.

2 Deinde ob Deum concedit S. Patri *Ioanni* de Matha, fundatori Ordinis SS. Trinitatis, & Captiuorum Redemptori, ac Religioſis Conuentuum Auinganæ, & Ilerdæ, & cæteris ſui regni, vt petant & admittant omnis generis eleemoſinas pro Captiuis.

3 Vt nemo alius, tam etſi fuerit ex Congregatione poſteà erigendâ, poſſit agere de eiuſmodi redemptione, cum hoc ſpectet ad ſolam illam SS. Trinitatis ex indulto Apoſtolicæ Sedis.

4 Suſcipit in protectionem ſuam dictum Ordinem, inſtitutum ab *Innoc. III*, per diuinam reuelationem cælitùs factam, cum titulo SS. Trinitatis, & profeſſione redimendi Captiuos.

5 Iubet omnes ſibi ſubditos, vt eos ſuo præſidio & fauore proſequantur. Tenor deplomatis eſt iſte.

Priuilegium D. Petri II. Aragoniæ Regis, deinde confirmatum à D. Iacobo I. Rege; eius filio, & Conquiſtore.

6 PEtrus Dei gratiâ Rex Aragonum, Comes Barchinonæ, & Dominus Montis Peſſulani, dilectis fidelibus Vicarijs, Baiulis; Iuſtitiæ zalmedinis, alijſque vniuerſis et ſingulis Officialibus noſtris, vel eorum Locatenentibus, necnon Conſiliarijs, Iuratis, Patrarijs, Conſulibus, nobilibus, & probis hominibus Ciuitatum, Villarum, & locorum regiorum noſtrorum, præſentibus, atque futuris ad quos præſentes peruenerint ſalutem & dilectionem.
Cum Redemptoris noſtri perpetuis hortatibus ad faciendam eleemoſinam inuitemur, Apoſtolique *Pauli* doctrinâ, Regalijſque Prophetæ veridicis carminibus impellamur ad ſuccurrendum egeno & pauperi, in vt die malâ liberet nos Dominus, eoque maiori ſollicitudine mereantur operi illi, qui inter Mauros, Turcas, & Barbaros Captiui infinitis cruciatibus reaffliguntur, quò periculoſius illorum non corpus tantùm, ſed longè calamitoſius anima, pretioſo Chriſti Sanguine redempta, verſantur.

Ideo-

Ideoque per hanc chartam noſtram perenniter valituram do Domino Deo, & concedo tibi Fratri *Ioanni* à Matha Inſtitutori, & primo Miniſtro Ordinis Sanctæ Trinitatis,& Captiuorum Redemptori, tuiſque ſucceſſoribus & Fratribus tàm præſentibus, quàm futuris viuentibus in Turte de *Autngania*, & *Ilerda* in hoſpitali,Petri Molinarij nuncupati,& in alijs domibus dicti Ordinis in Regnis & dominijs noſtris, vt habeatis, & poſſitis publicè tam per Eccleſias & Caſtella Principatus Catalauniæ, quàm in Regno Aragonum,& in dominio Montis Peſſulani eleemoſinas à Chriſti fidelibus petere & legata recipere,pro Redemptione Captiuorum,& habere truncos in omnibus Eccleſijs terrarum noſtrarum,cum Imaginibus, ſignis,& Crucibus veſtri Ordinis.

Nulluſque alius in perpetuum,Nobilis,vel cuiuſcumque dignitatis ſit, etiam Epiſcopalis,poſſit Sanctum Redemptionis Captiuorum opus pertractare in terris & dominijs noſtris. Cum præcipuè id ſpectet ſolùm ad Fratres Sanctæ Trinitatis & Captiuorum,ex gratiâ Sedis Apoſtolicæ; quamuis aliqua Congregatio pro Redemptione Captiuorum fundaretur futuris temporibus.

Inſuper recipimus præfatum Ordinem Sanctæ Trinitatis & Captiuorum per Dominum noſtrum Papam *Innocentium* inſtitutum cœleſti reuelatione, et approbatum,ſub nomine Sanctæ Trinitatis et titulo de Redemptione Captiuorum ſub noſtrâ tutelâ ad regnum noſtrum miſſum.

Ideò præcipimus dilectis et fidelibus Iuſtitiæ Baiulis, Iutatis,Richis hominibus,et ſubditis noſtris, Baronibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, necnon Abbatibus intra limites noſtri Regni et Terrarum noſtrarum conſiſtentibus, vt fratrem *Ioannem* Ordinis Sanctæ Trinitatis et Captiuorum Inſtitutorem,et dictos Fratres, ſicut comparati ſunt per nos, defendant eos. Nulluſque audeat in eorum bona inuadere, ſi cupit indignationem noſtram euitare. Datum Illerdæ die vndecimo Decembris anno Domini milleſimo ducenteſimo primo, ſub ſigillo noſtro pendenti.

Sig ✝ num Petri Regis Aragonum,Comitis Barchinonæ, et Domini Montis Peſſulani.

Teſtes ſunt Petrus de Beluis,	Gulielmus de Auania
Bernardus de Oliuella,	Gombaldus de Ribellis,
Gombaldus Hoſcenſis Epiſcopus	Gombaldus Epiſcopus Illerdenſis.

Ego Ferrius D. Regis Notarius hanc chartam eiuſdem mandato Scripſi.

Quod totum deinde Apoſtolicâ authoritate redditum eſt ratum ac firmum ab *Innoc.* Papa III. vt videbimus in loco ad an: 1209. in quo Ego Pontificium diploma totis tenoribus exhibebo. Interim incipiat.

B R E V I A R I V M.

1 *Status ſæculi: Regum obſequia in Eccleſiam.*

2 *Num S.* Ioannes *noſter miſſus ſit Legatus ad Bulgaros?*

3 *Pecuniæ miraculosè ei prouiſæ ad captiuos redimendos; Redempti centum & ſeptem.*

4 *Conceſſum ei domicilium Maſſiliæ erigendum.*

5 *Tranſumptum priuilegij his Patribus conceſſi à* Gulielmo *de Baucio.*

6 *Domus de* Siluella *erecta prope Pariſios. Diploma* Innocentij *Pontificis.*

HVnc etiã annũ niueo lapillo ſignandum reddit Regni Siculi tranquillitas;nigro,autẽ infelix obitus *Marcualdi* Tyranni,qui ei occupando imminebat. Deceſſit autem, Deo perfidiam eius vindicante, ex calculi dolotibus, quibus impar ferendis, ſectionem pati voluit, et in ipſa expirauit. I.
Reddit ominoſum,Bulgariæ ad Eccleſiam conuerſio,vt conſtat, ex litteris *Calo-*

Ioan-

Innoc. ep. 89.

Ioannis Bulgarorum Regis ad *Innocentium*, hoc anno datis: Triſtem, aut lamentabilem illum, vehemens terræ motus, qui Syriam hoc anno concuſſit 3. Maij. Audita eſt vox terribilis de cælo, exceptus mugitus horribilis de Terrâ, quæ tam horrendè quatefacta eſt, vt *Aconenſis* Vrbis pars maxima, ipſumque Regis palatium corruerint; *Tyrus* Vrbs aliàs munitiſſima, ferè funditùs ſubuerſa. *Archas* oppidum inexpugnabile, in finibus Tripolitanis ſolo æquatum, ipſaque *Tripolis* ex magnâ ſui parte proſtrata. Imò paucæ vrbes maritimæ cladem euaſerunt, innumerabilis hominum numerus ruderibus, & ruinis extinctus.

Roman. Monach. in Chronol. H. Spondan. an. 1292 n. 13.

Et hoc quidem ſæculo lachrimas expreſſit, illud Eccleſiæ gaudium, quod eodem anno *Leo* ſiuè *Lieuo*, Rex Armeniæ, de quo ſupra, & Ioannes Catholicus (vt vocabant) ſeu primas Eccleſiæ eiuſdem gentis, nuncios ad eundem *Innocentium* miſerunt, qui conſenſum eorum in fide cum Romanâ Eccleſiâ ſignificarent, opemque aduerſus Comitem Tripolitanum, & Antiochenos, ac Templarios ei adhærentes, à quibus grauiſſimas infeſtationes patiebantur, implorarent. Rex verò inſuper priuilegium peteret, vt præter Romanum Pontificem, nemo in ipſum, vel Regnum eius, aut quoſcumque ſubditos, poteſtatem haberet excommunicationis, vel interdicti: Catholicus autem vt recens ſibi ad eam dignitatem euecto Pallium, Annulum, & Mitram tranſmittere dignaretur. Item hoc anno *Calo-Ioaones* Imperator, vt ſeſe vocabat, Bulgarorum, & Blachorum, ſiue Vvalachorum, qui iugum Græcorum excuſſerat, ab *Innocentio* anteà litteris ſalutatus, legationem ad eum miſit, quâ deuotionem ſuam erga Romanam Eccleſiam teſtatus, petiuit ſibi ab eâ coronam concedi, quam olim deceſſores ipſius ab eâdem ſuſcipere conſueuiſſent; eâque de re ſcripſit etiam *Baſilius* illius Gentis Archiepiſcopus.

Epiſt. 43. Innoc. & c. vſq. 48.

Ex his ad præſens, & noſtrum propoſitum ſpectare uidetur negotium Bulgarorum, qui hactenùs ſchiſmatici, & Græcâ perfidiâ infecti, iam denique ad gremium, & obedientiam Romanæ Eccleſiæ redierunt. Dixi autem conſultò quod videatur ad hos annales ſpectare; tametſi enim ab huius Ordinis hiſtoricis non adſcribatur illis negotium, at re ipsâ videtur adſcribendum, nam *Innocentius* primo anno Pontificatus deſtinauit ad eos Legatum *Ioannem* Sacellanum ſuum; ſcimus autem Ioannem noſtrum illum Sanctum à *Matha* fuiſſe ei Sacellanum; Scimus ab eodem deſtinatum, in Dalmatiæ & Diocliæ Regna, cum munere, & authoritate Apoſtolici à latere Legati; quidni ergo dicamus eundem ad Bulgaros Legatum, eoque magis, quod idem ſummâ fælicitate expediuit Legationem illam ad Dalmatas, vt proinde credere debeamus alteram iſtam ei iniunctam, quam etiam ſummæ induſtriæ laude abſoluit, quia nimirum virtute eius, & Archiepiſcopus pallium, & Rex ſceptrum ac coronam à Pontifice *Innocentio* accepit, tametſi longo poſt tempore vtrumque? Atque hæc Ego referre, non aſſerere volui, probè ſciens, aliqua in ſerie huius hiſtoriæ, non quadrare in ſanctum fundatorem, quibus proinde ſatisfiet, ſubſtituendo ei in hoc munere alium eiuſdem Ordinis fratrem; cum plures eorum fuerint, titulo ſaltem, Sacellani Pontificis.

Ex dubijs ad certa procedendo; idem Sanctus fundator intro æſtuans proximorum charitate; corpore quidem vnum duntaxat locum occupabat, animo omnes, illos intelligo in quibus intelligebat degere Chriſti fideles infidelibus mancipatos. Tunc autem ſeculi Vrbs *Valentia* Mauris ſuberat, & in ipſa magno numero Chriſtiani à Mauris intercepti, duriſſima ſeruitute Maurorum itas ſatiabant. Erga iſtos efferbuit vir Sanctus tenerrimo affectu compatiens, animo erectus, etſi facultate depreſſus; cumque æris copia ad litrum ei deeſſet, ſtatuit Sacrum facere in honorem Deiparæ *Mariæ*, cui ipſe interim lachrymas miſcebat,

IMP. OCCID.	INDICT.	RELIG. SS. TRINIT.
VACAT	5	5.

bat, & calidas preces, obteſtans illam miſericordiæ parentem, vt quoquo modo ipſius indigentiæ, & captiuorum miſeriꝗ ſubueniret. Diuinauit ille orando, nam abſoluto Sacro penes aram in quâ immolauit, inuenit tantum nummorum auri & argenti, quantùm vinctorum procuranda libertas exigebat. Neque tunc tantùm, quin alias etiam pluries his portentis cęlum ei ſubuenit: Et in primis eadem Regina Cælorum, cui proinde illę immortales gratias, & æterna obſequia reddidit. Hac autem vice vinculis expediuit ducentos: Et ſeptem Chriſtianos, quos ſecum tanquam trophæum victoriæ ſuę Valentia ouans eduxit. IIII.

Neque verò ille monotonus, aut vnius tantùm induſtrię, quin inſtar *Cæſaris*, tam Mercurio, quàm Marte valens, vltrà aliorum libertatem etiam ſuorum commoditates procurabat. Et verò hoc anno tale aliquid ab eo pręſtitum Maſſiliæ, illius Vrbis monumenta euincunt. Et quoniam res eſt non adeò celebrata ipſius Ordinis Authoribus, referam factum verbis alterius, qui de Prouin- *Io. Giſenat.*
ciæ prouinciæ Ordinibus, & domicilijs agens, cum præmiſiſſet aliqua de S. Patriarcha *Ioanne*, ſubdit: Is ergo Ioannes de Matha Romam Maſſilia profectus, poſt confirmatam ab Innocentio Ordinis ſui regulam, deinceps cum quatuor ſibi adiunctis ſocijs, Bonifacio, Orberto, Matthæo & Vitali Maſſiliam reuerſus ab Epiſcopo noſtro, & Hugone de Baucio, viro inter Maſſilienſes primarios eximio, ac perilluſtri, liberaliſſimè, atque honorificentiſſimè tractatus eſt. Cęteri quoque tanto cum ſtudio ac veneratione proſequuti ſunt, vt mirabiliter omnium generum, atquę Ordinum conſenſus ad authoritatem nouæ religioſæ familiæ promouendam, ſanctitatemque celebrandam conſpiraſſe videretur. Quare ad Vrbis domicilium habendum certa eis deſignata ſedes in pomario ad portam cognomento Gaulam, alias *de Laurte*, in quâ templum nouas Ordinis primitias excepturum SS. Trinitati dicatum, eique vicinas Monaſterij ædes ampliſſimas, ac peropporrunas exædificarunt. Ex quo recenſu, quamuis ex fide facto, aliqui occaſionem erroris ſumpſerunt; nonnulli enim proinde putauerunt hoc anno, aut circiter, erectam eſſe Patribus domum in Luſitaniâ, decepti biuerbio illo *Porta Gaula*, quod ipſi Portugalliam vno verbo fecerunt; cum tamen ſint duo, & locus non in *Luſitania*, ſed in *Gallia*, prouincia Prouinciæ, & Vrbe Maſſiliæ ſit ſitus. Et tamen hoc qualicumque æquiuoco laborauit inter alios, (quod mireris) ipſe *Bobertus Guaginus* huius Ordinis alumnus, etiam Miniſter Generalis; nam in indice Conuentuum, qui ſuperſtite adhuc fundatore Religioni ſurrexerunt, tertio loco iſtum numerat hoc tenore. *In Prouincia domus Luſitaniæ, id eſt Portugalliæ: Domus Arelatenſis, Domus S. Aegidij.*

Sed quidquid de iſtis, quæ vocibus ludunt, rem ipſam, ſiue ſtructuram Conuentus adhunc annum referendam perſuadet mihi vtcunque priuilegium notâ, & gratitudine dignum à Dominis de *Baucio* conceſſum huic Ordini, & Cænobio Maſſilienſi, iſto anno 1202. quod quia fauet huic meæ Chronologię, & iſtius Sacri Ordinis emolumentis, placet hic referre nuper ex Gallia tranſmiſſum, etſi dudum iam exhibitum.

In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis. Ego Guillelmus de Baucio Princeps Arauſiæ, & Ego Hugo de Baucio frater eius Dominus Maſſiliæ, & Ego Raymundus de Baucio Nepos, nos tres in peccatorum noſtrorum remiſſionem,
habita etiam conſideratione in hoc ſalutis animæ noſtræ & noſtrorum, donamus, „
& titulo donationis inter viuos legamus, & concedimus in perpetuum Deo, & „
Sanctæ Trinitatis domui Maſſiliæ, & omnibus alijs domibus eiuſdem Ordinis, & „
tibi *Ioanni de Matha* Miniſtro ipſius Ordinis, & omnibus fratribus pręſentibus „
& futuris, ne pedaticum, quidaticum, ſiuè leudam vel aliud vſaticum iuſtum „
vel iniuſtum vel quamcumque exactionem in totâ Terrâ noſtrâ, vel poteſtate, „

in

» in mari, ſiue in terra, in paludibus vel ſtagnis, in caminis vel ſtratis, vel extra caminos, vel ſtratas donetis, ſed ab omnibus ſupradictis exactionibus, ſiuè pro perſonis, ſiuè pro rebus quæ ab alijs hominibus exiguntur, liberæ ſint omnes domus veſtræ, & perſonæ, & res in perpetuum tam præſentes quàm futuræ. Inſuper recipimus in noſtra ſaluaria, & ſecuritate & protectione, & apartenentia dictam domum Sanctę Trinitatis Maſſiliç & omnes alias domos eiuſdem Ordinis, & omnes fratres præſentes & futuros in totâ terrâ & poteſtate noſtrâ, in mari ſcilicet & in terrâ, & in pace & in guerrâ, per nos & per omnes amicos noſtros, eundo, redeundo, ſtando. Mandamus omnibus ſubditis & amicis, quod quandocumque Fratres Ordinis Sanctæ Trinitatis, tam de Prouincia, quàm de alia ad eos venerint, loco noſtro ipſos, & res eorum mobiles & immobiles tanquam noſtras proprias ſaluent, cuſtodiant, atque defendant. Datum apud Caſtrum quod vocatur Fos, anno Dominicę Incarnationis MCCII. XII. Calend. Aprilis Indictione quintæ in præſentia Domini *Eldefonſÿ*, & Domini *Sancÿ*, Comitum, & Marchionum Prouinciæ, & D. *Roneeli* Vicecomitis, & Domini Maſſiliæ, & *Gulielmi Porceleti, & Hugonis Sacriſtæ, & Quidodis de fos, & Amelÿ de fos, & Raymundi Lanfridi de foſſo, & Quidonis* de Caualione *& Guliermi* de Monte Oliuo, & *Guliermi Amblardi, & Anſelmi* Iuuenis & multorum mercatorum de Maſſilia, & de Monte Peſſulano, qui conquerebantur de naufragio cuiuſdam galerę. Cum ergo facta ſit iſta gratia Conuentui huius Ordinis Maſſilienſi iſto anno, quem deſcribimus, neceſſe eſt tunc ſęculi, ſiuè eo anno, fuiſſe conuentum, aut erectum, aut inceptum illis Maſſiliæ. Cęterum alia monumenta non occurrunt quæ ſuadeant eum in anteriores annos referendum; puta 1201. vel ipſum 1200. adeòque ex meritò ei aſſignauimus præſentem.

Supra anno 1221. egimus ſuo loco de Cænobio huius Ordinis Ilerdenſi, atque eius Eccleſiâ, de quibus etiam infra ſermo recurret. Hic autem referenda venit illius templi conſecratio, magno apparatu peracta à D. *Gumbaldo* Epiſcopo Ilerdenſi: eò magis, quod ipſa eadem die ab eodem Præſule conceſſa ſit loco gratia non abſimilis præcedenti, ſiue ei quam DD. de *Baucio* præſtiterunt Conuentui eorumdem Maſſilienſi. Do diploma.

Donatio D. Gombaldi Epiſcopi Ilerdenſis, atque eius Capituli anno 1202. facta de Decimis & tertijs Auignanæ & Caſtri Aytonæ.

SIT cunctis notum, quod Ego Gombaldus Dei gratia Illerdenſis Sedis Epiſcopus, cum conſenſu totius Capituli Canonicorum eiuſdem Sedis, concedo & dono vobis Venerabilibus fratribus Monaſterÿ Sanctæ Mariæ de Auingania, præſentibus & Succeſſoribus, decimas & tertias eiuſdem Villæ & Caſtri de Aditona &c. Facta charta in Capitulo eiuſdem Monaſterÿ in die Sacrationis eiuſdem Eccleſiæ de Auingania in Præſentia D. Regis Petri & totius Capituli meorum Clericorum, ſcilicet 25. die menſis Nouembris anno à Natiuitate Domini 1202.

Denique huic anno non abſurdâ coniecturâ debetur fundatio Domus de *Syluella*, ſiue de fonte IESV prope Lutetiam Pariſiorum, cuius viciniâ alijs ille admodum illuſtris eſt, ſed multò illuſtrior authore nempe S. *Fœlice* altero Ordinis parentę, qui inſtitutum ſuum in Francia, vt & S. Ioannes in Hiſpania propagauit. Cæterum de ipſa domo ſatis tenuem memoriam inuenit, nec vlla momenta præter Innocentij Pontificis Diploma, quod proinde his ſubdam, ſed anno ſequenti.

IMP. OCCID.	INDICT.	RELIG. SS. TRINIT.
VACAT	2.	2.

A N N V S

CHRISTI DOM. N. 1203,	IMP. OCC. VACAT.
INNOC. Pp. III. 6.	RELIG. SS. TRIN. 6.
ALEXII IMP. ORIEN. 1.	INDICT. 6.

B R E V I A R I V M.

1 *Capta Conſtantinopolis à Latinis. Duo portenta diuinitus patrata in confirmationem fidei Chriſtianæ.*

2 *Redemptio Captiuorum ducentorum & octo, ex carceribus Valentiæ per Patres Trinitarios.*

3 *Tranſumptum conuentionis factæ inter Capitulum & Parochos, cum PP. Trinitarijs Arelatenſibus.*

4 *Aliud tranſumptum Epiſcopi & Capituli Maſſilienſis cum PP. Trinitarijs ibidem.*

5 *Diploma* Innocentij *Pontificis confirmans donationes omnes huic Sacro Ordini factas à quibuſcumque perſonis.*

I. PRAESENS annus (vt & alij hactenus pleruuque) proſequitur fælicitatem *Innocentij* Pontificis, & Eccleſię (Latinæ ſaltem.) ſub eo: Etenim in iſto obtigit ei, & Occidentali Imperio vniuerſim ditiſſima planè prędą, Vrbs Conſtantinopolitana. Noſtri enim nauigantes cum *Alexio* Iuniore aduersùs eius patruum Alexium, tyrannum, poſt fælicem appulſum, & Francorum excenſum, ea animorum & armorum vi, tam ſtrenuè & valenter Vrbem, ac hoſtes pulſabant, vt his (tametſi ſibi non defuerint) nequidquam obſiſtentibus, Vrbs Imperij arx & apex capta ſit, octauâ oppugnationis die, magnâ hominum ſtrage, & ædium ruinâ. Quas copias *Alexius* Iunior collegerit, non lego notatum. Gallorum fuerunt viginti millia peditum, equitum octo millia, quibus illi in ſicco, vt Veneti in mari pugnabant, claſſe etiam confertiſſima, fuerunt enim illis ſexaginta triremes, ſeptuaginta onerarię naues, viginti hipagines, quibus inde inde territus Alexius Tyrannus, fugam arripuit.

Idem annus nobilis eſt duobus portentis cęlitus patratis ad fidei Chriſtianæ firmitatem. Prope *Damaſcum* in loco Sardenas dicto ex imagine B. V. *Mariæ* in ligno picta emanauit oleum, quo infirmi quique ſanabantur. Inter hos fuit Soldanus Damaſcenus, qui oculis captus, & hoc oleo imbutus, quamuis interim Saracenus, vſum oculorum recepit.

Quidam etiam Adoleſcens Chriſtianus, (credo equidem) nobilis & copioſus, iter peregrè acturus obduxit ſibi elegantem, ac pretioſam veſtem. Contigit autem, vt equitanti illi occurreret quiſpiam Sacerdos baiulans SS. Euchariſtiæ Sacramentum; quod cum eques ille profundè reuereri, & adorare vellet, non poterat, niſi ſe luto immergeret, ob paludem interiectam. Hęſit ergo anceps animi, & incertus agendi; ſi equo exſcenderet, incidebat in paludem, & veſtem inquinabat; ſin ſubſiſteret, omittebat illam latriam debitam Chriſto, & dignam Chriſtiano; ſed denique inclinauit ſe quà virtus vocabat; atque exiliens equo flexit poplites in palude. Et, ò Dei pietatem! in media palude non maduit, non lutauit veſtem, ſed extulit tàm nitidam quam illi intulit, & ſibi mane obduxit.

II. Ad propria pergentibus, hoc anno primùm, ſe offert dignum hoc Ordine opus, redemptio Captiuorum; In ipſo enim R. P. *Gulielmus* de *Vetula* primus Miniſter domus SS. Trinitatis Auinganenſis cum ſocio fratre Gualberto, mul-

tis conquiſitis pecunijs, & fidelium eleemoſinis per Principatum Catalauniæ. adierunt Valentiam Aeditanorum, vbi conuentione cum Mauris factâ, & numerato pretio, Maurorum carceribus erepti ſunt ducenti, & octo captiui: quos ijdem illi ſecum in Catalauniam duxerunt; deinceps priſtinæ libertati permiſſos.

Idem annus reuocat nos *Arelatum*, ad expedienda fabricam, & iura Conuentus SS. Trinitatis ibidem erecti. Enimuerò S. *Ioannes* de Matha, Româ redux, & *Arelatum* tranſiens, vidit gauiſus fabricam egregiè prouectam. Doluit tamen defuiſſe ei fratrem *Augerum* Miniſtrum, qui interim morte ſublatus eſt, vt & Archiepiſcopus *Imbertus* d'Eguires; defunctus 13. Calend. Auguſti an. 1200. Huic in ſede illâ ſucceſſit *Michael* de Moreſeo, cum quo; quia intercesſerunt lites Parochorum, & Capituli ſuper ſepulturis; Decimis; Quarta funeralium, & ſimilibus dicti Conuentus obuentionibus, facta eſt tranſactio inter partes hinc inde, quâ decernitur quid? quam ſpectet? Et Egò, ad indemnitatem dicti Conuentus ac Patrum, ex Archiuio Archiep. Arelat. fideliter tranſumptam hic exhibeo.

Tamay. in Martyrolog. Figueras.

Tranſactio S. Ioannis de Matha cum Capitulo Arelat. An. 1203. Menſe Nouembri.

III. CVm *actus hominum vetuſtas deleat &c.* quæ ſuprà poſita ſunt anno 1200. Et verò videtur Echo quædam, & reſultus huius tranſactionis Maſſiliam deueniſſe; Enim verò ibi etiam Epiſcopus & Capitulum publicò inſtrumento conuenerunt cum fratribus huius Ordinis domus Maſſilienſis, ſuper ijſdem, aut ſimilibus punctis, & ſtatuerunt quid, quam partem contingeret, ne deinde labentibus annis, & hominum arbitrijs immutatis, inter ipſos hinc inde lites aut iurgia orirentur; atq; vt vnde cunque orta, poſſent pacificè ſopiri. Fateor aliquid negotij ſpectat ad annum 1270. proinde Ego illa dumtaxat deſcribam, quę annum mihi decurrentem contingunt. Suntque ſequentes conuentiones, quas à me fideliter produci euincet ſinceritas ipſa inſtrumentorum, in quibus dictiones & ſillabæ quas aut vetuſtas temporis, aut characterum ineptia obliterauit, vacuo ſuo et ſilentio permittuntur, qùm certiſſimè pręſtet tacere quàm mentiri. Idemque liquebit ex ſtili obſcuro, et periodis non plenè diſtinctis.

Ruffi in hiſtor. Maſſil. Mallea pag. 171.

Tranſactio, & conuentio inter Venerabile Capitulum S. Sedis Maſſilienſis, & Generabilem Conuentum SS. Trinitatis, Redemptionis Captiuorum.

IV. *IN nomine D. N. IESV Chriſti, anno Incarnationis eiuſdem milleſimo ducenteſimo tertio, Menſe Octobris, & repræſenti cum ſcriptura teſtimonio concordata vt inpoſterùm tam futuris quàm præſentibus innoteſcat* R. F. . . . . Dei gratia Maſſilienſis Epiſcopus, & Ego Pater Maſſilienſis Eccleſiæ Præpoſitus, totumq; eiuſdem Eccleſiæ Capitulum, Dei intuitu, ac Religionis fauore concedimus Tibi F. *Ioanni* Inſtitutori Ordinis S. Trinitatis Redemptionis Captiuorum & Fundatori, domos quæ in Ciuitate Maſſilienſi versùs portam Gallicam eum Parochia noſtra per orta eſt, & tuis pro tempore ſucceſſoribus habere Eccleſiam, & Cemiterium, & oblationes offerentium recipere, & eligentes ibi ſepeliri ad ſepulturam admittere, his tamen modis & conditionibus.

Omnium oblationum quæ ad manus ibidem prouenientium, ſiue ad altare, ſiue ad Cimæterium vel alia occaſione offerendi ad Eccleſiam deuenient medie-

dietatem liberam omni fraude & machinatione remota reddent Eccleſiæ Beatæ *Mariæ* Sedis Maſſilienſis,exceptis omnibus candelis, & exceptis oblationibus quæ in feſto S. Trinitatis,& quæ in octauis Pentecoſtes celebrabitis, veſtræ Eccleſiæ afferentur, & exceptis ornamentis Eccleſiæ et exceptis ornamentis Eccleſiæ, altaris, et Miniſtrorum ſcilicet ..... pallij ..... vaſis ac coalticis,et huiuſmodi ad altare pertinentibus, et Sacerdotalibus indumentis. Parochianos verò veſtros qui ſunt vel erunt in tenemento et dominio Epiſcop. et Eccleſiæ Beatæ Mariæ Sedis Maſſilienſis,ſi infra muros Maſſilienſes .... fuerint,ad ſepulturam nullatenus admitteris totius mortalagij. Et ſiue in rebus mobilibus,ſiue in immobilibus, ſe mouentibus, ſiue pannis omnium illorum qui ibi ſepulti fuerunt,omni fraude et machinatione remota medietatem liberam Eccleſiæ B. *Mariæ* Sedis Maſſiliæ integrè reddetis, exceptis lectis,figuris, et rebus immobilibus muros Maſſilienſis Epiſcopatus Vobis relinquetur portione D. Epiſcopi computata in medietate quæ Eccleſiæ Sedis Maſſilienſis reddetur, prout in antedictis ſcriptis conuentionum inter Epiſcopum et Canonicos pridem factarum continetur. Quod verò aliàs offerendum vel relinquendum eſſet, vnde pars prædicta Eccleſiam noſtram deberet contingere .... vel machinatione aliquâ ad Eccleſiam veſtram,vel veſtrum conuenietis vſum vel commodum, ſed vobiſcum per medium diuidetis. Cuſtodem verò noſtrum pro prædictis oblationibus,et pannis mortalagij,licebit vobis,quandocunque volueritis,ibi habere. Contra prædicta,Tu Frater *Ioannes* vel ſucceſſores tui,obtentu priuilegij vel indulgentiæ habiti vel habitæ,non venies vel facies. Et vt omnia prædicta firma illibataque obſeruentur. Tu Frater *Ioannes* cautionem præſtabis iuratoriam. Et qui unquam pro temporibus adminiſtrator fuerit domus veſtræ prædictæ,iurabit corporaliter eadem fideliter obſeruare.

Et Ego prædictus Frater *Ioannes* renunciamus vnicuique priuilegio, vel indulgentiæ,habito vel habitæ, iuro et promitto per me et ſucceſſores meos prædicta omnia cum omni diligentia cuſtodire; et præterea de omnibus quæ relicta fuerunt domui Sanctiſſimæ Trinitatis, aut Perſonis, aut operi, aut Sacriſtiæ, aut quocunque alio modo orta ſunt, ſepulturæ ibidem peruenerunt ab illis qui in eodem loco ſepulti peruenerunt, ſiue ſint mobilia, ſiue immobilia, ſicut iam dictum eſt,medietatem liberam Eccleſiæ Beatæ *Mariæ* Sedis Maſſilienſis integrè reddetis.

Præmiſſæ compoſitioni præſentes fuerunt D. B. Epiſcopus, Pater Præpoſitus Sancti Bernardi, D. de Agnis, Laugerius Hacis, Betard. Lambertus, B. de Pinear, B. B. de Montis Canonici, Ioannes P. de Iquon, Arnaldus, Hugo, Banda Sacerdotes, Frater Fælicius in platea quæ eſt ante occidentale hoſpitium Sedis B. Mariæ, hoc excepto quod dictæ omnes oblationes, ſiue ſint daturæ alumnis ipſius Miniſtri, et dictorum Fratrum, et pro medietate dictarum oblationum dabunt dictus Miniſter et Fratres Eccleſiæ B. M. Sedis Maſſilienſis quinquaginta ſolidos in feſto B. *Mariæ* Menſis Auguſti,annis ſingulis. Item declaramus,et dicimus,et præcipimus vt peregrinos et aduenas vndecunque ſint deſcendentes in Villa ſuperiori Trinitatis Maſſiliæ, quæ Epiſcopalis dicitur, et in dominio ipſius Eccleſiæ B. *Mariæ* Sedis Maſſilienſis ad ſepulturam admittere poſſint dicti Miniſter & Fratres, poſtquam in eorum domo vel cimæterio elegerunt ſepeliri, ſeruatis conditionibus ſupradictis. De his verò qui in Hoſpitali dictæ domus morirentur, nihil præcipiat Eccleſia B. M. qui ibidem vt pauperes exinanibunt. Hoſpitale autem eſſe intelligimus illam domum in quâ ſunt lecti parati,& ordinati ad recipiendum pauperes, & non domos alias fundatas infra ambitum dictæ domus, exinanibunt Peregrini, poſſunt audire confeſſiones &

Sacramenta Eccleſiæ, ... miniſtrare,

Denique illius eſt donatio ab Epiſcopo Ilerdenſi, atque eius Capitulo facta eiuſdem Ciuitatis cænobio Ordinis SS. Trinitatis, quâ ille Illuſtriſſimus Præſul dicto loco, & domeſticis eius cedit decimas Eccleſiæ S. *Andreæ*, impendendas Captiuorum redemptioni. Quam proinde huic loco libet inſerere, ne quâ deinceps obliuione, aut deſſuetudine contingat eam aboleri; eſt autem iſta.

In Dei nomine Ego Gombaldus Illerdenſis Sedis Epiſcopus, conſiderans quanta eſt apud Deum eleemoſina Captiuorum Chriſtianorum, quod magna ſollicitudine & opere faciunt Fratres Ordinis Sanctæ Trinitatis, dono eis pro ipſa redemptione decimas Eccleſiæ Sancti Andreæ Ciuitatis Illerda etc. Actum eſt hoc in mea Eccleſia, ante omne Capitulum meorum Clericorum, prima die Menſis Iulij. Aera 1231.

Conſentiunt & confirmant omnes Capitulares. Sed & ipſum hoc inſtrumentum eſt efficax argumentum ad probandas redemptiones quas tot laboribus ac curis procurabant Religioſi Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, itemque ad perſuadendas eleemoſinas quæ illis fiebant, & ipſi recipere ſoliti ſunt, ad redemptionem Captiuorum.

Et quoniam hactenùs diſpoſui plures collationes locorum, & fundorum, atque aliarum mobilium, ac immobilium rerum huic Sacro Ordini à diuerſis vtriuſque ſexus perſonis, & fori factas, quarum etiam aliquas roboraui publicis inſtrumentis Principum, tam tam Eccleſiæ quàm ſæculi, ſubdam hic vnam omnium Apoſtolicam confirmationem *Innoc.* Pp. III. quâ omnes illas, ſingulaſque validat, & vetat à quoquam infringi, aut irritari. (Diſtinguam autem diploma, pro more, Arabicis & minutis numeris.)

Innocentius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei. Dilectis Filijs Ioanni Miniſtro, et Fratribus Ordinis Sanctæ Trinitatis et Captiuorum, tam præſentibus, quam futuris, Regularem vitam profeſſis in perpetuum. Operante patre luminum, à quo eſt omne datum optimum, & omne donum perfectum, qui Solem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, etiam diebus noſtris, in quibus, peccatibus exigentibus abundat iniquitas, & multorum charitas refrigeſcit, nonnulli faciente cum eis Domino ſignum in bonum. (Vnde inter alia beneficia, quæ nobis miſericorditer impartitur ad gratiarum actiones propenſius inuitamur) poſteriorum obliti ad interiora cum Apoſtolo ſe extendunt; Et exeuntes veterem hominem cum actibus ſuis, & nouum qui ſecundum Deum creatus eſt induentes, in vitæ tranſeunt nouitatem, cum relictis pro Deo quæ poſſident, & non quæ ſua ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti quærentes, voluntariam eligunt paupertatem, & diuinæ ſe ſubijciunt ſeruituti. Quorum deſiderijs tanto eſt propenſius annuendum, quanto per opera pietatis gratiorem præſtant Altiſſimo famulatum.

1 Licet autem ſecundum Apoſtolum, nec qui plantat, neque qui rigat ſit aliquid, ſed qui incrementum dat Deus, plantationem tamen veſtram nouellam, Apoſtolicæ protectionis præſidio diſpoſuimus irrigare, quatenus Deo præſtante miſericorditer incrementum, fructum proferat exoptatum.

2 Ea propter, dilecti in domino Filij, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum Ordinem Sanctæ Trinitatis, ſub Beati Petri, & noſtrâ protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio comunimus: Statuentes vt quaſcúque poſſeſſiones, quæcumque bona idē Ordo præſentiarum, iuſtè, ac Canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum vel Principium, oblatione fidelium, ſiue alijs iuſtis modis præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant.

3. Si quando verò loca deſerta fuerint eidem venerabili Ordini ab aliquo

pia

pia deuotione collata, liceat vobis ædificare Villas, Eccleſias, Cæmeteria ad opus hominum ibidem morantium fabricare,ita tamen, vt illic vicina abbatia, vel Religioſorum Collegia non exiſtant, quæ hoc valeat perturbare.

4. Sane noualium veſtrorum, quæ proprijs manibus, aut ſumptibus colitis, ſiue de nutrimentis animalium veſtrorum, hortorum, vel pomorum fructibus, nullus à vobis decimas exigere, vel extorquere præſumat.

5. Liceat quoque vobis Clericos, vel laicos liberos, & abſolutos à ſæculo fugientes ad conuerſionem recipere, & eos ſine contradictione aliquâ retinere.

6. Prohibemus inſuper vt nulli fratrum veſtrorum,poſt factam in Ordine vero profeſſionem, fas ſit abſque Miniſtri ſui licentiâ, niſi arctioris religionis obtentu,de eodem Ordine diſcedere: diſcedentem vero abſque Communium litterarum cautione,nullus audeat retinere.

7. Chriſma verò,Oleum Sanctum, conſecrationes Altarium ſeu Baſilicarum veſtrarum, ordinationes Clericorum veſtrorum, qui ad ſacros Ordines fuerint promouendi, & cæteras Eccleſiaſtica Sacramenta à Diœceſano ſuſcipietis Epiſcopo, ſi quidem catholicus fuerit, & gratiam, & communionem Sacroſanctæ Romanæ Sedis habuerit, & ea vobis voluerit ſine prauitate qualibet exhibere; alioquin liceat vobis quemcumque malueritis Catholicum adire Antiſtitem, gratiam, & communionem Apoſtolicæ Sedis habentem, qui noſtrâ fretus auctoritate, vobis quod poſtularis impendat.

8. Cum autem generale Interdictum terræ fuerit, liceat vobis clauſis ianuis, excluſis excommunicatis & interdictis,non pulſatis Campanis, ſuppreſſa voce diuina officia celebrare.

9. Sepulturam præterea locorum veſtrorum liberam eſſe decernimus, vt eorum deuotioni, & extremæ voluntati, qui ſe illic ſepelire deliberauerint, niſi forte excommunicati vel interdicti ſint,nullus obſiſtat. Salua tamen iuſtitia illarum Eccleſiarum à quibus mortuorum corpora aſſumentur.

10. Obeunte verò tunc eiuſdem Ordinis Miniſtro, vel ſuorum quolibet ſucceſſorum, nullus ibi qualibet ſubreptionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem fratres communi conſenſu, vel fratrum pars conſilij ſanioris, ſecundum Dei timorem Canonicè prouiderit eligendum.

11. Paci, & tranquilitati veſtræ paternâ in poſterum ſollicitudine prouidere volentes, vt infra clauſuram locorum veſtrorum nullus rapinam ſeu furtum facere, ignem apponere, ſanguinem fundere,hominem temerè capere, vel interficere ſeu violentiam audeat exercere.

12. Decernimus ergo vt nulli omnino hominum liceat præfatum Ordinem temerè perturbare, vel eius poſſeſſiones auferre,vel ablatas retinere, minuere, ſeu quibuslibet vexationibus fatigare,ſed omnia integra conſeruentur, eorum pro quorum gubernatione, ac ſuſtentatione conceſſa ſunt, vſibus omnimodis profutura; Salua Sedis Apoſtolicæ auctoritate, & Diœceſani Epiſcopi Canonica iuſtitia.

13. Si igitur in futurumEccleſiaſtica ſæculariſue perſona hanc noſtræ conſtitutionis paginam ſciens, contra eam temerè vti tentauerit, ſecundò,tertiò,commonita,niſi reatû ſuum congruâ ſatisfactione correxerit, poteſtatis ſuæ ſua careat dignitate, reamque ſe diuino iudicio exiſtere deperpetratâ iniquitate cognoſcat, & à Sacratiſſimo Corpore, & Sanguine Dei, & Domini Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti aliena ſit, atque in extremo examine diſtrictæ vltioni ſubiaceat. Cunctis autem eidem loco ſuo iure ſeruientibus, ſit pax Domini noſtri Ieſu Chriſti, quatenus & hic fructum bonæ actionis percipiant, & apud diſtrictum iudicium præmia æternæ pacis inueniant. Amen.

Datis Viterbij per manum Ioannis Sanctæ Mariæ Coſmedini Diaconi Cardinalis, Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cancellarij, decimo quarto Kalendas Iulij. Indictione duodecima, Incarnationis dominicæ anno milleſ. ducenteſ. nono, Pontificatus vero Domini Innocentij Papæ III. anno duodecimo.

Idem antiſtes eidem Ordini, quaſi propriæ proli, calidè addictus, nec vnquam benefaciendo ſatur, non expectato temporum interuallo, ipſo anno, ac tantum non menſe aut die, aliud diploma edidit in illius fauorem, quo ipſum etiam præſens quaſi repetiuit, certè confirmauit, eſtque iſtud.

Innocentius Epiſcopus Seruus ſeruorum Dei.

V. D*ilectis filijs Ioanni Miniſtro, & Fratribus Ordinis Sanctæ Trinitatis, & Captiuorum tam præſentibus, quam futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.* Operante patre luminum, a quo eſt omne datum optimum, & omne donum perfectum, qui Solem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos &c. *vt ſupra vſq;* & præfatum ordinem ſanctæ Trinitatis & Captiuorum ſub Beati Petri, & noſtro patrocino ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus. Statuentes vt quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Ordo in præſentiarum iuſte ac Canonicè poſſidet, aut in futurum, conceſſione Pontificum, largitione regum, vel principum, oblatione fideliũ, ſeu inſtitutionibus alijs, præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſq. ſucceſſoribus, & illibata permaneant. In quibus hęc proprijs duximus exprimenda vocabulis, Domum ſanctæ Trinitatis *Cerui frigidi* cum omnibus pertinentijs ſuis: Eccleſiam de *Planellis* cum omnibus pertinentijs ſuis. Domum *Burgi Reginæ* cum omnibus pertinentijs ſuis. Apud Maſſiliam Domum *Portæ galliæ* cum Eccleſia Sancti Martini, & alijs omnibus pertinentijs ſuis. Apud Arelatem domum ſanctæ *Trinitatis* cum Eccleſijs, & alijs pertinentijs ſuis. Apud Sanctum Aegidium domum Sancti *Iacobi* cum omnibus pertinentijs ſuis. Apud Illeridam domum, quæ dicitur *Petri Molinerij* cum omnibus pertinentijs ſuis. In Illerdenſi diæceſi domum de *Vingania*, cum omnibus pertinentijs ſuis, & poſſeſſiones quas nobilis vir *Petrus* de *Beluiſo* vobis apud *Iaconam* pia liberalitate conceſſit. Domum de *Tunilla* cum omnibus pertinentijs ſuis. Domum Sanctæ Trinitatis, ſitam apud *Toletum* cum Eccleſia, & omnibus pertinentijs ſuis, & poſſeſſiones quas *Garcias* Archidiaconus Toletanus vobis apud *Archicollam*, & Toletum cum omnib. pertinentijs ſuis pia liberalitate conceſſit. Domos quas habetis apud *Godomillam* cum omnibus pertinentiis ſuis: Apud *Segouam* domum cum Eccleſia Sanctæ *Trinitatis* cum omnibus pertinentiis ſuis. Domum Sanctæ Trinitatis apud *Burgos* cum pertinentiis ſuis de Villa *Guimara*, & aliis pertinentiis ſuis: Poſſeſſiones, & alia bona, quæ nobilis mulier *Catalana* apud Gormetes, & in tota terra de Burgis pia vobis liberalitate conceſſit: Domum de *Tumilla* cum omnibus pertinentijs ſuis. Domos, poſſeſſiones, & alia bona quæ habetis in *Guimara* de *Tibo*, & in *Rugos* de *Broba*, & in Sancto Vincentio de *Buezo* cum omnibus pertinentiis ſuis: Domos Poſſeſſiones, & alia bona quę habetis in *Quintanella* Lamonſiſa cũ omnibus pertinentiis ſuis. Domum de *Batſena* cum omnibus pertinentiis ſuis. Apud *Goſmedos* Eccleſiam cum poſſeſſionibus, & omnibus pertinentiis ſuis. In villa quæ dicitur *Inter Eccleſias*, Domos, & poſſeſſiones cum omnibus pertinentiis ſuis. In villa S. Emetherii, domos cum omnibus pertinentiis ſuis. Confratrias & aliaquę in Regno Aragonum de Regia donatione habetis. Eccleſiam S. *Thomæ* de *Formis* in Vrbe, cum omnibus pertinentiis ſuis. Domum cum Eccleſia Sanctæ Trinitatis de *Daroca* quę ſolet dici Sancti Marci, cum omnibus pertinentiis ſuis. Domum cum Eccleſia Sanctæ Trinitatis *Pontis Reginæ*, cum omnibus

bus

bus pertinentiis ſuis. Eccleſiam S. Trinitatis de *Fonte Ieſu*, cum redditibus, & aliis pertinentiis ſuis. Domum de *Brai* cum omnibus pertinentiis ſuis. Domum Sanctæ Trinitatis de *ſtampis*,, quæ ſolet dici Eleemoſina Britonum, cum omnibus pertinentiis ſuis. Apud *Pariſium* domum cum Eccleſia Sanctæ *Trinitatis* & cum Capellâ in *Rabemolendino*, cum omnibus pertinentiis ſuis. Si quando vero loca deſerta fuerint &c. *vſque* exercere. Decernimus, ergo, vt nulli omnino hominum liceat præfatum Ordinem temere perturbare, vel eius poſſeſſiones auferre, vel ablata retinere, minuere ſeu quibuslibet vexationibus fatigare. Sed omnia integra conſeruentur eorum, pro quorum gubernatione ac ſuſtentatione conceſſa ſunt vſibus omnimodis profutura ſalua Sedis Apoſtolicæ authoritate, & diœceſani Epiſcopi Canonica Iuſtitia. Si igitur in futurum Eccleſiaſtica &c. vt in præcedenti vſque Amen. *Datum Viterbij per manum Ioannis B. Mariæ de Coſmedin Diaconi Cardinalis Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cancellarij, decimo quarto Kalendas Iulij, Indictione duodecima, anno Incarnat. Dominica milleſimo ducenteſimo nono, Pontificatus verò Domini Innocentij III. Papæ, anno duodecimo.*

Fateor diploma hoc, vt & præcedens, ſiue eius dati dies ſexennio hinc abeſt; ſed quia amplectitur plures ex Conuentibus, & donationibus, quas hactenus recenſui; & etiam alias quæ ſubdendæ ſunt, iudicaui hoc, tanquam loco omnium medio, illud rectè iri diſpoſitum, vt ſit.

A N N V S.

IESV CHRISTI D. N. 1204.	OCCID. VACAT.
INNOC. PP. III. 7.	RELIG. SS. TRINITATIS 7.
BALD. IMP. ORIENT. 1.	INDICTIO 7.

B R E V I A R I V M.

1 *Diuerſa fortuna Latinorum, & Græcorum.*

2 S. Ioannes *à Matha erigit domum ſuis in Occitania, quæ tamen deinde extincta eſt.*

3 Innocentius *Pontifex, &* Philippus *Galliarum Rex ſtatuunt vti operâ PP. Trinitariorum ad recuperandã Terram Sanctam.*

4 *Num ipſe* S. Ioannes *adfuerit in illa expeditione?*

5 *An PP. Trinitarij acceperint Cœnobium ſuo Ordini* Hieroſolymis?

6. S. Ioannes *hoc anno traiecit Tunetum, vnde Romam liberos duxit centum quatuor Captiuos,*

7 *Conuentus Caſtri noui in Brittania erectus.*

HIs temporibus apparuit liquido duo Imperia Orientis, & Occidentis totidem lances eſſe, quarum vna depreſſa alteram extollit. Siquidem I. præſens annus (ſi quando ei, ac non magis præterito competant, quæ aſſignantur) magnis in Oriente rerum conuerſionibus, & Græcorum cladibus eminuit. *Sabellic. Ennead. 9. l. 5. Ryon. & Spondan. hoc. an.* *Alexius* Iuſtus Imperator poſt *Iſacij* patris obitum, a Marſiphilo crudeliter cæſus eſt. Exaduerſo à Latinis expugnata Conſtantinopolis, ſciſſum in plures principatus florentiſſimum Imperium. *Balduinus* Flander in Vrbe totius principe Imperiali paludamento, & diademate ornatus. Græci, qui ſe Latinis ſubmiſerunt, ad Romanæ Eccleſiæ gremium fæliciter retroacti; atque alia aliaque, quæ, non omnia ſolùm, ſed ſingula, plenos commentarios merentur; Sed expectentur ab ijs, qui communes faſtos, & chronica proſequuntur. Nobis aliud agentibus ſufficit ea punctim, digito quaſi radio demonſtrare, ne arguamur alienam ſegetem meſſuiſſe. Neque tamen tacenda iudicaui prodigia, quæ ipſo anno diui-

nam

nam potentiam ſimul & Chriſtianam Religionem illuſtrarunt. Nam & oleum illud, quod dixi proximè anteriori anno, ex icone quâdam Virginis Mariæ manaſſe, iſto hoc intra vitream ampullam in carnem concreuit. Et alia Redemptoris lignea effigies telo brachium transfixa, tanquam vena ei incideretur, ſanguinem emiſit.

Bzou. an. 1250.n.9.

II. Cæterùm nobis annus non minus fœcundus eſt. Exhibebit nunquam intermortuam diligentiam S.P. *Ioannis*; ipſe enim interim in Prouinciâ Occitaniæ Gallicâ fundauit Monaſterium S. *Egidij*, & deinde S. Iacobi dicauit. Quæ veritas maior eſt exceptione, cum inſerta ſit Apoſtolico diplomati *Innocentij* Pontificis, quod produxi. At enim tinea illa, quæ paulatim magna abſumit, etiam hunc fructum induſtriæ Sancti inuaſit, nempe diſcordia partium; nam ab exordio Prouinciæ prouinciâ, & illa Occitaniæ huius Ordinis, in vnam coiuerunt, vt apparet ex diuerſis Capitularibus Actis. Deinde tamen diuortio ſeiſſæ ſunt & in duas redundarunt. Ex quibus, cum *Prouincialis* Miniſter Occitaniæ cæpiſſet viſitare Conuentum S. *Egidij*, tanquam in ſuo territorio ſitum, domeſtici fratres illi reſtiterunt, & ſimul Pater Miniſter, qui tunc fuit cum Prouinciali anno 1303. Totum inde ortum eſt, quia Reuerendiſſimus Pater Generalis illis deſtinauit Commiſſarium, ſiue Vicarium generalem qui declarauit illam domum aut Conuentum S. Egidij Vicariam eſſe domus Arelatenſis, qualis ſemper fuit poſt tempora S. *Ioannis* fundatoris; quodque adminiſtratio bonorum eius ad illum pertineret, idque litteris patentibus, & iudico partium. Dat. 21. April. 1307. Dictus autem Vicarius proprio nomine fuit frater *Ioannes* de la *Marche*. Ipſi autem Religioſi Occitaniç, eo quod illi multas moleſtias adferrent Conuentui Arelatenſi, contulerunt ſe ad S. *Aegidium*, & acceperunt monumenta omnia, & omnia ornamenta Eccleſiæ, & coegerunt etiam Religioſos ibi habitantes exire: & denique iſta partium diſcordia reddidit deſolatum Conuentum, qui deinde decidit, & omnia eius bona diſtracta, ſiue alienata ſunt per Fratres Occitaniæ; nec aliud præſtari potuit a Patre De- - *Pernotte* Miniſtro, quam vt faceret recognoſci fundum, in quo fuit hortus Monaſterij, quod factum eſt anno 1395.

Figuer. in Chron.

III. His ipſis diebus *Innocentius* Pontifex, zelo Catholicæ Religionis propagandæ, atque etiam reuerenti affectu in terram Sanctam ab Ethnicis recuperandam actus, per litteras inuitauit Chriſtianos Principes ad tam dignam ipſis expeditionem. Illam in primis amplexus eſt Rex Galliæ *Philippus*, ob imperiales dotes dictus a ſuis *Auguſtus*; & proinde collegit ingentem exercitum bellatorum cum apparatu, & impedimentis Martijs, adiectis quibuſcumque conducentibus, inter quæ merito numerauit Eccleſiaſticos, & quàm maximè Regulares, qui pugnaturis prædicarent, tum Eccleſiæ Sacramenta miniſtrarent; qui infirmos ſolarentur, ſanos corrigerent, & omnes confirmarent in propoſito ſacrum illum tractum eripiendi hoſtibus, vendicandi Chriſtianis. Hinc ille Pontifici ſupplex per litteras factus expectauit fore ſibi planè ſatisfactum. Nec falsò, *Innocentius* enim, ſimili preci oppidò addictus, & apud ſe cogitans propheticum illud *quem mittam, & quis ibit nobis?* viſus eſt ſibi, & quæſtioni reſpondiſſe per perſonas S. *Ioannis* à Matha, & ſuorum; vnde & ipſum patriarcham accerſiuit, & commendauit ipſi expeditionem iuuandam ſuâ ac ſuorum induſtriâ. Prætereà etiam edixit, vt omnes Sacræ militiæ adſcripti præferrent Crucem illorum, quâ formâ cęlo demiſſa eſt, propter Religioſos Equites militarium Ordinum, puta Templarios, S. Ioannis, et Teutonicos, qui propriâ vtebantur.

Iſay. 6. v. 8.

Sanctus autem Pater, *cum videret, quia res eſt pro anima*, lubens in ſe ſuiſque ſuſcepit illud oneris; Neque deſunt qui dicant eummet profectum cum cæteris qui

Machab. 12. v. 5.

in Paleſtinam; ſed oppoſitum maiori fide eſt dignum, cum quaſi conſtet, eum toto quadriennio, quo hoc bellum ſtetit, in Hiſpaniâ degiſſe, Sed quidquid hoc, illud certum eſt, quod eò deſtinauerit viros pietate, et ſcientijs inſignes, qui proinde egregiam operam nauarunt in illâ expeditione. Milites etiam omnes, ſingulique quos dixi, præferebant illorum crucem in ſtolis aut thoracibus ſuis. *Aegid. Gonſal. Petr. Lopez.*

Quidam ex authoribus huius temporibus hiſtoricorum, ſcribunt quod Patres Trinitarij, huius belli occaſione ædificauerint vnum ſui Ordinis Conuentum in Vrbe Hieroſolimitanâ, et prædicauerint fidem, vbi ipſe Dominus, atque eius Apoſtoli etiam animas profuderunt ad illam aſſerendam, glorioſo martyrio ſertati. Quanti emerem huius aſſerti veritatem? eam tamen optare magis quàm expectare poſſum. Debuerunt enim illi meminiſſe eius quod ipſimet cum alijs affirmant, nempe huius belli exitum non reſpondiſſe auſpicijs eius. Nam *Philippus* Rex neque Hieroſolymam intrauit, et multò minùs occupauit, vt poſſet ſuis eam diuidere, aut concedere habitandam; ſed diuertit ſe ad componendos inuicem Græcos ac Latinos, tunc inmanè diſcordes, vt ſcribunt *Paulus Aemilius*, et *Matthaus* Palmerius; neque vllus dictam ciuitatem recuperauit, ex quo *Saladinus* magnâ vi eripuit eam Chriſtianis anno 1187. Quinimò idem ſequenti anno 1188. proſequutus victoriam, adiecit ſibi opulentiſſimam vrbem Antiochiæ, & adhuc (aliam Pentapolim) alias quinque, itaut deuenerit abſolutus dominus Paleſtinæ. V.

Et quamuis Principes Chriſtiani magnis exercitibus inſtructi, pluries tentauerint eam eripere ipſi in primis Saladino, tum etiam hęredibus eius, ſed nunquam præpotuerunt, tum ob validam obſeſſorum reſiſtentiam, tùm vel maximè ob ſuas ipſorum diſcordias. Quo ſemel conſtituto, cuique liberum eſt cenſere, num Chriſtiani interim potuerint Hieroſolimis Eccleſiam & Conuentum Regularium fabricare? Fieri potuit vt aliqui ex PP. Trinitarijs, diſſimulato habitu Regulari, & quaſi perſonati, intrauerint Vrbem ad reuerenda Sanctuaria illius, ibique per aliquot dies degerint, quod fortè decepit Authores illos ſumentes hoſpitium pro Conuentu.

Maiori fide, etſi non prorſus indubitatâ, dignum eſt, quod alter eorum aſſerit *S. Ioannem* à Matha hoc anno multis fidelium oblationibus, & eleemoſynis diuitem, traieciſſe Tunnetum, (olim Carthaginem) ad vinctorum liberationem. Exiuit vrbe Roma XVI. Cal. Iunias iam labentis anni; appulit eò fœliciter, ibique magnis induſtriâ, æquè ac ſumptu exemit ergaſtulis centum quatuor Chriſtianos, quos ſecum quaſi triumpho quodam *Romam* duxit, oſtenſos interim haud dubiè interiectis vrbibus, magno exemplo pietatis. Romæ autem exceptus eſt publico applauſu, & feſtiuis vocibus ſpectatorum, opportunè intonantium illud exordium Pſalmi. *In conuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti ſumus ſicut conſolati.* VI. *Aegid. Gonſal. in Chró. fol. 22.* *Pſ. 125. v. 1.*

Quoad fabricas nouarum domuum, adhuc vnam habeo, quam huic anno adſcribam, eſtque illud *Caſtri noui* in Britanniâ inferiori ſupra mare, de quo qùm necdum plura acceperim, incipiet. VII.

A N N V S.

IESV CHRISTI D. N. 1205.	OCCID. VACAT.
INNOCENT. Pp. III. 8.	RELIG. SS. TRIN. 8.
BALDVINI IMP. ORIEN. 2.	INDICT. 8.

H BRE-

IESV CHRISTI | INNOC. Pp. III. | BALDVINI IMP. ORIEN.
1205. | 8. | 2.

BREVIARIVM.

1 *Luctuoſus obitus* Balduini *Imperatoris Conſtantinopolitani; Latinorum ſcelera in Oriente.*
2 *Sacra Reliquia à* Balduino *miſſa* Philippo *Regi Galliarum.*
3 *Plures Conuentus à* S. Ioanne *fundati, vnus à* S. Fælice.
4 *Conuentus de* Vernelio *in Neuſtria fundatur per* Heruæum *Pratum.*
5 *Priuilegium* Petri *Regis Aragonum Ordini SS. Trinitatis indultum.*
6 *Aliud ſimile* Gulielmi Nabad *& Coniugis.*
7 *Miniſter Auegnanen. cum Socijs, Palma Balearium redimunt 190. Chriſtianos.*

I. Millesimus ducenteſimus quintus, Indictione tertia, Latinis planè luctuoſus, & lacrymarum imbre deplorandus illuxit; nàm nouus Imperator Orientis *Balduinus*, qùm Adrianopolim, Vrbem Thraciæ copioſam, & Latinis rebellem obſediſſet, qùm *Calo-Ioannes* Bulgarorum Rex obſeſſis ſuppetias ferret; ille obuiam ei proceſſit cum ingentibus ſuorum, Scytarumque copijs aduentanti; dumque fugientes hoſtes animoſius inſequitur, in paratas ei inſidias incautè præcipitatus, captus, vinctuſque eſt, & in Myſiam abductus cum præclariſſimo Comite *Ludouico* Bleſſenſi; cæteri Conſtantinopolim fugerunt. Cui autem morti *Balduinum* fortuna reſeruauit, horret animus, fugit ſtylus referre. Quanquam aliud fatum non potuit expectari Latinis ab irato cælo, & Deo vindice tot ſcelerum, quæ illi in occupandâ Conſtantinopoli perpetrarunt, cædium, ſtruporum, ſacrilegiorum, expilatis ſacrarijs, corruptis virginibus, etiam Deo deuotis, matronis violatis, quæ ſanè ingens odium Latinorum Græcis indiderunt.

Sabellic. Ennead. 9. li. 6. Nicetas Gregoras apud Spond. hic num. 3.

II. Quoniam autem, *vnius corruptio eſt alterius generatio*, Græcorum Imperium iam ſecundò peſſundatum, alia minora peperit, *Trapeſunda* ad Pontum Euxinum, *Bruſſia* in Bithiniâ, *Theſſalonica* in Theſſaliâ, quibus paulò minùs additum eſt aliud ex diſcordiâ Armeni, & Tripolitani, quoq; vno illa ſibi vindicante.

Ariſt. lib. 1. de Gen. & Cor.

III. Quod læti, & ſacri habet hic annus eſt inuolucrum pretioſum ſacrarum reliquiarum à *Balduino* Auguſto, *Philippo* Galliæ Regi tranſmiſſum. Fuerunt autem illæ fruſtrum *S. Dominicæ* Crucis, pedis longitudine: De cappillis Chriſti pueri: De linteo, quo obuolutus fuit in præſepio: de indumento purpureo eiuſdem: Spina vna coronæ illius: Coſta vna & dens *Philippi* Apoſtoli, quæ omnia *Philippus* Rex manibus ſuis tradidit Abbati *S. Dioniſij*; in quam baſilicam ipſa omnia deindè ſunt ingenti pompâ translata.

Rigord. in hiſtor. Abbat. S. Dioniſ. l. 4. c. 9.

Quæ ego tam prolixè retuli, quia pauca habeo ex proprijs ſubdenda, ſed qualia-ſint-cumque, in illas primas habere debent, quæ à Sancto Patriarcha *Ioanne* ſunt præſtita. Is autem continuò cogitabundus de miſerorum ſubuentione, ſtatuit bonâ gratiâ Pontificis Româ exire in Hiſpanias profecturus, quod & præſtitit hoc anno 1205. circa Nonas Febr. cumque Maſſiliam appuliſſet, ibi vnum ſui Inſtituti cænobium extruxit, & aliud *Falcone*, in terra natiuitatis ſuæ, ſcripſitque ad Ceruum frigidum *S. Falici* Socio ſuo, vt inde ei tranſmitteret Religioſos aliquot, qui deberent in domibus illis degere. Fecit id omne *Felix*, proindè eò tranſiuerunt FF. *Elias de Oſuale*, qui Conuentum Toleti fundauit, *Stephanus Menelaus*, qui interfuit prælio Toloſano cum Fratre *Roderico de Penalua*, & Fratre *Iacobo*, qui fuit Miniſter Burgenſis. Peruenit autem Sanctus vir in Hiſpaniam xi. Cal. Ianuarij; cumque per regnúm Nauarræ pergeret, fundauit in *Ponte Regina* vnnm ſui Ordinis Cænobium, quod Prouincialium adiacentium pietas intra paucos annos pluribus beneficijs ditauit.

Poſt hòc *S. Ioannis*, proximè pro meritò ſuccedet aliud eiuſdem Ordinis cœ-

no-

nobium à *S. Fœlice* fundatum, dictum de *Stampis*, inter Lutetiam, & Aurelianum.

Alius item Conuentus eiuſdem Ordinis dictus de *Vernelio* in Normanniâ, ſeu Neuſtriâ, hoc eodem fundatus eſt per egregium virum D. *Heruaum* Pratum, ſed deindè bellorum iniurijs deſtructus.

Eodem anno decurrente *Petrus* II. Aragonum Rex, huic ſacro Ordinis SS. Trinitatis Captiuorum Redemptionis conceſſit priuilegium publicè eleemoſinas petendi, & admittendæ ad finem dictæ redemptionis. Ipſum hìc exhibeo, quippè ſuo loco, id eſt tempore.

Petrus Dei gratia Rex Aragonum, Comes Barchinonæ, & Dominus Montis Peſſulani, Dilectis fidelibus, Vicarijs, Baiulijs, Iuſticijs, Salamandrinis, alijſque vniuerſis, & ſingulis officialibus noſtris, vel eorum Locumtenentibus, necnon Conciliarijs, Iuratis Patrarijs, Conſulibus, & probis hominibus Ciuitatum, Villarum, locorum, & Regionum, præſentibus & futuris, ad quos præſentes peruenerint, ſalutem, & dilectionem.

Cum viſitare Captiuos, inter omnia opera non infimum obtineat gradum, quanto perfectius, laudabilius, Deoque gratius erit, eoſdem ex ſeruitute hæreditarij hoſtis, & ſæuitiâ barbaricâ, & ex præſenti periculo animæ, intollerabiles ærumnas non ferentis, redimere, eripere, præſeruare? Gauiſi itaque ſupra modum ſumus, audientes hoc iniquiſſimo, proh dolor! ſæculo, priſtinam charitatem, & Chriſtianam pietatem non dum penitus ex Ciuium animis exterminatam & extinctam, verùm illam in Ordinis Sanctæ Trinitatis & Captiuorum Fratribus, etiam in eorum cordibus reflorere, adeò vt, Diuina illud ipſum inſpirante gratia, nouum Ordinem probatiſſimorum hominum intrent, qui paſſim per Vrbes, animos fidelium ad commiſerationem flecterent, ad preces extimularent, ad eleemoſinas inuitarent, & hæc omnia à S. Sede Apoſtolicâ per Dominum Papam *Innocentium* Tertium diuinitùs ordinata. Nos quoque, viſa aliorum Principum Chriſtianorum pietate, & miſeriam Captiuorum animo perpendentes (quam per miſericordiam Dei, nunquam experientiâ didicimus) conſiderantes id factum æſtimaturum Deum, quod vni ex minimis ſuis factum fuerit. Itaque cum Viduâ pauperculâ in gazophilacium perpetuæ eleemoſynæ & pro ſalute animæ noſtræ & parentum noſtrorum inclyti recordij, concedimus Sanctæ & indiuiduæ Trinitati, & vobis Fratri *Gulielmo* de Vetula, Dei gratia miniſtro & ſeruo Auinganiæ Sanctæ Trinitatis domus, & Prouinciali Ordinis eiuſdem in Aragonia & Catalaunia, cæteriſque alijs fratribus Sanctæ Trinitatis, vt vobis ſit liberũ in omnibus Villis & locis Regni Aragonum, & terrarum noſtrarum, Dominijque Montis Peſulani, Populo Chriſtiano calamitates, & miſerias Pauperum Captiuorum Chriſtianorum exponere; tam per Nuncios veſtros, quàm per Procuratores colligere eleemoſynas, & habere Baclinos in omnibus Eccleſijs & locis ad dictas congregandum eleemoſynas pro redemptione Captiuorum. Nec vllus alius, cuiuſuis fuerit dignitatis, in perpetuum præſumat, nec audeat ſe titulo Redemptionis appellare, nec eleemoſynas petere, præterquam niſi ſint Fratres de Ordine Sanctæ Trinitatis. Et, ſi forſan temporis decurſu aliqua inſtitueretur piorum hominum Laicorum Congregatio pro redimendis Captiuis, & à Sede Apoſtolicâ approbaretur, minimè in noſtris dominijs, & Regno nullatenus eleemoſynas pro redemptione captiuorum poſſit quærere; Volumus, mandamus & ſtrictè præcipimus, hac noſtrâ chartâ, quod titulo Redemptionis Captiuorum priuetur. Ordinem veſtrum cum omnibus ſuis bonis ſub noſtræ protectionis clypeo recipimus. Si quis verò in ipſum Ordinem damna intulerit, MCCC. florenos auri noſtro ærario perſoluat. Datum *Oſcæ* ſeptimo Kalendas Ianuarij anno Domini milleſimo ducenteſimo quinto.

✝ Signum Petri Dei gratia Regis Aragoniæ, Comitis Barchinonę & Domini Montis Peſſulani.

Teſtes g de Claris Vallibus	Raymundus Allaman
Maranus de Caneto	Ego Ferreus Notarius D. Regis, eius
Petrus de Alcalam	mandato hanc chartam ſcripſi.

Non falſo cecinit vates,

--- Componitur Orbis
Regis ad exemplum;

Cl. Claudian. in Conſul. Honor. Enim verò ſimile quid præſtitit etiam priuatus quiſpiam *Gulielmus Nabad* atque ipſius vxor *Raymunda* Religioſis eiuſdem Ordinis, Conuentus Auignanenſis, nominatim P. *Petro* à Vetula, ad participandum meritum Redemptorum: Cuius Ego inſtrumentum, ad exemplum poſterorum, atque ipſius donatarij memoriam, hic ſubijcio.

Chirographum Gulielmi Nabad pro Redemptione Captiuorum, extractum Archiuio Conuentus Auinganienſis.

VI. IN Dei nomine; amen. Sit notum eunctis, quod Ego Gulielmus de Nabad, & vxor mea Raymunda, per Nos, omnes noſtros Succeſſores ſpontaneâ voluntate, & pro ſalute animarum noſtrarum, & parentum noſtrorum, & pro redemptione Captiuorum, Donamus & in perpetuum concedimus Domino Deo & Domui Sanctæ Trinitatis de Auingania & Captiuorum XIID. Cenſuales, quos annuatim in feſto Sancti Michaelis Septembris accipimus, in pleno iure accipere debemus, D. Guilia Eguera & ſucceſſoribus ſuis p.1. in Domo, quæ per nos & ſucceſſores noſtros Cenſualem in villa D. Cam. B. T. tenetque arbor affrontat in domibus Gulielmi Toloſani Amidiæ, in domibus de Sancto Martino Abocedon, in domibus Vingarij Eguer, ac etiam in vico. Retinemus autem in prædicta domo ad opus noſtri, meorum Dominium & fatigam, & quidquid ibi habere debemus, exceptas tamen XII. D. quos volumus & mediamus prædictæ Guiliæ, & ſucceſſoribus ſuis, vt cenſualiter ſic vt prædictũ eſt, ſingulis annis in prædicto termino domus prædictæ, & Fratribus, qui eam regent, perſoluant. Quod ego *Guliermus* de Vetula, Dei gratia Miniſter & ſeruus Auinganiæ Domus, cum conſilio & voluntate omniũ fratrum eiuſdem domus recipere, illum diem in quo ab hoc ſæculo deceſſeritis, annuatim celebrabimus anniuerſarium veſtrum. Recipio vos Guliermum prędictum, vxorem veſtram Raymundam in Confraternitatem, & in omnibus beneficijs domus prædictæ. Actum eſt hoc decimo quinto Calendas Aprilis anno Dominicæ incarnationis 1205.

✝ Signum Gulielmi de Nabad
✝ Signum Vxoris eius Raymundæ, qui hoc firmamus, & teſtibus firmari rogamus.
✝ Signum Stephani de Amadab
✝ Signum Petri Giraldi
✝ Signum Gulielmi de Amarmurto.

Itâ eſt, Ferrarius Subdiaconus ſcripſit.

VII. Horum ſubſidijs inſtructus F. *Gulielmus* de Vetula Miniſter Conuentus Auẽganenſis, aſſumpto ſocio Fratre *Dominico* de Cruſtano, Barcinone Maioricam nauigauit, vbi ex Ciuitate Palmæ Balearium captiuos Chriſtianos centum nonaginta liberauit, quos omnes incolumes Barcinonem fęliciter reduxit.

A N N V S.

IESV CHRISTI D. N. 1206. OCCIDENT.VACAT.
INNOCENT. Pp. III. 9. RELIG.SS.TRIN. 9.
HENRICI IMP.ORIEN. 1. INDICT. 9.

B R E V I A R I V M.

1 Balduino *Imperatori ſubſtituitur Cõſtantinopoli* Henricus *eiuſdem germanus frater.*
2 *Græci nihilominus alias Prouincias inter ſe partiti ſunt.*
3 *Fundatio Conuentus Angularia per Sanctum Ioannem opibus Berengarÿ Baronis.*
4 *Alia per eumdem Sanctum in Ciuitate* Daroca. *Miraculum Sacrarum syndonum, ſiue corporalium*
5 *Fundatur etiam domus de* Braya, *aut dotatur potius per Infantem Aragoniæ. Inſtrumentum donationis.*
6 *Alia redemptio tercentum quadraginta Captiuorum.*

HOc anno cauſa noſtrûm *Latinorum* cæpit conualeſcere; capto enim & paulo deinde extincto *Balduino* Biſantij Imperatore, qùm Rempublicam Græcam vno anno, & menſes quatuor acephali adminiſtraſſent; idque ob modeſtiam, quam maximè *Henrici*, qui frater germanus erat Balduini, tandem, ne quid grauius accideret, hoc anno XVI. Calend. Septembris ipſum *Henricum*, qui illam à fratris captiuitate egregiè adminiſtrauerat, Imperatorem elegerunt. Quod narrans *Nicetas*, ſummè extollit Latinorum iuſtitiam, & fidem, quod Imperium non ante cuiquam conferendum cenſuerunt, quam *Balduini* mortem exploratam haberent; qùm Græcis in vſu eſſet eodem momento, quo Imperatorem aliquem inaugurarent, etiam animis concipere eum qui inauguratum perimeret; Vnde factum eſt, vt illi apud alias gentes, parricidæ, viperæ, & traditores audirent. I.

Nicet. Spondan. hic n. 1. Bzo. n. 1.

Nihilo tamen minùs eorum plurimi ſuum olim Imperium inter ſe partiti ſunt; *Theodorus* Laſcaris Bithiniam, aliaſque prouincias Aſianas; *Alexius* Comnenus Colchidem; *Michael* Comnenus veterem Epyrum occuparunt. Summus autem omnium Imperator *Henricus*, cum audiſſet Scythas, & Blakos nouo exercitu Adrianopolim, quàm Latini obtinuerant, tentare, eò conuolans omnes fugauit; & poſt alia præclarè interim geſta, fratre fælicior Conſtantinopolim incolumis remeauit. II.

Quoad noſtra, primum quod præſenti anno occurrit, eſt fundatio domus Angulariæ à *S. Ioanne* Patriarchâ facta, munificentiâ, & pietate incolarum, & in primis nobilis Viri *Beringarÿ* ab Angulariâ. Hic enim (vnus ex nouem Baronibus Principatus Catalauniæ, quartus Dominus Villæ Angulariæ & Pulchri podii) & ſui, conſtruxerunt Xenodochiũ quoddam in honorem SS. Trinitatis, ac S. Ioannis Euangeliſtæ, quod deinde reſignarunt *S. Ioanni* à Matha, idque hoc anno; quam donationem *Innocentius III.* Pontifex ratam habuit, diplomate Romę expedito an. 1209. Cal. Iunij, & à nobis plenè producendo ſuo anno. Ipſe autem Eques Berengarius, cum ſuâ nobiliſſimâ coniuge Angleſiâ, ſæculo valedicens adſcribi voluit huic ſacro Ordini; Cuius etiam familiarium, aut Donatorum habitum vterque induit, quamuis ortus nobilitate excelſus; dicuntur enim ex eius ſtemmate originem trahere Comites de *Peralda*, & *Eril*. Inſtrumentum donationis adferam in loco, ab hinc octennio: Hic dumtaxat inſeram III.

Figuera fol. 584. Altun. 130. Gonzal. 29.

clau-

clauſulam vnam eius quæ huc ſpectat,eſtque iſta. *Confirmamus omnes donationes quas fecimus,& faciemus ad ipſum hoſpitale, quod conſtituimus in Angularia, in honorem indiuiduæ Sanctæ Trinitatis,pro redemptione animarum noſtrarum,& parentum noſtrorum, & pro augmentatione omnium bonorum.*

IV. Ad eundem annum ſpectat acquiſitio alterius Conuentus per eumdem Sanctum in Ciuitate *Daroca* Regni Aragonici,ad quod Ciues & Senatus vrbis conceſſerunt ei Xenodochiũ quoddam ibi ſitum,& *S. Marco* dicatum,cum omnibus prędijs & prouentibus illius, ſub Epiſcopo *Garſia* Frontonio, in cuius diœceſi locus proſtabat. Fuit autem Eccleſia illa inſignis miraculo corporalium ſacrorum, quæ illuc etiam miraculosè deuenerunt. Nam cum indictum eſſet ibi bellum inter Iacobum I. Aragon. & Mauros, ac committenda pugna, nonnulli ex pugnaturis, certi de periculo, incerti de exitu pugnæ, voluerunt ſaluti animarum ſuarum prouidere,præmittendo Sancta Sacramenta Pœnitentiæ, ac Eucharistiæ. Et primum quidem iam ſuſceperunt; ſecundum autem eum expectarent à Sacerdote (qui ipſis particulas panis ſiue hoſtiolas aliquot, numero pares, id eſt ſuas ſingulis conſecrauit), en ſubito ſignum pugnæ datum. Iſti,ne cauſæ deeſſent, protinus erexerunt ſe, ad caſtra profecti. Vnde factum eſt, vt Sacerdos ſpecies conſecratas corporali linteo inuolueret; & in illo tumultu, vix ſibi præſens, cuidam ſaxo ſupponeret, eruendas inde cum rediret. Sed enim ille à caſtris redux inuenit quod minimè expectauit, ſcilicet hoſtiolas illas,tàm tenaciter ſuo linteo affixas, vt nullâ vi potuerint auelli. Quod vbi percrebuit in Vrbe,omnes eò concurrerunt, Clerus in primis, qui ſupplicatione factâ ſacroſanctas ſpecies voluerunt ad Eccleſiam ipſis dignam deferre. Sed cum deinde plures ſibi illas vendicarent, ad componendas partes id denique ſtatuerunt, vt ſacra lypſana mulæ imponerentur, tanquam Arca teſtamenti, & illâ ad curſum concitatâ,collocarentur in eo templo,in quo mula procedens ſubſtitiſſet. Factum id omne,& mula continuo itu proceſſit vſque Eccleſiã quam loquimur *S. Marci*, quò cum appuliſſet,poplitibus flexis præbuit ſe exonerandam. Abſtulerunt ei Patres ſacram ſarcinam, & in deſtinato ſacello collocarunt,magna loci, & adiacentis populi celebritate. Eò enim magnis itineribus accedebant circumpoſiti fideles, & pietatem ſuam precibus, ac donarijs explicabant. Quod cum notaſſent Cathedralis Eccleſiæ Miniſtri, iudicarunt ſummum templum,eo honore, & pignore dignius eſſe, ac proinde illud eò tranſtulerunt. Sed ſanè immeritis (quippè qui viderunt cœlum ipſum ingenti prodigio aſſignaſſe eis aliud templum), & præterea incaſſum; nam ſacra lintea poſterâ die redierunt ad ſuum domicilium, & inuenta ſunt apud *S. Marcum*. Quod cum iterùm & tertiò feciſſent, ad iteratam toties violentiam Cleri illa aſe reuehentis, illi denique,immobiles à poſſeſſione miraculosè telæ,obſtrinxerunt ſe voto celebrandi ſolemne ſacrum illis, & tum denique illa ibidem quieuerunt.

Vide Altun. lib. 1. cap. 33.

V. Nec dum per omnia abſoluimus indicem Conuentuum. Nam monumenta ad me tranſmiſſa referunt hoc eodem anno fundatam eſſe domum huius Ordinis dictam de *Braya*: Sed Ego ex publico Inſtrumento deprehendi non eſſe tunc erectum conuentum vllum de nouo, ſed nouiter dotatum veterem illum *Maſſiliæ*. Quod enim hoc anno contigit, eſt donatio facta ab Infante Aragoniæ,Prouinciæ Marchione, germano Regis *Petri* II. qui dicto Conuentui *Maſſiliæ* dono dedit terminum de Braya pro captiuis redimendis. Ecce enim ipſum Principis teſcriptum.

Sub Chriſti nomine. Ego Aldephonſus Marchio Prouinciæ, attendens admirabilem vitam Religioſorum Sanctæ Trinitatis Maſſilianenſium in hoſpitalitate pauperum, & redemptione Captiuorum Chriſtianorum, dono Deo, & Vobis Miniſtro Amberto Maſſi-

Maſſilianenſi, veſtriſque ſucceſſoribus terminum integrum de Braya, *quæ eſt propè ipſam Ciuitatem ad redimendum Captiuos &c. Datis decimâ octauâ die Menſis Auguſti, Anno Incarnationis Dominicæ MCCVI.*

Signum † Aldephonſi Marchionis Prouinciæ.
Signum † Regis Petri Aragonenſium.
Signum † Gombaldi Epiſcopi.
Signum † Giraldi Rogerij.
Signum † Petri de Bechiis.
Signum † Arnoldi de Fleueco.
Signum † Petri Lambaldi.
Signum † Gulielmi Notarij Marchionis; qui iuſſu eius ſcripſit, & notauit.

Concordat cum ſuo Authographo, quod extat in Archiuio Epiſcopali *Maſſiliæ* ex quo hoc fideliter deſcriptum eſt ad litteram, per D. Antonium Zapata Notarium Apoſtolicum.

Deſino, dicendo parum abeſſe, quin hæc Sacra Religio numeret Redemptiones annis: iſto enim vigeſimo ſexto prodiuit quinta redemptio, qua FF. *Petrus* de Beteſa, & *Petrus* de Corbinis multorum per Catalauniam congeſtis eleemoſinis ex Algerii Ciuitate liberauit tercentum quadraginta captiuos, quos omnes in Aulam dicti Principis, & munifici benefactoris abduxerunt. *Tamay in Martirol. Figuer. folio 600.*

A N N V S.

IESV CHRISTI D. N. 1207. IMP. OCCID. VACAT.
INNOCENT. Pp. III. 10. RELIG. SS. TRINIT. 10.
HENR. IMP. ORIENT. 2. INDICT. 10.

B R E V I A R I V M.

1 *Electores Imperij inter ſe diuiſi circa* Othonem, *&* Philippum, *eligendos.* Innocentius *Pontifex laborat in reprimendis hæreticis Patarenis.*
2 S. Ioannes *Burgos accedit. Miraculum caueæ cuiuſdam propè Vrbem Burgenſem.*
3 S. Ioannes *exceptus honorificè ab Epiſcopo vrbis, & Clero, deducitur ad Regem, qui ei partem ſui palatij concedit.*
4 *Singularis pietas Religioſorum Conuentus Burgenſis, et liberalitas fidelium in illos. Inſtrumentum cuiuſdam donationis* Sancto Ioanni *facta. Miraculum imaginis Crucifixi ibidem.*
5 *Vaticinium à* S. Ioanne Petro *Regi editum, quomodo accipiendum?*
6 *Viri Principes, Conuentus Burgenſis alumni.*
7 *Agitur de hoſpitio S. P. Seraphici* Franciſci *apud PP. Trinitarios Burgis, et de accepto ab illis Eremitorio.*
8 S. Ioannes *migrat Burgis Toletum; ſed in priori Vrbe conuenitur ab Archiepiſcopo Toletano.*
9 *Loco ſui* S. Ioannes *concedit Archiepiſcopo alios Religioſos, vt* Toleti *fundent nouum Ordinis Conuentũ.*
10 *Conuentus Segouienſis Ordinis Trinitarij exordium; qui deinde in alium ſitum eſt commutatus.*
11 S. P. Ioannes *Valentiam procedit ad Captiuos liberando: ſed in primis Segouiam.*
12 *Redemptio centum et nouem Captiuorũ per PP. Trinitarios præſtita.*

PEnuria monumentorum Orientis reducit nos in Occidentem, cuius Imperium continuis cladibus cædebatur ex factionibus *Othonis*, & *Philippi*, tanquam *Cæſar*, & *Pompeius* ab Inferis ad Solem & cœlum remeaſſent. Germaniæ I.

Principes fortunam præeuntem, tanquam vmbra corpus ſequuti, nunc huic, nunc illi adhærebant. Quam ob culpam *Innocentius* Pontifex nominatim Colonienſem Electorem repræhendit; Treuirenſem autem, qui ad *Philippum* ſeceſſerat, nequidquam retinente cum Pontificio mandato, anathemate damnatum præcepit quâlibet Dominicâ die & feſto, ſolemniter populo denunciari diris illis deuotum, donec Philippo ſe ſubduceret.

Veſperg. in Chron. Lib. epiſtol. Innoc. ſuper negot. imp. ep. 79. Bzo. hic nu. I.

Habuit etiam quod ageret domi interim *Innocentius*, graſſabatur enim hiſce annis in nonnullis Italiæ partibus impura Patarenorum ſecta, ad quam extinguendam ipſe Pontifex cum Aula *Viterbium* ſe hoc anno contulit (eo quod Vrbem illi ſpurcitijs ſuis infecerunt) ne quis Rom. Eccleſiæ improperare poſſet, quòd in ſinu ſuo hæreſes foueret, quas in alienis partibus perſequebatur: Sed illi nequitiæ ſuæ conſcii, & Pontificiæ iræ impares, fugâ eum præuenerunt; nec tamen impunè, nam *Innocentius* omnes earum domos funditus dirui iuſſit, & ſolo æquari, ad infamiam eorum ſempiternam.

II. Quoad propria, in ſuperioribus iam dixi S. Patriarcham *Ioannem* in Hiſpanias deueniſſe, & tranſeuntem per regnum Nauarræ erexiſſe vnum cœnobium ſuis ad *Pontem Reginæ*. Ibat ergo ille Abraham pergens porrò, & ſuperatis temporum interuallis, ac difficultatibus viarum, Burgos acceſſit, in qua Vrbe *Alphonſus* Rex aulam tenebat. Priùs autem quam Vrbem ingrederetur, voluit ſe diſponere pro ſuo more præuiâ oratione ad D. Deum, vt dignaretur benedicere ei, & bene proſperare. Vt autem eam commodiùs funderet, captabat loca ſolitaria, & tumultibus concurrentium libera. Tum autem propè Vrbem illam fuit cauea quædam, ad vſum paſtorum, qui ibi greges ſuos colligebant. Illam ſubiuit Sanctus duobus Religioſis comitatus, qui omnes illic calidas & continuas orationes fundebant, vt quadantenus caueam illam profanam in inſigne templum conuerterint. Cum enim inde abſcederent vrbem ingreſſuri, reliquerunt ibi ardoris ſui argumenta. Quippè omnes lapilli quibus cauea illa conſtabat, exceperunt diuinitùs impreſſam ſibi formam Crucis, qualem Patres illi præferunt in ſuo ſcapulari. Neque verò id ſemel, aut ſimpliciter eſt factum, ſed ità ſolidè, ac inteſtinè vt lapilli illi, quantumuis minuti, quando in plures diuidebantur, ſingula ſegmenta eâdem crucis figurâ ſignata apparerent.

Gen. 12. 10.

Teſtantur portentum vicini accolæ quaquauerſum, qui ſæpè caueam illam accedunt, & inde aſportant lapillos cruce ſignatos, quibus deinde vtuntur ad morborum curam, atque exercitium pietatis. Teſtantur etiam externi, qui ſimili religione aſportant ſecum bonum eorum numerum, ad propria regreſſuri. Ex illis fuit Illuſtriſs. Carolus *Bonelli*, tunc Sedis Apoſtolicæ in Hiſpaniâ Nuncius, deinde Eminentiſs. S. R. E. Cardinalis, alijque viri dignitate præſtantes, qui omnes ex cumulo ſecum aduecto communicarunt partem proceribus Romanæ Curiæ; & in primis *Alexandro* Pp. VII.

Ipſi autem quoad materiã videntur ænei, quoad formã ouales, & in quolibet angulo gerunt altè impreſſam figuram Crucis, qualem præferunt PP. Trinitarij. Apud ipſos domi ſuæ cõſtans traditio eſt lapides illos fuiſſe ex nouali aut prædio quod *S. Ioanni* dono dedit quiſpiã ex addictis ei. Quæ autẽ fama Romæ ſparſa eſt, referebat, quod cùm D. Deus illius gratiam præſtitiſſet *S. Ioanni*, neque hic eam poterat tabulis vllis probare, ipſe Dominus Deus illius lapides conuertit in eiuſmodi metallum, omnes ſinguloſque Trinitarij Cruce ſignatos.

Neque verò deſinunt hic prodigia S. Crucis huius Ordinis, nam non deeſt, qui dicat, quod in monte *Brodeliâ* prouinciâ Prouinciæ in Gallia, penes Vrbem *Dignam*, vbi olim degerunt SS. Ordinis Patriarchæ *Ioannes*, & *Fælix*, ſed anterius Sanctiſſimus *Fiacrius* Hibernus, omnes ſingulique lapides formam crucis

ge-

gerunt, eáque cœleſtibus typis impreſſam, nam in toto illo territorio nulli lapides videntur ea forma ſignati.

Sed enim par eſt nos pedem referre Burgos, vnde paululum abſceſſimus. Ibi autem eum innotuiſſet tam celebre portentum, Vrbis Epiſcopus nomine *Garſias* cum pleno Clero, Nobilibus, & Plebe proceſſerunt excepturi Sanctum Patrem ac ſuos, quos etiam introduxerunt in Aulam ad Regem. Tum verò S. Pater obtulit ſuæ Maieſtati literas *Innocentij* Pontificis, quas ille magna religione accepit, magni æſtimans ſui memoriam, quam videbat penes Pontificem manere; nec minoris Ordinem illum nouellum, quem deprehendit ei apprimè commendatum, & ipſe æquare volens, continuò aſſignauit Patribus partem ſui palatii in qua poſſent ſtruere ſibi Cœnobium.

Illi ergo accepto fundo cœperunt fabricam, & prouexerunt ea magnificentia, III.
vt ibidem deinde, in eius Eccleſia, & Sacello S. Martini, ſemel ſecundò, & tertiò celebrata ſint Regni Comitia. Et intra ipſam Religionem eo honore gaudet, vt qui ei electione legitima aſſignatur localis Miniſter, eo ipſo fit omnium totius Hiſpaniæ Prouincialis, in eoque Patres totius ad capitula conueniebant.

Sed, quòd ſummè locum hunc extollit eſt ſanctitas, & regularis obſeruantia ſuorum, ita externis nota, vt Pater quiſpiam Carthuſiæ, vulgò dictæ *Miraflores*, cum vellet ſuos ad perfectionem monaſticam excitare, propoſuerit illis in exemplum huius Cœnobij Religioſos. Quid (ad ſuos inquiens) magni facimus (Patres) ſi nos his ſeptis continemus incluſos? Si obſeruamus Inſtituti noſtri leges, & in primis perpetum hoc ſilentium, quando id ipſum Sancti illi Patres Religioſiſſimi Conuentus Burgenſis Ordinis Sanctiſſimę Trinitatis præſtant, qui tamen ad hoc non æquè obligantur?

Adhuc tamen argumentum huius magis demonſtratiuum eſt, quod hic ſubdo, IV.
& ibi ſæpè euenit. Cum enim quipiam ex domeſticis Religioſis ibi mortem oppeterent, & alij viui caueas ſepulchrales aperirent vt eò cadauera inferrent, deprehenderunt eorum qui olim illuc illati fuerant corpora, adhùc integra & ſana, vt proinde debuerint plures cryptas vni ſepeliendo circuire? Ne miremur nobilium aliquot profuſam liberalitatem in dictum locum, & donationes mobilium, ac immobilium bonorum. Vnam ſolam proferam, quæ fuit Domina *Catharina*, & conceſſit in ſolidum S. P. *Ioanni* à Matha hæreditatem copioſam cuiuſdam *Petri Nigri*. Quam conceſſionem ſua authoritate ratam voluerunt Sereniſſimus Alphonſus Caſtellæ Rex, & alij Eccleſiaſtici eiuſdem Prouinciæ primarii; ecce ipſū

INSTRVMENTVM DONATIONIS FACTAE *S. Ioanni à Matha à D. Catalana.*

IN nomine ſanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris videlicet, Filij, & Spiritus Sancti Amen. Qui in æterna beatitudine partem aliquam, & ſocietatem habere deſiderat, non eſt mirum ſi de bonis quæ poſſidet, in præſenti partem offerat pauperibus, & Chriſti miniſtris. Notum igitur ſit omnibus tàm pręſentibus quàm futuris, quod D. *Catalana* pro remedio animæ ſuę, & pareutum ſuorum, liberè, & abſolutè dedit in Atienҫa, ante præſentiam Ildefonſi Dei gratia Regis Caſtellæ, & Toleti, Omnipotenti Deo, & Ordini Sanctæ Trinitatis, & Captiuorum, & Vobis Fratri *Ioanni* primo Miniſtro dicti Ordinis Sanctæ Trinitatis, & ſucceſſoribus veſtris, omnia quæ habebat, vel habere debebat apud *Gormizis*, & Monaſterio, & *Rubialeis*, & Palatio de *Benagel*, & in omnibus locis, & Villis, quę ſunt in terra de Burgis, & in Lara, & hoc totum cum pertinentiis ſuis. Cum itaque talia à Regibus & Principibus terrarum debeant commendari, & illibata conſeruari, idcirco Ego præfatus *Aldephonſus* Dei gratia Rex Caſtellæ, & Toleti vnà cùm Vxore

mea *Aliogor* Regina, & cum filijs meis Ferdinando, & Henrico, iam dictę Dominę Catalanæ piam et deuotam voluntatem attendens, confirmo, et ſigilli mei auctoritate, et eius donationem corroboro, et eam omni tempore pactam, et ſtabilem permanere præcipio. Similiter concedo dicto Ordini Sanctiſſimę Trinitatis, et Vobis Fratri *Ioanni* prædicto, et ſucceſſoribus veſtris perenniter habendam illam hæreditatem, quæ fuit *Petri* Nigri, quam emit *Donatus* Guillermi de Guillermo de Perres, et dedit vobis. Si quis verò hanc chartā infringere, vel diminuere præſumpſerit, iram Dei omnipotentis plenariè incurrat, et cum Iuda Domini proditore ſupplicijs infernalibus ſubiaceat. Et inſuper regiæ parti mille aureos in cauto perſoluat, et damnum ſuper hoc illatum reſtituat duplicatū. Facta charta apud Atientiam, Aera milleſima ducenteſima quadrageſima quinta, decima quarta die menſis Martij. Et ego ſæpè dictus Aldefonſus regnans in Caſtella et Toleto hanc cartam, quam fieri iuſſi, manu propria roboro, et confirmo.

† Martinus Toletanæ Sedis Archiepiſc. Hiſpaniarum primas, confirmat.
† Rodericus Seguntinus Epiſcopus, confirmat.
† Aldericus Pallantinus Epiſcopus, confirmat.
† Didacus Oxomens: Epiſcopus, confirmat.
† Gundiſaluus Segouienſis Epiſcopus, confirmat.
† Garzias Burgenſis Epiſcopus, confirmat.
† Petrus Abulenſis Epiſcopus, confirmat.
† Iulianus Conchenſis Epiſcopus, confirmat.
† Ioannes Calaguritanus Epiſcopus, confirmat.
† Britius Placentiæ Epiſcopus, confirmat.

Albarus Noñi confirmat. Rodericus Diaz, confirmat. Gometius Petri, confirmat. Nuncius Petri, confirmat. Ferdinandus Aluarez, confirmat. Rodericus Roderici confirmat, Ferdinandus Garzia confirmat. Guillielmus Conçalui confirmat. Garſias Roderici Commerinus Regis in Caſtella, confirmat. Gonſaluus Roderici Merinus, Maiordomus Curiæ Regis, confirmat. Didacus Lupi de Faro, Alferez Regis, confirmat. Aldefonſi Regis Caſtellæ ſignum. Dominicus Domini Regis Notarius. Abbas Valle-ſoleti, Didaco Garzia exiſtente Cancellario. ſcribi fecit.

At enim tam celebris ędes ceſſit iniuriis temporum, et violentiæ bellorum, quas nemo expectaret. Frater in fratrem armatus vſus eſt huius loci ruinis ad hoſtem feriendum. Caſtellæ ſceptrum iam tunc tenebat Rex *Alphonſus*, quod ei eripere conatus eſt *Henricus* eiuſdem germanus: in quo ſi ille culpam, Trinitarij pœnam tulerunt. Cum enim Eccleſia in ſitu eminenti penes Vrbem eſſet, quiſquis eam ſibi aſſereret, poterat etiam Vrbis poſſeſſionem ſperare. Itaque Henricus Infans iuſſit Eccleſiam dirui: Quod dum fieret, in Sacello S. *Mariæ* Magdalenæ, ſaxum immane labens iconi Chriſti Crucifixi, quæ ibi proſtabat, impetu in nares impegit, & continuò inde, tanquam ex viua ac ſpirante carne, guttæ ſanguinis manarunt (imò riui) ex quibus multę adhęſerunt mappæ altaris, in qua etiam hodie viſuntur. Vna autem pendula, et iam iam caſura adhęſit ipſi nari, roſea illa ad oblectamentum ſimul et ſtuporem, vſque hodie videnda.

Percrebuit in Vrbe tàm nobile prodigium, quod quaſi claſſicum quoddam inuitauit ciues, conuocauit externos ad ſpectaculum reuerentiā ſimul et admiratione dignum. Nam ex omnibus Hiſpanię Prouinciis, imò etiam illis Italię, et Gallię, certatim eò concurrebant firmi et infirmi, fœlices et oppreſſi, redimendis votis, offerendis donariis occupati. Ipſumque Sacellum deinceps Patribus pro templo fuit, mole minus priori, at cęleſtibus donis ditius ac maius. Ibique quotannis fit publica ſupplicatio, tanquā caſtrorum acies ordinata ad ſuperſtites guttas.

Sed

Sed vt ad Sanctum regrediamur,cùm ille ſua Burgis expediuiſſet,abiturus in- V.
de ſtatuit Regem accedere , &,ſignificata gratitudine ſua, diſcedendi facultatem
captare.Quod cum faceret Rex ad eum verſus : *Ora (inquit) mi Pater Deum pro
me, pro meis prolibus, et pro expellendis Mauris meo regno,nam totum ferè occupant.*
Sanctus autem ſubdidit,modeſtè admodum.*Sciat veſtra Celſitudo,quod quadrien-
nio ab hinc inſignem victoriam de Mauris reportabis*. Quod Sancti Viri vaticinium
vt tunc ſolidè intelligatur impletum , oportet incipere numerum annorum à ſe-
quenti prophetiam ; nam ſi ipſe idem annus numeretur,victoria eſt habita quin-
quennio deinde ; parta eſt enim anno 1212. cum idem *Alphonſus* Rex celebrem
illam pugnam,dictam de *Nauas* Toloſanis,vertit in victoriam . Adhuc etiam Re-
ligioſus ille Rex orauit humaniter eumdem Sanctum Patrem,dignaretur benedi-
ctionem ſuam impertiri duobus filijs ſuis *Ferdinando* (quem vocabant Sanctum)
& *Henrico* ; quod etiam vir Sanctus dicendo fecit, & ad *Ferdinandum* verſus. *Tu
fili (inquit) paulò poſt patris tui mortem hereditate regni coronam accipies, et obtine-
bis inſignem victoriam de Mauris ; ſiquidem eripies illis Vrbem vnam ad Occiden-
tem Hiſpania.* Quod etiam ad amuſſim euenit, quia nimirùm Princeps ille Hiſpa-
lim adquiſiuit anno 1248.die 10.Cal.Decembris,poſt quadraginta annos à facto
vaticinio.Et proindè Rex Ferdinandus, cùm expugnatam Vrbem triumphans in-
grederetur,haberetque ſecum plures ex his Patribus ; verſus ad P. Gulielmum à
S.Petro,Miniſtrum conuentus Burgenſis; *Ecce mi Pater(inquit)hodie impletum eſt
vaticinium, quod olim de me prædixit S.Ioannes de Matha,veſtri Ordinis fundator.*

Feſtinat calamus ad regificum cœnobium Toleti,quod proximè ſubibo ſi inte- VI.
rim Lectori propinem,quæ ſuperſunt notanda de Burgenſi,quàm fuerit cœlo cō-
mendatum & Superis ; quippè quod illi reddiderunt ſeminarium quoddam viro-
rum ſanctitate,litteris,etiam dignitate inſignium . Inde ſiquidem progreſſu tem-
poris prodierunt Magiſtri,Procuratores,Miniſtri,Prouinciales, Epiſcopi,Archie-
piſcopi,Prædicatores,Redemptores, Martyres, qui ad exemplum Chriſti D. ani-
mas ſuas pro redimendis fratribus poſuerunt. Ex illis fuerunt Frater *Gaſpar* de
Artadillo,ſagittis transfixus apud Sabdas (vulgò Argil) propterea quod Mauris
Euangelium prædicaret,& confirmaret in ſua fide Chriſtianos.Frater *Ioannes* de
Palatio;ibidem ob eandem cauſam morte , & martyrio affectus . Frater *Antonius*
Truxillo,Conſtantinopoli ferro punctìm cæſus ad annum 1413. atque alij plures,
quorum recenſus texeret indicem ſat prolixum.Sufficit vnum hoc addidiſſe,quod
ex quo ceptus eſt vſque ad annum 1647. ab infidelibus redemit fidelium centum
viginti quatuor millia & prætereà octingentos,quorum omnium nomina pro ma-
iori rei credibilitate deſcripta ſeruantur in authenticis indicibus , & Archiuijs
eiuſdem Conuentus.

Neque verò iſta domus habuit probam & doctam prolem duntaxat, ſed etiam VII.
Regalem,ſiuè Regum filios in alumnos ſuos,qui ipſum ſuo ſanguine nobilitarunt.
Ex illis fuit D.*Fredericus* filius Ferdinandi Regis cognomento Sancti, & Reginæ
Beatricis,cui Pater fuit *Fredericus* Imperator,& obijt ac ſepulchrum ſubijt in ha-
bitu Religioſo huius Ordinis,atque alij alijque ſimiles,vt conſtat ex eorum Epita-
phijs in Sacello Crucifixi,atque in Clauſtro eiuſdem Conuentus deſcriptis.

Neque verò fas eſt à me tacito interim diſſimulari , quòd Patres iſti pro ſua
humanitate numerant inter ſumma loci ornamenta,hoſpitium S. P. N. Seraphici
Franciſci ibidem , & præterea donatam illi à Patre tunc loci Miniſtro eremitoriū
S.Michaelis,quod eorum Conuentus extra muros Burgenſes poſſidebat . Itaque
aluerunt noſtros aliquandiù apud ſe, & adhuc iuuerunt ad fabricam Conuentus
promouendam. Cui gratiæ noſtri vt pari gratitudine reſponderent, quotannis fiſ-
cellam fluuialium piſciculorum Patribus Trinitarijs, tanquam vectigal aut cen-

ſum pendere ſunt ſoliti, planè ſicut Abbati Montis *Subaſij* apud Aſſiſium, pro conceſſa illis ædicula S. *Mariæ* Angelorum.

Mallea fo. 163. Gonz. Auil. f. 25. Altun. li. 1. cap. 32. Atque hæc Ego ex authoribus, partim huius Ordinis, partim externi, vtroque ſua fide digno, eò magis quod primus ille promittat ſe prolaturum publicum Inſtrumentum conuentionis factæ inter partes; hoc eſt vtramque Religionem de fundi conceſſione noſtris fratribus à Patribus Trinitarijs. Et alter aſſerat fidenter inueniri iſtud Inſtrumentum in dicto Conuentu PP. Trinitariorum. Denique primus ille pro ſe profert non ſolùm ſui Ordinis *Altunam*, ſed & noſtri *Gonzagam*.

Zach. 8. v. 19. Quia tamen ſcriptum eſt: *Pacem & veritatem diligite*, Ego idem qui ſummè ambio, & huius Sacroſancti Ordinis honores, & noſtri cum ipſo nexum, ne errare contingeret domi meæ, (cùm etiam fœmina illa Prouerbiorum, *conſiderauerit ſemitas domus ſuæ*;) *Cap. 30. v. 16.* conſului annalium noſtrorum authores, & in vno fateor me aliquid huius recenſus legiſſe, totum in nullo. Quod qui mirari volet, & obijcere aſſertoribus eius, redeat tantùm ad à me dicta in ſuperioribus de Conuentu huius *Ann. 1201. num. 7.* Ordinis *Ilerdenſi*, in quo ſimilis difficultas eſt à me ſuperata. Illud tantùm formidinem mihi facit in credendo, quod non legam apud noſtros nomen PP. Trinitariorum, ſed ipſimet illorum hiſtorici à ſe inuicem longùm diſcrepant in relatione fœderis icti à partibus. Vnus ait (quod ego ſupra) pactum eſſe vt Franciſcani penderent fiſcellã piſcium: Alter, vt quotannis primâ & vltimâ die Octobris celebrarent duo Sacra Defunctorum anniuerſaria pro animabus fidelium, qui in carceribus apud infideles morerentur. Sed (vt alibi dixi) ſubſtantia rei geſtæ eſt ſalua, dummodò parerga aliqua corrigantur.

VIII. Et quoniam hactenùs ſemper (& ſatis) *Burgis* degimus, iam denique gradum aliò faciamus, ad Imperialem Vrbem Toleti, etſi ægrè; nam & S. Pater *Ioannes* ægrè permiſſus eſt à Rege eò migrare. Non falsò aliquis inquit, virtutem magnetem eſſe; ita ſibi applicat corda tametſi ferrea, quantò magis aurea, illa Regum ſcilicet? Atque hinc S. P. *Ioannes* tàm intimè commendatus fuit Alphonſo Regi, vt eum in ſua Aula tenuerit; niſi veriùs dixerim quod habuerit aulam ſuam in Conuentu; tàm frequenter, tàm familiariter cum eo agebat, & nolebat ab eo diuidi, vt cum aliàs deberet migrare in Vrbem Atienſem, renuerit eum relinquere Burgis. Et tamen non deerant, qui ſecus de Sancto ſentirent, inuidentes ei Regis gratiam, quam cupiebant ad ſe transferri. Sed ſanè parum illi debebant operæ adhibere, vt *Ioannem* aula excluderent, quam ipſemet fugiebat.

Cum igitur beatus Vir totus abſorptus eſſet à Dei amoribus, & proximorum obſequijs, in primis captiuorum, quos proximè ſe habebat Valentiæ, & Granatæ, non poterat quietem aliò captare, quam perpetuâ cogitatione illis ſubueniendi. Hinc ille valenter orabat, & orationi lachrymas miſcebat, vt Dominus Deus illi prouideret vnde illorum calamitates ſubleuaret; Et factum, eâ occaſione quam iam recenſebo.

Inter alios Magnates, qui Burgos ad Regiam aulam venerunt acturi de ſuis rebus cum Rege Alphonſo, fuit *Martinus Lopez* de Piſuerga Archiepiſcopus Toletanus, qui etiam illo interuallo temporis, quo ibi degit, acquiſiuit notitiam, etiam familiaritatem aliquam cum nouis Religioſis atque eorum Authore. Intellexit eorum Inſtitutum de captiuis redimendis, eoſque ſuis prouincijs, ac domicilijs reddendi, ne quid dicam de beneficijs, quæ aliis Chriſtianis adhuc liberis, ad animarum ſalutem præſtabant. Vndè concepit in eos affectum, & inuidit Burgis vſuram eorum, ac denique voluit, quà poſſet, illos apud ſe *Toleti* habere, vt eorum operâ ad plebis ſuæ profectum vteretur. Eâdem autem tempeſtate Burgo Toletum acceſſit eiuſdem Præſulis aulæ profectus *Garſias*, Eccleſiæ S. Saluatoris Beneficiarius, Vir inſignis, cui deinde Archiepiſcopus contulit eiuſdem Ec-

cleſiæ Archidiaconatum. Et quoniam Rex hærebat interim apud Patres Trinitarios, Oblata eſt iſti occaſio agendi cum Patribus, penetrandi eorum conſilia, & inſtitutum. Vnde etiam factum eſt, vt idem ille, Deo illum mouente, egerit cum Archiepiſcopo de ipſis ducendis Toletum. Iſte autem lubens audiuit dicentem, neque ſolùm conceſſit, quæ alter expectabat, verùm etiam obtulit ſuam operam, & facultates ad ipſa. Cumque ambo in idem conueniſſent, alloquuti ſunt ſuper toto illo Sanctum fundatorem. Qui ſtatim agnouit Dei prouidentiam ſecretè omnia molientem. Nam & ipſe optauit id ipſum, nempè erigenda ſuis domicilia Toleti, & Segouiæ, eo quod eſſent ambo Vrbes opulentæ, & mercimonijs nobiles, vnde & ipſe ſperabat ex illis collecturum ſe eleemoſynas ſat pingues ad multiplicandas redemptiones, propter quod admiſit auidus, & cum gratitudinis ſenſu, oblatū.

Vna tantùm ſuperfuit difficultas ſuperanda; ſcilicet illa Sereniſſimi Regis, qui ægrè Sanctum à ſe dimitteret Toletum, quod meritò timebant; nam ille non potuit adduci vt eum perderet, quin voluit ſemper penès ſe retinere. Sanctus autem *Ioannes* videns, & dolens ſe illâ aureâ catenâ vinctum, quam difficilius ferro tolerabat, conuenit cum alijs duobus in hoc quod cum D. Garſia aliqui ex fratribus, ac filijs eius Toletum concederent ad erigendum ibi Conuentum; iſtos autem Vir Sanctus voluit eſſe FF. *Eliam* de Oualle, qui cum ipſo venerat ex *Ceruo-Frigido*, virum grauem, & cum ipſo adhuc alios duos: Ipſe autem inſtitit apud Regem, vt ſignaret eis ſitum ſtruendæ fabricæ, adderetque literas ſuas ad Ciues Toletanos, vt eum in ea erigenda iuuarent. Annuit *Alphonſus*, & authentico reſcripto indulſit illis Xenodochium S. *Aegidij*, & eiuſdem Eccleſiam, in ipſo Vmbelico Vrbis. Propter quod quidam aſſerunt Alphonſum Regem fuiſſe Conuentus fundatorem, cum verè fuerit Garſias Archidecanus. IX.

Plurima dici poſſent de hoc illuſtri cœnobio, quippè vno ex magis inſignibus, magiſque frequentatis totius Toleti, ob pietatem, & eruditionem incolarum, atq; etiam eorum authoritatem, & induſtriam, quam cum Ciuibus exercent, excitando in illis ſpiritum, promouendo vſum Sacramentorum, & vel maximè miſericordiā in pauperes, per quandam Congregationem dictam de *Aue Maria*, in quā adſcripti ſunt nobiliſſimi & præſtantiſſimi ciues. Ipſe autem Conuentus ſtatim ab ouo oſtendere cœpit Orbi ex domeſticis ſuis viros, qui ſuā eruditione illuſtrarunt potiores cathedras Academiarum Hiſpaniæ; qui ſui Ordinis officia & Eccleſiarū infulas geſſerunt. Miniſtri, ſiue locales Prælati huius auguſti conuentus eo ipſo ſunt Iudices, & Apoſtolici Conſeruatores Archiepiſcopatus, & Capituli Toletani, iam à trecentis annis, & ampliùs, vltra alia priuilegia, quæ in loco opportunè afferentur.

X. *S. Ioannes* magno gaudio, (nec enim aliud ab eo potuit expectari,) exultauit ad Toletani Conuentus prouectionem, egitque Numini, quas potuit gratias pro gratiâ interim acceptâ. Atque vt magnis Ducibus vna victoria eſt alterius ſeminarium, ita ipſe ex vna fabrica cœpit alteram ominari, egitque protinus de domicilio ſuis *Segouiæ* erigendo, in primis cum Domino Deo, qui egregiam occaſionem ei prouidit ad aſſequendum quod optabat. Enimuerò illius Vrbis Epiſcopus *Gonſaluus* de Guttierez Muñoz iam tunc venit Burgos, ob quædam negotia magni ponderis, quæ deberet tractare cum Rege, qui quia plerumque degebat in Conuentu fratrum, proindè Epiſcopus incidit ſæpè in occaſiones explorandi, etiam addiſcendi conditiones ipſorum fratrum; tam dignum Religioſis vitæ ductum, & nunquam ſatis laudatum Inſtitutum liberandi miſeros ſeruitute. Vnde & ille cœpit incaleſcere ipſorum amore, atque etiam ſpe; decreuit enim, quà poſſet, eos ſuæ Vrbi inducere. Quare communicato conſilio cum *S. Ioanne*, conuenit inter ambos vt à Rege procurarent in primis ipſius placitum, tum etiam commen-

datitias epiſtolas ad Ciuitatem. Factum id omne, & Epiſcopus litteris Regijs ſuas addidit ad Capitulum & Diœceſim, non modò commendans religioſos SS. Trinitatis, vt exciperentur vbicumque appuliſſent, ſed etiam impertiens indulgentias omnibus, qui eos hoſpitio collegiſſent, & iuuiſſent ad fabricam promouendã, ſiue pecunijs, ſiue induſtria, aut quocumque demùm modo.

Cum iſtis litteris vir Sanctus deſtinauit quatuor ex ſuis (ac non tantùm tres, vt quiſpiam contendit) Fratrem *Stephanum* Menelaum, *Rodericum* de Penulua, Fratrem *Gulielmum* Scotum, & Fratrem *Ioannem* Henricum; ita enim refert numerum, & nomina author hiſtoriæ Segouienſis. Omnes autem excepti ſunt magno plauſu Vrbis, & acceperunt ſitum cœnobij ſtruendi extra Ciuitatem; non longè ab inſigni Eremitorio, in quo colitur imago quædam B. *Mariæ* Virginis dicta de la *Fonſcilla*, miraculorum copiâ illuſtris. Ibi illi conuentum ædificarunt, & prętereà ædem vnam ad excipiendos, & curandos peregrinos, vt tunc illis in more erat, ibique vixerunt magnâ vitæ puritate, & animarum lucro vſque annum 1586. quo illorum nepotes, qui ibidem eis ſucceſſerant, migrarunt ad locum, quo nunc degunt, quippè magis commodum ad ipſorum munia exercenda. Magnos progreſſus fecit iſte Conuentus, & graſſante peſtilentiâ exhibuit viſcera ſuæ charitatis, ſubueniendo infectis tam in ijs quæ corporum, quàm quæ animarum ſalutem procurabant, idque ita ſtrenuè, & ſeriò, vt ex ipſiſmet Patribus plures ibi vitam poſuerint glorioſè defuncti.

XI. Non facilè chartis committam, aut legenti perſuadebo, quanta animi lætitia, iſta intellexerit S. Patriarcha *Ioannes*, qui deinde meditabundus, & in primis re cum Domino Deo per precum inſtantiam collatâ, ſtatuit Regem accedere, & ab eo poſtulare facultatem Valentiam concedendi ad liberandos fideles, qui ibi in Maurorum vinculis deſidebant. Rex autem, aliàs Religioſus, cum videret cauſam tanta pietate nixam, non eſt auſus ſe ei opponere, adeoque indulſit petenti iter, etſi ægrè. Exiuit ergo Burgis, & in primis Segouiam ſubiuit, acturus Ciuibus immortales gratias pro accepto domicilio, atque ipſam domum compoſiturus. Ad quod præſtandum aſſignauit ei Miniſtrum Fratrem *Ioannem* Henricum, & ipſe in Aragoniam conceſſit.

XII. Denique hoc eodem anno ab ijſdem PP. præſtita eſt ſexta Redemptio Captiuorum, ad quam peragendam lecti ſunt Fratres *Bernardus* de Sarriano, & *Thomas* Ilerdenſis, qui ex Vrbe Valentiæ Aeditanorum redemerunt centum, & nouem vinctos, quos omnes Maurorum ergaſtulis ereptos Ilerdam introduxerunt à ciuibus magno plauſu exceptos, vt conſtat ex M.S. Conuentus Auinganienſis.

A N N V S

CHRISTI DOM. N. 1208.	IMP. OCC. VACAT.
INNOC. Pp. III. 11.	RELIG. SS. TRIN. 11.
HENR. IMP. ORIEN. 3.	INDICT. 11.

B R E V I A R I V M.

1 Innocentij *Pontificis authoritas: Cædes* Philippi *Sueci.*

2 *Erigitur SS. Trinitatis Ordini Conuentus Turolenſis.*

3 *Item alij duo, Barzenenſis, & Olmocenſis, etiam Inter-Eccleſienſis.*

4 *Dolenda iactura horum conuentuum, atque etiam monumentorum architecturæ, fundatorum &c.*

5 *A Patribus huius Sacri Ordinis perfecta Valentiæ redemptio nonaginta quatuor Captiuorum.*

Hoc

HOC anno apparuit Romani Pontificis maieſtas, *cuius terreſtre iudicium, præiudicata authoritas ſit in cælo,vt* habet *Hilarius*. Cum enim *Othonem* Saxonem *Innocentius* voluiſſet Imperatorem,ac diplomate ſanxiſſet; & nihilominùs Germani Proceres *Philippo* Sueco fauerent,Dei æquitas permiſit *Philippum* è medio tolli,& cum ipſo ambiguum duûm Auguſtorum. Siquidem ille dum expectat reditum Legatorum ad Pontificem ſuperiori anno miſſorum, pro confirmatione ſui Imperij,& conditionum cum *Othone* initarum, 10. Calen. Iul. Bambergæ poſt venarum vtriuſque brachij ſectionem,in lecto quieſcens, proditione occiſus eſt, ab *Othone* Palatino Vvilelſpach, poſt decennij circiter annorum contentiones. Cauſam cædis,hoc eſt odij huius *Othonis* in *Philippum* varij variam aſſignant: Credibile eſt,ex parte ſaltem,fuiſſe repudium quoddam ab hoc illi factum, dum negauit ei filiam ſuam,quam antea illi deſponſauit: neque defuerunt aliæ plurimo grauiores,quibus alter in ſe cœlum prouocauit. Sed ſi his adſcribamus cædem à Deo permiſſam,cogemur quærere alium huius *Othonis* percuſſorem, quippè qui fuerit iniuſti homicidij,perfidiæ,& crudelitatis reus,& quidem palam, vt tradunt hiſtorici aliquot in præſenti. Eodemque anno *Innocentius Raymundum* Comitem Toloſanum, ob ſuſtentas partes Albigenſium hæreticorum,diris deuouit, & ſubditos abſoluit à præſtito ei Sacramento fidelitatis. Quibus territus Comes reſipuit,vt ſequenti anno referemus. I. *Comment. in Matt.c.16.*

In præſenti autem,notâ & lectu dignum eſt,quod *Conradus* Frederici I.Imperatoris quarto-genitus, qui per id tempus Ducatum Spoletanum,Interamn.& Nahurtium Eccleſiæ per vim eripuit, *Innocentij* fulmine,ſiue ex communione quatefactus,vtrumque Eccleſiæ reſtituit.

Ex noſtris hunc annum,iuxta quoſdam contingit,erectio Conuentus Turolenſis, vulgò de *Teruel*, quod ideò dico, quia non deeſt qui eius initijs annū 1210. aſſignet.Quidquid illud, fabrica cœnobij cœpit ſub *D. Petro II.* Rege, (qui ob præclara facinora titulum Catholici accepit,) & prouecta eſt magnis incrementis per fidelium eleemoſinas, ac oblationes, quam maximè autem per illas D. *Raimundi* de Caſtrocoli,qui tunc erat loci illius Epiſcopus. Neque ſolus ille Conuentus à Sancto Patriarcha hoc anno erectus eſt, ſed alius dictus de *Roiuela*, ijſdem populi,& Præſulis ſubſidijs. II.

Lego etiam ſparſim alios Conuentus eidem Sacro Ordini,ac ſuis, hoc tempore conſtructos,ſuntque *Barzenenſis* in Caſtellæ veteris Montanis,cuius tamen author ignoratur.Item alius *Olmetenſis*, vulgò de Goſmedos, in eadem veteri Caſtellâ,& denique *Inter-Eccleſienſis* in eadem; vtrumque abſque fundatorum memoria. Iſta quatuor monaſteria, iam non extant, ſed conſtat omnia extitiſſe ex Bulla *Innocentij* Pontificis Viterbij, quam nos cum ipſo anno ſequenti dabimus. III.

Tempus edax rerum, tuque inuidioſa vetuſtas *P.Ouid.Naſ.*
Omnia deſtruitis, vitiataque dentibus æui *15.Metam.*
Paulatim lento conſumitis omnia morſu.

Ego ſanè inter iniurias temporis numero non modò horum Conuentuum iacturas,verùm etiam illam fundatorum, & incolarum, quæ inuidit nobis ſcitum beneſactorum,ſitum & œconomiam locorum, nomina,& (quod dolendum magis eſt,) virtutes domeſticorum. Nec enim dubitandum eſt,quin in primitijs illis, hoc eſt,aureâ ætate, huius ſacerrimi Ordinis, ſuperſtite adhuc fundatore, & calente ſpiritu Religioſorum, exhibita ſint à priſcis illis, & primis Patribus exempla ſingularis probitatis,abſtinentiæ,inopiæ, precum, vigiliarum; quæ ſi innoteſcerent, id ſaltem agerent vt noſtrum hodie teporem confunderent, & demum fortaſsis corrigerent. IV.

Sed

Sed cui iſta dolent,cogitet nos non eſſe ſolos, ſed augere numerum plurimorum Ordinum(ne dicam perſonarum)Rerum-publicarum pariter ac priuatarum, quorum non modo machinas,ſed etiam monumenta, hæc eadem gula temporis abſorpſit. Vbi nunc *Carthago*, illa Romæ domitrix? Vbi *Numantia*? vbi *Troia*? cuius occaſus eſt ortus & initium hiſtoriarum. Nam

T.Lucret. lib.5.

——— Si nulla fuit genitalis origo
Terrarum & Cæli, ſemperque æterna fuere,
Cur ſupra bellum Thebanum, & funera Troiæ
Non alias alij quoque res cecinere Poetæ?
Quò tot facta virûm toties cecidere? nec vſquam
Aeternis famæ monumentis inſita florent?

Scimus autem excidium illius contigiſſe anno poſt orbem conditum 2783. & vbi annales ferè 3000. annorum? Ipſe Dominus noſter Chriſtus *Ieſus* ſine dubio heroïcis actibus nobilis fuit ab ipſa pænè infantia; neque tamen ad hiſtorias tranſiuit quidquam operum ipſius,niſi iam duodennis. *Cum factus eſſet annorum duodecim*, ait Lucas; & Ambroſius: *A duodecimo anno Dominicæ diſputationis ſumitur exordium.*

V. Et tamen mihi ſupereſt quod his addam de rebus egregiè geſtis ab his Patribus iſto anno. In eum enim incidit ſeptima redemptio Captiuorum. Frater *Gulielmus* de Vetula primus Miniſter Prouincialis Aragoniæ & Catalauniæ,accepta ab Epiſcopo Ilerdenſi,& *Petro* de Bellis magna vi pecuniæ,Valentiam Aedituanorum profectus, ex Maurorum carceribus in libertatem vindicauit nonaginta quatuor Captiuos,quos etiam ſecum in Catalauniam deduxit.

A N N V S.

IESV CHRISTI D. N. 1209.	OTHON. OCCID. 1.
INNOC. PP. III. 12.	RELIG. SS. TRINITATIS 12.
HENR. IMP. ORIENT. 4.	INDICTIO. 12.

B R E V I A R I V M.

1 Othonis *Imperatoris iter magnificũ Romam verſus, pro accipiendo diademate Imperiali.*
2 Raymundi *Comitis Toloſani pænitentia,& palinodia notabilis.*
3 *Ordini SS. Trinitatis ſurgit Conuentus Pariſienſis tempore* S. Ioannis, *ſed opera* S.Fælicis.
4 *An* S.Ludouicus *GalliæRex introduxerit PP.Trinitarios Lutetiam? Inſtrumentum donationis factæ à Ludouico iuniore.*
5 *Cur PP.Trinitarij in Gallia vocentur Maturini?*
6 *Fundatores Conuentus Pariſienſis.*
7 *Inſignia ſepulchra huius Eccleſiæ, & quorumdam epitaphia,ibidem.*
8 *S.Ioannes inuiſit Monaſteria ſuis erecta Maſſiliæ, & Arelati, & inde Romam redit.*
Diploma Innocentij Tertij de Conuentu S.Thomæ *in formis.*
9 *Aliud eiuſdem ratificans omnes alios eidem Ordini erectos, atque eorum poſſeſſiones: Adhuc tertium.*
10 *Miraculum à Sancto Ioanne Romæ patratum.*
11 *Ex Vrbe Murcia Maurorum, educti ab his Patribus ducenti nouem Captiui.*

Annus

I. ANnus hic milleſimus ducenteſimus nonus Chriſti orti, Indictione duodecimâ, quod fœlix fauſtumque tulit tàm Eccleſiæ Romanæ, quàm Ordini Sanctiſs. Trinitatis; hoc autem ſecundum quia proprium hiſtoriæ eſt, differam in ſequentia: hic ordiar à primo. In ipſo enim *Otho* Rex Germaniæ inuitatu Pontificis Romam cogitans, ad coronam Imperij ſuſcipiendam, primùm Rom. Eccleſiæ priuilegia confirmata voluit, editâ Conſtitutione, ſeu Bullâ aureâ. *Spiræ II.* Cal. April. Indict. 12. anno Chriſti 1209. eiuſdem *Othonis* Regni à prima electione vndecimo, quam per *Vvolfgerum* Patriarcham Aquileienſem miſit *Innocentio*, eâque omnem obedientiam & reuerentiam Eccleſiæ Romanæ, eiuſque Pontificibus ſpondens, tam electionibus Prælatorum, & ſpoliis decedentium ac bonis Eccleſiarum vacantium, quæ prauo abuſu ſolebant vſurpari, renunciauit, quàm bona omnia Eccleſiæ Romanę ab anterioribus Imperatoribus, aliiſque quibuslibet detenta, reſtituere & rucuperare promiſit.

Henr. Spōd. & A. Bzonius ex Regiſt. Innoc. lib. 3. de ne got. Imper.

Pergens autem in Italiam cum numeroſo exercitu, & copioſo comitatu Principum, tàm Eccleſiaſticorum, quàm Sęcularium, primò Mediolani in Baſilica Ambroſiana, coronâ ferreâ ab *Vberto* Archiepiſcopo (quam *Vodoetiæ* ſuſcipere moris erat) coronatus eſt; indeque Romam dirigens iter, & à cunctis Italiæ Ciuitatibus cum honore & muneribus receptus, perueniens demum Viterbium, ibi Pontificem inuenit, à quo ingenti gaudio exceptus, ac poſtea Romam, præeunte Pontifice, adueniens, occurſu Cleri ac populi ſingulariter honoratus, paulò poſt coronatus eſt coronâ aureâ ab eodem Pontifice in Imperatorem (eius nominis quartum Chriſtianorum; quintum ab illo Gentili, qui octauus à *Iulio* Cæſare regnauit Romæ,) in Baſilica S. Petri, circa feſtum S. Michaelis, vt ait *Vrſpergenſis*; Cumque inde diſceſſiſſent ad prandium, veniſſent ad equos, Imperator non immemor Apoſtolicæ reuerentiæ, quæ exhibenda eſt Chriſti Vicario, *Innocentio* equum aſcendenti ſtapedem deuotè tenuit.

II. Neque verò non eſt digna ſcitu palinodia, & venia *Raimundi* Comitis Toloſani, qui à Legato Innocentij peremptoriè citatus, comparuit illi coram viginti Archiepiſcopis & Epiſcopis mixtim, & immenſâ populi multitudine. In primis autem debuit arces, quas in Prouincia habebat Legato tradere in pignus ſuæ ſecuritatis. Tum etiam iuramento interpoſito ſpopondit ſe omnia illa præſtiturum, quæ placeret Legato imperare. Quibus præmiſſis ipſe Comes ante fores Eccleſiæ nudus flagellorum ictibus abſolutus eſt, & ſtolâ collo eius impoſitâ Eccleſiæ introductus.

H. Spond. hic, n. 5. Vide Gulielm. Catell. in hiſt. Com. Toloſam.

III. Iam verò accedendo huius hiſtoriæ propria, ad hunc annum ſpectat auſpicium Conuentus Pariſienſis Ordinis SS. Trinitatis; tunc enim fundatus ille eſt; tempore *S. Ioannis*; ſed operâ *S. Fælicis*, qui ad ipſum fundandum ex ſuo *Ceruí-Frigidi* deſtinauit aliquos Religioſos, vt refert Braulius in Antiquitatibus Franciæ, & conſtat ex Bulla *Innocentij* Pontificis his inferiùs ſubdenda.

Fg. Mull. Feride Bullam Innoc. Pp. III.

At verò quoad originem huius Pariſienſis Cœnobij, volenti mihi plura Ordinis monumenta, occurrit præ alijs aſſerendum, quòd in loco, quo illud hodie viſitur, olim fuerit vnum Xenodochium; in quo eleemoſynarius Ordinis *S. Benedicti* debebat Regi obulum annuatìm, in cenſum cuiuſdam fundi; vt conſtat ex reſcripto *Ludouici* iunioris Regis F. Ludouici Craſſi, ad annum 1133. anno primo Regni eius, huius tenoris:

In nomine Sanctæ & Indiuiduæ Trinitatis &c. Ego Ludouicus Dei gratia Francorum Rex, & Dux Aquitaniorum, notum haberi volumus Vniuerſis tàm futuris, quàm præſentibus, quod Nos pro remedio animæ noſtræ, & Anteceſſorum noſtrorum eleemoſynæ B. Benedicti, *quæ ſita eſt in ſub-vrbio Pariſienſi, iuxta locum, qui dicitur Thermæ, obolum vnum, quem de Cenſu annuatim ab eadem eleemoſina habebamus*

de terra ſcilicet Simonis Tornelle, *prorſus dimiſimus, & in perpetuum condonauimus: vt prædicta eleemoſina terram illam ab omni exactione liberam, & quietam perpetuo poſſideat &c.*

Quo loco ſubit aduertere, quòd qui dicunt S. *Ludouicum* Regem introduxiſſe Trinitarios PP. huic Xenodochio, errant immanè; illi enim degerunt ibi priuſquam Sanctus Rex naſceretur. Hic enim in lucem prodiuit anno Chriſti Domini 1215. & PP. Trinitarij locum acceperunt hoc anno præſenti, vt conſtat ex publico Inſtrumento, cuius authographum ipſi ſeruant in publico Archiuio.

Vniuerſis Chriſti fidelibus præſentis paginæ formam, & ſeriem inſpecturis, Prior S. Germani *in Laza, totius eius Parochiæ Iudex Ordinarius, ſalutem in Domino ſempiternam. Nouerint vniuerſi, quod in noſtra præſentia perſonaliter Conſtitutus Guexnerius dictus Coquus Iuſtitiabilis noſter, attendens omnia beneficia, quæ fiunt, & de cætero fient in Eccleſia S. Mathurini Pariſijs Ordinis Sanctæ Trinitatis, & Captiuorum, ſibi in alio ſæculo profutura, aſſeruit coram nobis ſpontaneus non coactus, quòd ipſe in puram, & perpetuam eleemoſinam Miniſtro, & fratribus dicti loci, dederat, conceſſerat, ac in perpetuum quitauerat poſt deceſſum ſuum habendam medietatem cuiuſdam domus ſuæ apud* S. Germanum *in Laza, in vico per quem itur de Domo* Ioannis *Victoris ad Capellam S. Eligij &c.* Et in fine dicitur: *vt ratum firmum, & ſtabile permaneat in futurum, his præſentibus litteris, ad requeſtam dicti Datoris ſigillum noſtrum duximus opponendum. Datum anno Domini MCCIX. die Iouis ante Natiuitatem Domini Noſtri.*

Atque hinc (ſi cuilibet ſcire) Ordo ille ſacer, & alumni eius in Gallia vocantur Maturini, nempè ab hoc eorum Cœnobio, quia illius Eccleſia occupat locum in quo fuit Sacellum quoddam, & in ipſo Sacello corpus B. *Maturini* Confeſſoris (adductum eò ex Vrbe Roma) in qua obijt, multis miraculis ibidem patratis inſigne. Inde etiam translatum fuit ad locum natalem eius nempè oppidum *Lyri Campi*, vulgò de *l'Archant*, prout ipſe adhuc ſuperſtes optauit, priuſquam pergeret Romam ad liberandam Maximiani Cæſaris filiam à Dæmonio quod ipſam occupabat.

Cæterùm cœnobium hoc Pariſienſe vix habuit certum vnum, aut fixum fundatorem; Siquidem à pluribus, idque diuerſis vicibus, fabricatum ac dotatum fuit, & prouectum ad hodiernam amplitudinem, induſtriâ etiam Miniſtrorum, qui illud regebant. *S. Ludouicus* Rex illis dono dedit cenſum, qui ei proueniebat ex ſeptem vel octo domibus in platea fœni. Et *Philippus* Tertius eius filius ac hæres Regni, iiſdem permiſit acquiſitionem cenſus vſque ad quatuordecim libras Pariſienſes.

In medio choro Eccleſię proſtat ſepulchrum nobilis, ac piæ Dominæ *Ioannæ* à *Vandelme*, ad quam ſpectabat ſolùm in quo erectus eſt Conuentus, quâ parte accedit plateam fœni; ipſa autem illud conceſſit Religioſis illis. Eius epitaphium ibidem legitur hoc tenore.

CY GIST NOBLE DAMOISELLE IEANNE DE VANDOSME
DAME DE BRETENCOVRT, FILLE DE TRES NOBLE PRINCE,
M. BOVCHART RADIS COMTE DE VANDOSME
SEIGNEVR DE CASTRES, ET FILLE DE TRES NOBLE
DAME, MADAME ALIX DE BRETAIGNE.
PRIEZ POVR LADITTE DAMOISELLE, QVE
DIEV MERCY LVY FACE, LAQVELLE TREPASSA
L'AN 1395. LE 29. NOVEMB.

A fini-

A ſiniſtro latere aræ maioris, exaduerſo aræ S. Caroli magni, viſitur egregium ſepulchrum, candido & nigro marmore varium, in quo iacent *D. Petrus* de *Eſſars* Eques, Conſiliarius Regius, & Cuſtos Præpoſituræ Pariſienſis, & *D. Maria* de Ruilli eius vxor, quibus, in quadã columna Sacelli B.V. poſitũ eſt hoc epitaphiũ.

Putrida Guillermi Burgenſis membra recondit
Saxum hoc, natalis terra Heduenſis erat.
Theologo ſacros hauſit de fonte liquores,
Pariſÿs Thoma tetrica ſcripta legens
Diuinus longo factus ſudore profeſſor
Legit, Doctorum præfuit inde Choro,
Longa foret ſeries vitam, præclaraque dicti
Texere facta Viri: hæc ſit tibi noſce ſatis
Pauca habuit, ſed non eguit; Contempſit honores,
Paupere ſub tecto tempora longa trahens
Annus poſt mille, & quingentos quintus inibat
Nonaque poſt decimam menſis Aprilis erat.
Cum iam Centenum Canus tranſiret in annum
Ceſſit ab humanis prouidus ipſe pater.
Cum legis adde preces, animæ ſuccurre benignus,
Abs te nil aliud puluis, & oſſa petunt.

Ibidem extat buſtum *Roberti* Guagini, totius huius Sacri Ordinis Miniſtri Generalis, cum hoc tetraſticho.

Illuſtris Gallo nituit qui ſplendor in Orbe,
Hic ſua Robertus membra Guaguinus habet
Si tanto non ſæua Viro Libitbina pepercit
Quid ſperet docti cætera turba Chori?

Obijt ille anno 1501. & tamen cum erueretur humus penes buſtum eius, vt foſſa quædam explicaretur anno 1550. viſum eſt cadauer eius adhuc integrum, Idem ille panxit parenti ſuę ſequens epitaphium.

Ne fruſtra expectes, quod debent buſta, monebo;
Dicere geſta, nimis gloria inanis habet.
Nouit & illa Deus, nouit, & quoſque reatus
Te potius finis commonuiſſe libet.
Cuius rara quidem multis ſuccurrit Imago
Pluris amant ſenſum, balſama, plectra, iocos
Sic fueram dum vita recens florebat & ætas
Nunc tetrica mortis horrida ſum facies.
Etſi intro aſpicias ſaniem, nec bile, nec aqua
Nare feres? tantus halat ab ore fetor
Nec modo nobis hoc manet omnibus vna cadendi &c.

A latere dextro eiuſdem aræ maioris templi viſitur ſepulchrum R. in Chriſto Patris, Fratris *Guidonis* Molitier, qui ipſum templum ſedilibus auxit, & ornauit, Vnde & eius Sarcophago inciſa ſunt ſequentia diſticha.

Hæc eſt m æſtiſſima tumba Guidonis
Qui paſtor noſtræ Religionis erat
Magnificis templum hoc Cathedris decorauit, & huius
Ornamenta domus, donaque multa dedit
Gratus erat cunctis, tamen hunc mors impia Mundo
Abſtulit; hic Cineres, Spiritus aſtra petit.
anno 1508. 24. Octobr.

Alia etiam in eadem Eccleſia ſepulchra,& cœnotaphia viſuntur, ac leguntur, quæ huc tranſcripta Lectoris patientiam fatigarent. Vnum tamen addam,exigentibus id magnis meritis in litterariam Rempublicam *Ioannis* à Sacro boſcho,qui aureum libellum de Sphæra edidit, eſtque iſtud:

De Sacro-boſco qui Computiſta Ioannes
Tempora diſcreuit, iacet hic à tempore raptus.
Tempora qui ſequeris, memor eſto quod morieris;
Si miſer es plora, miſerans pro me precor ora.

Quod quidem mihi foret vltimum, niſi tot Latinis placeret vnum vernaculum ſupponere. Igitur in eadem Eccleſia à parte Capituli eſt pictura cuiuſdam arboris, cuius ramus quiſpiam trunco auulſus eſt, & qui eum pugno apprehendit, eò verrit ſolùm,idemque ambitioſos honorum alloquitur iſtis.

MON VOVLOIR ESTOIT DE MONTER
A HONNEVR PAR LABEVR, ET FOIN
MAIS FORTVNE NA PEV ARTER,
ET MET LE PIED GRILLE BIEN LOING,
ET LA BRANCHE QV'AVOIS AV POING,
CEST ECLATEE TOVT SOVDAIN
PEV TROVVE D'AMIS AVBESOING
QVI N'EST RVSE FIN, ET MONDAIN.

Atque hæc de Eccleſiæ Conuentualis ſplendore. De ipſo autem Conuentu adhuc addo, quod Comitia Academiæ Pariſienſis haberi ſolent in clauſtro illius, velut in Academica Sede,quam tamen gratis & precario illi conceſſam probat Inſtrumentum publicum, confectum ſuper hoc anno 1291. menſe Iunio.

Denique apud eoſdem Patres ibidem exſtat,& colitur vnus ex aculeis ſpineæ coronæ Chriſti Seruatoris, vnà cum alijs reliquijs, nominatim pollice dextro *S. Hieronimi*, Eccleſiæ Doctoris, argenteo globo incluſis, ex dono *S. Ludouici* Galliarum Regis.

VIII. Iam verò vt à mortuis ac buſtis tandem aliquando ad viuos redeamus, Sanctus Patriarcha *Ioannes*, tot laboribus defunctus, tot præmijs eorum potitus,
Aznar. c. 11. multiplicatis ſuæ Religionis domiciliis, per regna Hiſpaniarum, ſtatuit regredi in Italiam. Nauem Barcinone aſcendit, & intra paucos aliquot dies in Galliam appulit, inuiſit cœnobia ſua Maſſilienſe, & Arelatenſe. Exceptus eſt à ſuis, ijs gaudio & plauſu, quæ faciliùs eſt intelligere, quàm explicare. Ipſe autem longa paræneſi eos adhortatus ad regularem obſeruantiam, ne legem amouerent à cordibus ſuis, & amico Valete omnibus dicto, proſequutus eſt iter in Vrbem Romam, quam ingreſſus eſt circa Idus Martii. Acceſſit deinde Pontificem *Innocentium* redditurus rationem villicationis, Cardinales item exhibendæ reuerentiæ, & ab omnibus ſinguliſquè recepit vicem magnæ æſtimationis, & congaudii. Ipſe autem expoſuit modestè Pontifici ſuam induſtriam, atque eius fœlicitatem in Hiſpania, apud Reges & Præſules, tot Eccleſiis, tot Conuentibus ſuorum erectis, centuriis fidelium ab infidelium mancipio ereptis. Quibus *Innocentius* auditis vehementer incaluit, & auxit in ſe priſtinum amorem Sancti, quanquam ægrè augendum, quippè qui videbatur propè ſummum aſcendiſſe. Ille tamen in indicium ſui affectus, horum fructuum ergò, edidit duas nota dignas Conſtitutiones, vtramque in fauorem, & emolumentum ingens viri Sancti ac ſuorum; Vnam qua confirmauit illi, atque ipſius Religioni donationem dudum à ſe factam Eccleſiæ *S. Thomæ* de Formis, & cum ipſa plurium poſſeſſionum, hoc tenore.

Innocentius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei, Dilectis filijs Ioanni Miniſtro, & Fratribus S. Thomæ de Formis in Vrbe, Ordinis Sanctiſſ. Trinitatis, tàm præſentibus, quàm futuris, Regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Inter cœtera beneficia &c. quæ infra diſpono anno Chriſti 1217. Honorij Papæ III. primo.

Neque verò contentus iſto tàm munifico Reſcripto, quod Italas poſſeſſiones IX.
iſti Ordini integrabat, addidit *Innocentius* aliud adhuc amplius, & munificentius de conuentibus, prædijs, ac poſſeſſionibus, quæ quàcumque alibi per Orbem Chriſtianum, maximè in Hiſpaniâ & Galliâ, acquiſiuerunt; omnia enim illis confirmata eſſe voluit, hoc diplomate verè Pontificio ac paterno, quod quamuis prolixum, quia tamen proficuum Sacro Ordini, & profeſſoribus eius contra vim ac dolos (ſi fortè orirentur) poſterorum, volui partìm his inſerere; eſt enim iſtud.

Innocentius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei.

D*ilectis filijs Ioanni Miniſtro, & Fratribus Ordinis Sanctæ Trinitatis, & Captiuorum tàm præſentibus, quàm futuris, regularem vitam profeſſis in perpetuũ.*

Operante patre luminum, à quo eſt omne datum optimum, & omne donum perfectum, qui Solem ſuum oriri facit ſuper bonos & malos &c. *vt ſupra* vſque Et præfatum Ordinem Sanctæ Trinitatis, & Captiuorum ſub *B. Petri*, & noſtro patrocinio ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus. Statuentes vt quaſcumque poſſeſſiones, quæcumque bona idem Ordo in præſentiarum iuſtè ac canonicè poſſidet, aut in futurum conceſſione Pontificum, largitione Regum, vel Principum, oblatione fidelium, ſeu alijs inſtitutionibus præſtante Domino poterit adipiſci, firma vobis, veſtriſque ſucceſſoribus, & illibata permaneant.

In quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis, Domum Sanctæ Trinitatis *Cerui-Frigidi*, cum omnibus pertinentiis ſuis. Cætera habes ſupra anno 1203. num. 5.

Adhuc etiam beatus ille ardor *Innocentij*, & amor in hos Patres, tanquam muſtum in lacu feruens, expreſſit illi, iiſdem anno, menſe & die, ſequentem Bullam, non minùs notâ & gratitudine dignam, quàm præcedentem, ſi non paulò magis; eum hæc ſpirituales gratias concedat, illa temporales. Incipit vt altera, eſtque omninò iſta.

Innocentius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei.

D*ilectis filijs Ioanni Miniſtro, & fratribus Ordinis S. Trinitatis tàm præſentib. quàm futuris, regularem vita profeſſis in perpetuum.*

Operante Patre luminum à quo omne datum optimum, & omne domum perfectum, qui Solem ſuum oriri facit ſuper bonos, & malos, etiam diebus noſtris, in quibus, peccatis exigentibus abundat iniquitas, & multorum charitas refrigeſcit, Nonnulli, faciente cum eis Domino ſignum in bonum (Vnde inter alia beneficia, quæ nobis miſericorditer impertitur, ad gratiarum actiones propenſius inuitamur) poſteriorum obliti, ad anteriora cum Apoſtolo ſe extendunt, & exeuntes veterem hominem cum actibus ſuis, & nouum, qui ſecundum Deum creatus eſt, induentes, in vitæ tranſeunt nouitatem, cum relictis pro Deo quæ poſſident, & nõ quæ ſua ſunt, ſed quæ Ieſu Chriſti quærentes, voluntariam eligunt paupertatem, & diuinæ, ſe ſubiiciunt ſeruituti. Quorum deſideriis tanto eſt propenſius annuendum, quanto per opera pietatis gratiorem præſtant Altiſſimo famulatum.

Licet autem ſecundùm Apoſtolum, nec qui plantat, nec qui rigat ſit aliquid, ſed qui incrementum dat Deus; plantationem tamen veſtram nouellam Apoſtolicæ protectionis præſidio diſpoſuimus irrigare, quatenus, Deo præſtante miſericorditer incrementum, fructum proferat exoptatum.

Ea propter, Dilecti in Domino filij, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus, & præfatum Ordinem Sanctæ Trinitatis, ſub B. Petri, & noſtra protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus: Cœtera habes ſupra anno 1203. num. 4.

X. Et hæc quidem omnia calenter egit *Innocentius*, meruit *Ioannes*, qui ſibi nihil temporis paſſus elabi otioſum, continuò deinde aut prædicabat, aut conſulebat, aut aliàs proderat ipſis etiam corporibus auditorum, modò carceres, aliàs Xenodochia inuiſendo, & conſolando vtrobique oppreſſos. Quo in opere feruntur plura ab eo patrata miracula: ſed quia nō nimis certò leguntur, ne quid dubiū huic hiſtoriæ inſeramus, tacitus tranſibo, contentus vno hoc quod legitimè conſtat.

Aznancitat. Cum enim Verbum Dei proponeret in Eccleſia ſua, hoc eſt *S. Thomæ* in Formis, inter auditores fuit vnus qui continuò geſticulari, & in odium afferre nitebantur quæ ab illo dicebantur. Ipſe autem abſoluto ſermone eum acceſſit, & apprehendit; nitebatur enim alter fugâ ſe ei ſubducere. Adſtantes ſuaſerunt Sancto dimitteret eū, quippè ſurdū ac mutū: quibus prçiudicijs, cum multi tentaſſent eum liberare, nemo poterat. At ille cœleſti lumine præditus, protinus agnouit eum non laborare infirmitate corporis, ſed animæ; ſiquidē Dœmonē hoſpitem habebat, qui eū exhibebat auribus & linguâ captū, ne quādo ipſe aliorū exorciſmis abigeretur. Vnde relictis aliorū cōſilijs, & ſuū ſequutus coniurauit eū palam omnibus, & vinculū linguæ eius ſoluit, coegitq; quærenti ſibi ad poſtulata reſpondere, multo ſtupore adſtantiū, qui eum diù ante cognitum, nunquam audiuerunt loquentem: Et adhuc admiratio creuit, qùm viderent virum Sanctum admouentem ei crucem ſcapularis ſui, nam continuò Dœmonium abſceſſit. Ipſe autem eò vſque obſeſſus, nihil ampliùs paſſus, miratus eſt ſe nullo ſuo damno liberatum ab hoſpite tàm pernicioſo, & proinde ad pedes Sancti abiectus, egit ei immortales gratias. Populus autem, qui conſertiſſimus ad ſpectaculum conuenerat, magnâ voce clamauit; Miraculum: ſed Sanctus popularis auræ fugax, ſubduxit ſe turbæ, non tamen æſtimationi, quę eum toti Vrbi, & in primis Curiæ commendauit, tanquam Apoſtolum cœlitùs demiſſum, qui etiam Dœmonibus imperaret.

XI. Claudam huius anni Commentarios ſolito ſigillo redemptionis. Etenim in ipſo P. F. *Bernardinus* Zabata primus Miniſter Domus Darocenſis, Vrbe Murciâ Maurorum, eduxit liberos ducentos & nouem eò vſque captiuos, & infidelium ſeruituti mancipatos, dignior proinde triumpho, quam qui olim externas prouincias vi inuaſas propriis earum dominis eripuerunt.

Tamay Firguer. citat.

A N N V S.

IESV CHRISTI D. N. 1210.	OCCIDENT. OTHON. 2.
INNOCENT. Pp. III. 13.	RELIG. SS. TRIN. 13.
HENRICI IMP. ORIEN. 5.	INDICT. 13.

B R E V I A R I V M.

1 *Cruces in parietibus templi Toletani, argenteæ, & motatiles: alia in media area eiuſdem Eccleſiæ.*

2 Othonis *Imperatoris ingratitudo, & perfidia.*

3 S. Ioannes *Româ Tunetum redit ad redemptionem vinctorum. Duo miracula in eo negotio circa illum patrata.*

4 *Extructus Conuentus* Metenſis *in Auſtraſia.*

5 *Noua captorum redemptio ex Vrbe Granata, vnde eruti ſunt, & ſoluti centum quadraginta Chriſtiani.*

6 *Diploma* Innocentij *Pontificis pro poſſeſſionibus Conuentus Burgenſis.*

HAec noſtra Religio, quùm ſit diuinitùs cruce ſignata, opportunum principiũ huius anni promittet nobis à portentis crucum, quæ in eo ad ſtuporem apparuerunt. *Toloſæ* exſtat Eccleſia B.V. *Mariæ* conſecrata, propè palatium Comitis Toloſani, cuius parietes fuerant recenter inalbati. Quãdam die ſub veſperam in dictis parietibus per circuitum totius Eccleſiæ apparere cœperunt, quaſi argenteæ cruces, candore illucente parietum albedinem ſuperantes; erantque in perpetuo motu, itaut cum plures eas viderent, qui tamen non poterant alijs illas demonſtrare; nam quam primum aliquis ſublato digito eas indicare vellet, ſubitò euaneſcebant. Siquidem apparebant in forma fulguris coruſcantis, nunc magnæ, modo mediocres, aliquandò exiguæ. Durauit ea viſio circiter quindecim dies, apparens omnibus diebus ſub veſperam, itaut omnis populus vrbis Toloſæ eam viderit. I. *Petr. Monachus hist. Albig. c. 49.*

Accidit interim diuinâ prouidentiâ, quod quidam Presbyter dictæ Eccleſiæ qùm modum non videret videndi prædictas Cruces, noctu eandem Eccleſiam ingreſſus, cum ſe totum orationi dediſſet, orans Deum vt ipſi oſtendere dignaretur id quod alij fermè omnes aſpexerant, ſubitò vidit innumerabiles Cruces, non quidem in parietibus, ſed in medio ſpatio per aerem ſparſas, inter quas erat vna grandis, & cœteris eminentior, quam exeuntem ab Eccleſia ſequutæ ſunt aliæ omnes, & recto tramite versùs portam Ciuitatis procedere cœperunt. Presbyter magnoperè ſtupefactus, ſequutus eſt eas, & in exitu Vrbis, animaduertit ſe videre quendam hominem venerabilem & decorum aſpectu, qui verſus Ciuitatem properabat indignabundus, habens gladiũ in manu, cui cruces aderant, quaſi auxilium afferentes. Vidit inſuper idem Presbyter, quod Vir magnus Vrbe exibat, quem primus ille alter in ingreſſu occidit.

Ego verò etiam in miraculis numerandam cenſeo *Othonis* Imperatoris ingratitudinem, & perfidiam. Hic enim antequam in Italiam ex Germania Imperator electus penetraſſet, priuilegia Sedis Apoſtolicæ, & Eccleſiæ Romanæ Bullâ aureâ confirmauit. Idemque in ipſo itineris procinctu aliam ſimilem dedit eidem Romanæ Eccleſię confirmans omnia dominia Apoſtolicę Sedis, ac promittens eidem *Innocentio*, conſilio, operâ, & armis præſto fore; Et denique tertiam ex Caſtris apud Montem-malum perpetuo incremento ſponſionum. Propter quæ ac iuramentum deinde ſuper his emiſſum ante inaugurationem, in Baſilica Principis Apoſtolorum Romæ ab *Innocentio* imperiali diademate ſertatus, & Auguſtus appellatus eſt, eâ populi frequentiâ, vt opus fuerit ab ipſo Othone nummos ſpargi in turbam, vt illis intenta permitteret aditum ijs ſaltem qui ſolemnitatem debebant perficere & integrare. II.

Et tamen ille his omnibus ingratus, ſtatim ac Vrbe exiuit, contra Pontificem ſe vertit, nullâque habita ratione ſacramenti, quàm plurima oppida Eccleſiæ Romanæ occupauit: acriter Innocentio reſpondit: Siciliæ Regnum Eccleſiæ Romanę feudum, & *Federicum* Regem, eiuſdem Eccleſiæ beneficiarium inuaſit, & aliquot ex terris illius violentus occupauit. *Carol. Sigon. lib. 16. de regn. Ital.*

Sed nos dimiſſo perfido, amœnemus oculos Lectorum obiectu magnæ fidei, & maioris charitatis; Vtrumque enim *S. Ioannes* hiſce diebus explicauit, Aliorum miſeriæ, quaſi totidem vultures, cor eius vorabant. Nihil illi placitum, nil iucundum, cogitanti carceres, & compedes vinctorum à Barbaris Tuneti; quamobrem ille totus quantus procurandæ illorum libertati imminebat. Mendicabat eleemoſinas, multiplicabat lytra ad eorum redemptionem, qui ipſius promiſſis conſiſi exitum ſibi inde ſpondebant. Neque verò ille inſtar *Othonis* defuit ſponſioni; ſed addidit quamplura; Etenim idem ille, quanquam nuperus hoſpes Romæ ex Hiſpanijs, voluit tamen Vrbem ipſam deſerere, applauſus & commoditates trun- III.

care, vt opus redemptionis luculentiùs ſuâ præſentiâ præſtaret. Itaque *Romæ* ſoluit 10. Cal. Iunias labentis iam anni, & traiecit Tunetum magno vinctorum gaudio, qui in ipſo quaſi portu, anchoram ſpei ſuæ collocarunt. Non illi fruſtra, non ad inſipientiam ſibi; nam & ille ſummum operæ ſuæ illis impendit, & vbi ille impotentiâ ſuâ arctatus deſiit, Deus omnipotentiâ ſuâ adfuit, & voluntatem in facultatem commutauit. Cum enim plures Chriſtianos ergaſtulis illis extraxiſſet, neque pecunia ab eo allata ſufficeret tot vinctorum pretio, Barbari eum veſte ſpoliatum crudeliter flagellantes, abierunt ſemiuiuo relicto. Ille autem paulo poſt reſpirans, & ſibi redditus, extraxit iconem B. *Mariæ* quam pectori appenſam gerebat, & pluens lachrymis contentiſſimè Virginem orauit, dignaretur ſibi opem, aliis iterum præſtare. Vix abſoluit orationem, quùm ecce ei quædam Virgo belliſſimo vultu ſe obtulit videndam, & ſimul eam pecuniæ vim quæ ſufficeret procurandæ libertati vinctorum. Hac ille prædâ, cæleſtibus nummis diues, ergaſtulis illis exemit ducentos viginti vinctos; quos cùm naui ſecum induxiſſet, ſermonibus valdè bonis ſollicitauit ad conſtantiam in Catholica fide, ad ſpem melioris vitæ, vbi illis rependeretur abundè quidquid commoditatis, etiam ſanitatis tàm lento mancipio perdiderunt. Atque alia in hanc ſententiam, quæ cum Agareni indignarentur in Ipſorum, & Mahometis contumeliam dicta, ipſi quidem Redemptori & Eccleſiaſtę detulerunt, vt poſſet omnia impunè ſpargere, non affectu, aut reuerentiâ vllâ ipſius, ſed vi ſtipulationis ab vtriſque hinc inde factæ. Cumque non auderent ipſum ferire in ſe ipſo, in eo bilem ſuam deſpumarunt vt obliquè ſaltem iter eius impedirent; quamobrem conſilio capto truncarunt malos, & vela omnia nauigii quo vehebatur, vt proinde ille cum ſuis omnibus ventorum ludibrio exponeretur. Sed vir Sanctus, confiſus Altiſſimo, cui venti, & mare obediunt, velis ſubductis chlamidem ſuam ſubſtituit, & in poplites flexus, lachrymis ora imbutus, clarâ voce clamabat: *Exurget Deus, & diſſipentur inimici eius: Saluum fac populum tuum humilem, & oculos ſuperborum humiliabis.* Imperauit etiam redemptis, vt interim orationi inſtantes, feriò diuinum auxilium implorarent. Et denique iſtis omnes præſidiis fulti vela fecerunt tàm fœliciter, vt ſex tantum horarum ſpatio Tuneto Romam appulerint, omnibus hinc inde meritâ admiratione ſuſpenſis. Barbari, qui vel inuiti, teſtes portenti fuerunt, cœperunt redemptoris ſanctitatem venerari, Chriſtiani autem ad pedes eius proni oſcula plantis libarunt.

Genebr. in Chron. f. 35. Amar. c. 11. Hippol. Marrac. in fundat. Mariani

Denique autem ipſe Redemptor ſolemni ſupplicatione, quaſi quodam triumpho *Romam* intrauit, redemptis interim quaſi totidem tubis buccinantibus ſanctitatem eius, & portentorum gloriam, quibus ipſi erepti fuerunt à tyrannide eos opprimentium.

IV. Iam quoad incrementum Ordinis diffundendi per Prouincias, vnam duntaxat domum inuenio hoc anno Sacro Ordini erectam, eſtque illa *Metis* in Auſtraſia (vulgò Lotharingia) cuius authores adhuc non potui ex ſcriniis colligere.

In Aragonia autem eodem anno facta eſt captorum redemptio à Fratre *Berengario* de Segans, & Fratre *Ferrario* Grait; illi enim ex Granata Vrbe, quæ tunc Mauris parebat, eduxerunt centum quadraginta Chriſtianos ex illorum ergaſtulis in libertatem vindicatos.

Denique *Innocentius* Pontifex oppidò intentus huius Ordinis commodo, & emolumentis, hoc eodem anno confirmauit illi donationem dudum factam Conuentui illius Burgenſi, hoc diplomate

INNO-

INNOCENTIVS EPISCOPVS
Seruus Seruorum Dei.

Dilectis filijs Fratribus Sanctæ Trinitatis de Burgis ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem. Cum à nobis petitur quod iuſtum & honeſtum eſt, tàm rigor æquitatis, quàm ordo exigit rationis, vt id per ſollicitudinem officij noſtri ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecti in Domino filij, veſtris iuſtis poſtulationibus gratum impertientes aſſenſum, locum qui dicitur Sancti Lazari, *poſſeſſiones in Caſtro, quod dicitur* Duas Germanas, *Solarem, & poſſeſſiones in Vallaeſcuſa, & Solarem vltra Pontem S.*Mariæ *de Burgis, cum omnibus pertinentijs eorum, quæ cum fratres S.Lazari, Nobilis Vir Alphonſus Tellea, Nobilis Mulier Ambla, & Martinus Iuliani, Ordini veſtro pietatis intuitu contulerunt, ſicut ea omnia iuſtè & pacificè poſſidetis, vobis & per vos eidem Ordini, authoritate Apoſtolicâ confirmamus, & præſentis ſcripti patrocinio communimus. Nulli ergò omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & BB.Petri, & Pauli Apoſtolorum ſe nouerit incurſurum. Datis Laterani decima quinta Cal. Ianuarij, Pontificatus noſtri anno decimotertio.*

A N N V S.

IESV CHRISTI D. N. 1211.	FRED. ELECTI IMP. OCCID. 1.
INNOCENT. Pp. III. 14.	RELIG. SS. TRINIT. 14.
HENR. IMP. ORIENT. 6.	INDICT. 14.

B R E V I A R I V M.

1 Innocentij *Pontificis par oneri animus, domi foriſque pugnax.*
2 Otho *in Germania repulſam paſſus eſt,* Fridericus *exceptus.*
3 S.Ioannes *à Matha tranſmittit Tunetum Redemptores, qui inde educunt centum quadraginta Captiuos.*
4 *Religio SS.Trinitatis Scotiæ inducta.*
5 *Conuentus* Dertuſenſis *erectio, qui tamen toties ſedem mutauit.*
6 *Adhuc alius Conuentus eiuſdem Ordinis* Squartæ *in Aragonia.*
7 *Redemptio centum viginti vinctorum è carceribus Murciæ.*

Explicauit hic annus heroicum & parem magno oneri animũ *Innocentij* Pontificis; Ita ſe ad plura, varia ac diſſita regna æquè ac negotia extendit. In Hiſpaniam Legato miſſo præcepit colligere auxiliares copias Regi Caſtellæ contra Mauros. In Gallijs Comitem Toloſanum hæreticorũ fautorem excommunicatum denunciari mandauit. Ibidẽ Regem *Philippum*, ne quiſpiam morientiũ Clero, vel Eccleſijs quidquã relinqueret edicentẽ, anathemate deterruit, & à perſecutione Archiepiſcoporum cohibuit. In Polonia Gneſnenſi Archiepiſcopo priuilegia confirmauit. In Syria Templarios à Rege Armenorum inuaſore, cenſuris in eum prolatis, defendit, & Patriarchæ Antiocheni iura approbauit. Conſtantinopoli *Thoma* Mauroceno defuncto, Patriarcham eligi præcepit, & electum ad eam dignitatem euexit. In Italia Eſtenſibus, vt Ferrariam in feudum conceſſam defenderent, poteſtatem Caſtrum ædificandi conceſſit. Ibidem ad res Eccleſiæ, & Imperij ſtabiliendas, Gregorium Tit.S.Theodori Diaconum Cardinalem Legatum in Siciliam miſit, qui animum Frederici Regis Siciliæ adoleſcentis exploraret:

I. *Lib. 3. Epiſtol. Innoc. ep. 4. & 68. Lib. 4. ep. 45. & c.*

in dicto eidem iuramento fidelitatis ex Regno Siciliȩ,quod in feudum acceperat. Præſtitit non illibenter *Federicus*, duoque diplomata Sedi Apoſtolicæ reliquit.

II. Ne autem ſæculi res,taciti quaſi contemptim prætereamus,*Otho* olim Imperator auditis in Apulia Germanicis tumultibus,ſuæ causâ depoſitionis, & *Federici* electionis, diſpoſitis vtcunque rebus Italicis, quamprimum in Germaniam cum exercitu properauit. Itemque *Fredericus* eòdem feſtinandum cenſens,Romā primò venit, vbi à Pontifice benignè exceptus, cum coronari etiam peteret, re à Pontifice dilatâ, Legatum tamen accepit R.E. Cardinalem cum mandatis Apoſtolicis ad Germaniæ Principes, & Ciuitates, vt *Othone* derelicto obtemperarent *Frederico*; & per Italiam à Principibus ac Ciuitatibus, quaſi per manus deuectus ad vallem Tridentinam, Alpes obliquo itinere(quod rectà propter inſidias Othonis ire prohiberetur,)per aſperrima,& inuia loca tranſiuit:peruenienſque tandem in Rhetiam, & ab Epiſcopo Carienſi, Abbate S.Galli, alijſque nobilibus cum magnâ reuerentiâ ſuſceptus, perductus eſt Conſtantiam. Ita in tempore peruenit Fredericus Conſtantiam,vt ſi moram feciſſet trium horarum, nunquam ingreſſurus fuiſſet Germaniam,quoniam *Otho* longè viribus ſuperior, eodem die Conſtantiam venturus ad acceſſum eius impediendum,iam miniſtros prȩmiſerat qui neceſſaria parabant. Recepto verò ſemel Frederico Otho cum ſuis ignominiosè repulſus eſt.

Rigorn. Philipp. August. an. 1211. Vincēt. Spec. Histor. lib. 30 c. 8.

Gonſal. f. 36. Annal. c. 11.

III. Apud nos interim Sanctus Ioannes, item magnanimus, & ad ardua paratus, cum obſidem ſui ſponſionem *Tuneti* apud vinctos Chriſtianos reliquiſſet, vt fidem redimeret, collegit magnâ copiâ eleemoſinas ex Italiâ, Galliâ, & Hiſpaniâ eaſq; ad emendos vinctos Tunetum tranſmiſit per FF.*Gulielmum* Scotum,& *Thomam* Gualterium,qui proinde ex Africâ reduxerunt centum quatuordecim,olim captos,nunc libertate donatos, quos omnes eodem hoc anno Romam triumphi ſpecie induxerunt XI. Cal. Octobris.

IV. Iam verò quoad Sacri Ordinis dilatationem,etiā illi fȩlix hic annus illuxit, quippe qui illum Regno Scotiæ introduxit. Etenim, vt author Scoticæ hiſtoriæ habet octo annis priuſquam *Vuilhelmus* Rex Scotiæ vitâ defungeretur(qui annus erat ſalutis humanæ 1211. Regni verò Vuilhelmi quadrageſimum ſextum) primùm miſſi ſunt duo Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis monachi ab *Innocentio* III. à quo conſecrati erant,in Scotiam, quibus *Vuilhelmus* Regiam ſuam Aberdonenſem cum ita multis redditibus donauit, vt abbatiam inde conderent, ampliora daturus ſi longiùs ſuperſtes fuiſſet. Extat etiamnum Cœnobium inter Religioſa loca non contemnendum:Sed diffuſiùs Lectori damus aduentum Sodalium noſtri Ordinis in Scotiam, excerptum chronico M.S. DumFriſi Monachorum Ciſtercienſium, ſic: Premonſtratenſes ſequuti ſunt Monachi Sanctiſſimæ Trinitatis de redimendis Captiuis,qui ſub finem Regni Gulielmi,Scotiam ingreſſi ſunt. Nam *Innocentio* Papa, qui hunc Ordinem approbauerat duos eiuſdem Ordinis Monachos Scotos,alterum Ricardum Haium, alterum *Robertum* Ogilbȩum in Scotiam ad Gulielmum Regem delegauit. Illi verò Summi Pontificis litteris muniti in Scotiam fœliciter peruenerunt: Audientes Regem agere Aberdoniæ, eò properè contendunt. Fortè Rex eodem die quo venerant Religioſi,venatum iuerat; illi tamen à Regiis ſeruis,quoad Rex rediret,humaniter accepti ſunt. Craſtino die reuerſus Rex,& certior factus de Monachorum aduentu,litteras Innocentij Pontificis accepit,quas poſtquam perlegiſſet, Religioſos iuſſit introduci ad ſe; Quibus ingreſſis, eorum alter Ricardus Haius taliter Regem allocutus fertur. Non putamus te latere, Rex illuſtriſſime, quæ potiſſima noſtræ legationis ad te fuerit occaſio. Nouit enim tua pietas, quomodo ſuperioribus annis miſericors Dominus per ſeruum ſuum *S. Ioannem* de Matha Ordinem Sanctiſſimæ Trinitatis pro

Hector Boet. lib. 13.

Apud Ioan. de Fig. Carp. fol. 36.

Hect. Boet. lib. 13. hiſt. Scot.

redi-

redimendis à Turcarum & Infidelium iugo miſeris & captiuis Chriſtianis fundauerit;quomodo etiam idem Ordo multis miraculis confirmatus, tandemque à Sũmo Pontifice *Innocentio* huius nominis tertio approbatus fuerit. Idcirco nos ab eodem Pontifice Innocentio III. ſupplicatum ad te venimus, vt nobis noſtroq; Ordini in tuis regionibus & terris ſedes & manſiones habere permittas, atque eàdem erga nos noſtrumque Ordinem humanitate & fauore vtaris, quâ maiores tui Principes deuotiſſimi erga alios Religioſos Ordines, Regnũ tuum magnoperè ad ornantes proſequti ſunt. Sicque continuò precabimur, vt Deus, qui omnibus ſecundum opera ſua retribuit, Te in vltimo illo die remunerari dignetur.

Hæc loquente Ricardo proſtrauit ſe ad pedes eius Rex ſurgenſq; vtrumque amiciſſimè amplexus eſt, ſtatimque accerſito *Gulielmo* Elphinſtonio Epiſcopo rem omnem eidem communicauit.

V. Nec mora, præſente eodem Epiſcopo regale ſuum palatium iiſdem Religioſis publicis Inſtrumentis, & chartis conſignauit, adiungens agros de Banchouy, de Merellos, de Couay, Peſcarias in Dæa & Dona fluuiis, molendina de Skerthak, de Rothemey, de Tylliſullij, de Maniſmuch, quorum omnium publicum diploma exſtat in ipſo monaſterio Aberdonẽſi, quòd reditus annuos habebat pro quinquaginta duobus monachis ſplendidè ſuſtentandis, ſufficientes. Statuit porrò idem Rex ne quiſquam in prædicto Cœnobio Religioſus degeret, qui parentes non haberet Barones, vel ad minimùm Equites. Vnde permulti ex hoc monaſterio pij, & eruditi Viri prodierunt, inter quos claruit *B. Alexander* Sophocardius, concionator tàm eximiùs, vt innumeri ex remotiſſimis Britanniæ, & Hiberniæ partibus Aberdoniam confluerent, vt ab illo in Chriſtianã religione ædificarentur. Dum verò in concionibus ſuis reprehenderet prauos quorumdam Epiſcoporum mores & vitia, indignatus Gulielmus *Elphinſtonius* Epiſcopus eum iuſſit in carcerem detrudi, ille verò Epiſcopi mandato obediens, lubens in carcerem perrexit; accidit autem vt clauſo carceris oſtio ferrea clauis lictoris manibus mordicus adhæreret, nec vllâ ratione auelli poſſet, niſi carceris ianua aperiretur: quod vbi Epiſcopo nuntiatum eſt, miraculo tàm euidenti conuictus, iuſſit educi de carcere *B. Alexandrum*, accerſitoque ad ſe vt ſibi ignoteſceret, rogauit: B. Alexander nullâ ſe affectum iniuriâ reſpondit, atque adeò non opus eſſe cur ignoſceret. Epiſcopus igitur facti pœnitens, vt Deo & hominibus ſatisfaceret, Monachum eiuſdem Ordinis induit, ac ſanctè poſteà per 8. annos ad mortem vſque rexit Epiſcopatum. B. Alexander verò meritis & bonis operibus auctus migrauit ex hac vita anno 1227. Scripſit de operibus 6. dierum lib. 6. Comment. in Epiſtolam Pauli ad Rom. lib. 3. & alia nonnulla opuſcula. Ex eodem regali monaſterio prodijt Ioannes Stuartus, Comitis Lenoxiæ filius tertiò genitus, qui Gulielmo Fraſerio, eiuſdem Ordinis monacho in Epiſcopatu S. Andreæ ſucceſſit, quem ſanctiſſimè per tres annos, & ſex menſes adminiſtrauit; obdormiuit anno 1299. Scripſit inter alia in Apocalipſim Ioannis lib. 2.

VI. In eumdem annũ incidit fundatio cœnobii *Dertuſenſis*, dicti Ordinis penes portam Samaritanam illius Vrbis, vt conſtat ex donatione Epiſcopi Pontii, & Laurentii Prioris Eccleſiæ Cathedralis, ex Ordine S. *Auguſtini*, factã in fauorem Fr. *Gulielmi* de Vetula, Prouincialis Catalauniæ & Aragoniæ, F. Bernardi de Saria, & aliorum, cuius authographum exſtat in Archiuiis dictæ Eccleſiæ Cathedralis. Hoc idem cœnobium ſemel, iterum, & tertiò mutauit ſedẽ, in primis intra Ciuitatem ad alium ſitum; Deinde extra Ciuitatem ad vltimum pontis, vbi exſtructum eſt inſigne domicilium. Sed cum ſitus ille poſſet obſidenti Vrbem hoſti eſſe adminiculo, *Philippus* IV. Hiſpaniarum Rex Catholicus, fabricam pretio æſtimari iuſſit, quod iudicio Cenſorum aſcendit ad ſummam octodecim millium aureorum.

Martell. in hiſtor. Dertuſ. lib. 1. fol. 116.

reorum. Tum autem Regis miniſtri demoliti ſunt domum, relictâ dumtaxat vnâ Eccleſiæ portâ, quæ ad cæterorum memoriam adhuc ibi viſitur, cum non ſufficeret offendendæ Vrbi ab hoſte. Vltimò PP. Vrbem ipſam ingreſſi ſunt, & acceperunt locum quem hodie habitant, fundo empto tribus millibus aureorum, & adhuc quingentis; quod omne factum eſt induſtriâ P. Fr. *Pauli Ferries*, qui calcem, ſaxa, & ligna opportuna nouo clauſtro extruendo procurauit; omnia autem ipſa Ciuitas ſibi aſſumpſit ad ſe muniendam, æſtimata duobus millibus aureorum, quibus, atque etiam aliis quingentis, quæ ex ſuo peculio, quaſi annuum cenſum reliquit, accepit ſibi ille domum, nullo onere grauatam, & hodie eſt è numero earum quæ Vrbem quam maximè amplificant, ac ornant.

Habuit illa olim titulum S. *Blaſij*, & adhuc hodie ibi eius dies feſtus celebratur magnâ pompâ. Nunc habet in Eccleſia Confraternitatem B. Virginis dictæ de *Remedio*. Domi autem eas officinas, & ambitus, quæ abundè ſufficiant viginti Religioſis locandis, ſed redditus ſatis mediocres, quamquam plura ſint eis dono data, ab Epiſcopo, Priore, & aliis. Adhuc etiam retinet continuò Sacellanum in Vrbis Xenodochio. Item adminiſtrationem inſignis Sacelli Beatæ Virginis de *Caſtellana*.

VII. *Mall. f. 170.* Alium item Conuentum lego eidem Ordini hoc anno erectum in loco dicto *Squaria* Regni Aragoniæ, & Epiſcopatus Balbaſtri; ſuper quò qùm plura non ſuppetant addenda, deſinam in redemptione quæ hoc anno V. Cal. Maij præſtita eſt à P. *Petro* poſtea Miniſtro Aragoniæ, & Fr. *Arnoldo* Queral; hi enim hac tempeſtate Murciam profecti, centum & viginti Chriſtianos anteà vinctos, inde extulerunt libertate donatos. *Tamay Figuer.*

A N N V S.

IESV CHRISTI D. N. 1212.	FRED. ELECTVS IMP. OCCID. 2.
INNOCENT. Pp. III. 15.	RELIG. SS. TRINIT. 15.
HENR. IMP. ORIENT. 7.	INDICT. 15.

B R E V I A R I V M.

1 Fridericus *à Principibus Imperij receptus;* Otho *omni ſpe deſtitutus, ad Ioannem Anglum fugit.*

2 *Continuatur bellum contra Albigenſes, & Comitem Toloſanum.*

3 Miramolinus *Rex Maurorum ingenti militum apparata ſuperbus, Hiſpaniam ingreditur, totã ſubacturus.*

4 Innocentij *Pontificis diligentia Roma ad auertendum tàm validum hoſtem. Chriſtianorum Caſtris adhibiti PP. Trinitarij.*

5 *Recenſentur copiæ Maurorum, ac Chriſtianorum; atque etiam ordo aciei diſpoſita vtrimque.*

6 *Sancij Infantis Hiſpaniarum liberalitas in PP. Trinitarios Inſtrumentum donationis. Adhuc aliud eiuſdem iiſdem.*

7 *Extructus Conuentus quiſpiam in Prouincia Campaniæ, titulo Sancti Saluatoris.*

8 S. Fœlix *Valeſius admonitus cælitùs mortis imminentis, fœliciter cam obit.*

9 *Miracula ſanctitatem eius teſtantia.*

10 *Inſignis redemptio Captiuorum ab his Patribus facta, trecentorum & nouem ex Almeria Bœtica.*

11 *Erectio Conuentus cuiuſdam prope* Montem Serratum.

12 *Alterius Barrenſis in Scotia per S.* Vuilhelmum *illius Regem.*

Hiſce

I. Hiſce temporibus Germania, quæ aliquantulum reſpirauerat à morte *Philippi*, cœpit iterum agitari motibus *Othonis*, & *Frederici*: ſed Othone vndique ferè expulſo, Fredericus copijs & amicis, ſocijſque Ciuitatibus ac Principibus multò præpollere cœpit, & Moguntiam accedens, celebri ibi Conuentu habito in feſto Sancti Andreæ Principum Imperij, tàm Eccleſiaſticorum, quàm ſæcularium (inter quos etiam fuit *Othocarus* Rex Bohemiæ, quem Otho à Conuentu ſuorum Norimbergæ, vt eum in Pontificem Innocentium animaret, habito circa Pentecoſten, regno priuatum declarauerat, ſpecie repudiationis Adelaidis vxoris, de quâ ſuperiùs), ab ijs in Regem agnitus eſt, annoque ſequenti ad feſtum S. Iacobi Aquiſgrani à *Theodorico* Archiepiſcopo Colonienſi inunctus, & coronatus eſt Imperator eius nominis ſecũdus. Cæterũ Fredericus animaduertens amicitiam Regis Francorum maximo compendio & vſui ſibi futuram, eã per Epiſcopum Metenſem expetita, conſtitutoque die apud Vallis colorem ad Moſam fluuium, adfuit pro Rege *Ludouicus* eius filius, fœduſque renouatum quod Franci cum iuſtis Imperatoribus icere, ſeruareque ſoliti erant. Otho verò omni aliâ ſpe deſtitutus, coniunxit ſe cum auunculo ſuo *Ioanne* Anglo excommunicatus, atque depoſitus, cum excommunicato, atque depoſito.

Godefr. Colon. in Chronic.

Rigord. in Philip. Auguſt. Naucler. Gener. 41. Spond. hic n. 1.

II. Adhuc etiam durabat pertinax, & attox bellum inter Simonem Crucifignatorum Ducem, & Raymundum Comitem Toloſanum, qui hæreticam factionem ſimulatè tamen adiuuabat, auxiliarem habens Aragonum Regem. Ingentem ea tempeſtas bonorum mentibus perturbationem afferebat, nec apparebat quinam, & quando tanti certaminis exitus eſſet futurus. Præſens Simoni aderat D. *Dominicus*, ad quem conuerſus quidam ex Ciſtercienſibus monachis, percunctatus eſt, quãdo putaret tanta finẽ mala eſſe habitura? Vaticinatus eſt Sãctus ac reſpondit, bitura quidem, adhuc tamen duratura, dirumque ſecuturum prælium, & multum ſanguinem effundendum ac Regem quendam periturum. Interrogatus an Gallorum ille eſſet? non illum, ſed alium futurum dixit. Eius vaticinium inſequens annus comprobauit, verumque prænunciaſſe demonſtrauit; Exſtinctus eſt enim Petrus Rex Aragonum.

Flamin. in vit. S. Domin.

III. Hac vice non erit operæ pretium pro more præmittere ſtatum forenſem Reipublicæ Chriſtianæ, ipſe enim inſeret ſe textui, cum per eum non parum interim ſit præſtitum. Enimuerò id eſt Lectoribus propinandum, quod anno iam labente Hiſpania diuiſa ſubiacebat partim Mauris, partim Chriſtianis, eò diſcrimine, quod quæ Maurorum erat, vni Principi tota ſuberat; Chriſtiana autem pars quatuor Reges tolerabat. Rex Maurus *Miramolinus*, ſtatuit apud ſe alios quatuor inuadere, vt ſolus Hiſpaniæ imperaret, quod ſciebat à Maioribus ſuis factitatum, Intrauit ergo ille barbarico faſtu Andaluſiam, Boeticam, & quatefecit Hiſpaniæ Regulos, incertos vbi Barbarus ille vellet iram ſuam deſpumare. Quiſque ſibi cauit, vt & timuit, ac denique deprænderunt eum Caſtellę, & *Alfonſo* VIII. eius Regi inminere. Hic autem impar tàm ſuperbo hoſti, aduocauit in opem ſuam *Petrum* II. Aragoniæ Regem, & Sancium Regem Nauarræ, qui ambo protinùs reſponderunt ob pactas conditiones inter omnes tres. Commune periculum omnes ad opus accinxit, quod ità verùm eſt, vt etiam Eccleſiaſticos Præſules miſcuerit armaturæ: acceſſit enim cum copijs ſuis Rodericus Archiepiſcopus Toletanus & Primas, Rodericus alter Epiſcopus Sicotin. Petrus Auilæ, Dominicus Palentiæ, Garzias Frontonius Taraconæ, Berengarius Palauicinus huius Sacri Trinitarij Ordinis Barcinonæ, & alij aliorum Ordinum. Equites etiam templi, qui tunc Hiſpanias incolebant, neque quiſpiam tam ſegnis, aut vecors fuit, qui auderet his caſtris deeſſe.

Roderic. de reb. Hiſpan. lib. 8. Marian. lib. 11.

Intel-

Intellexit etiam eorum anguſtias, & certum periculum Romæ *Innocentius*
IV. Pontifex, qui proinde eminus proſpicere voluit laborantibus, in primis debito recurſu ad Deum exercituum, qui non infringitur, nec terretur vllo numero, quãuis innumero pugnatorũ, ſed ducitur æquitate cauſæ, & pietate eam propugnantium. Quamobrem vt eum nobis conciliaret, indixit communem orationem, publicas ſupplicationes, ieiunia, abſtinentias, non carnium dumtaxat, ſed cuiuſcumque obſonij, pane & aquâ relictis. Imperauit luxum veſtium abſcindi, tàm viris, quàm fœminis, & vtriſque aſſignauit Eccleſias interim frequentandas; Viris S. Petrum in Vaticano, & S. Mariam Maiorem in Eſquiliis; Fœminis autem S. Ioannem Lateranenſem, & S. Crucem dictam in Hieruſalem agri Seſſoriani, voluitque illas Baſilicas accedi ab omnibus nudis pedes, ipſe in omnibus primus.

Epiſtol. Innoc. lib. 3. ep. 15. Reg. edit. Boſquet.

Interim in Vrbe Roma degebat *S. Ioannes* à Matha, qui intellecto periculo, & timore Hiſpaniarum (ſi cuidam credimus) eò conceſſit; (ſi autem digniori fide) deſtinauit eò plures ex ſuis Religioſos Cœnobii Burgenſis, vt Regi Alphonſo in illâ expeditione ſeruirent, quà par erat, prædicando bellaturis, abſoluendi confeſſos, procurando etiam infirmos, & denique liberando Captiuos. Ex his fuerunt nominatim P. Fr. Bernardus, iam tunc dicti Cœnobii Miniſter, Stephanus Menelaus, Rodericus de Penalua, Gulielmus, & Robertus, qui omnes ſtiterunt ſe præſentes Regi Alphonſo, ſua obſequia illi cumulatiſſimè offerentes. Rex etiam gauiſus de eorum acceſſu, ominatus eſt ſibi optima quæque, vel maximè ob ſanctitatem Fundatoris, à quo fuerunt tranſmiſſi. Cumque reuocaſſet in memoriam quod Crux, quam dicti Religioſi præferebant, è cœlo demiſſa fuerit, præcepit omnibus, qui in ſequenti pugnâ debebant manus cum hoſte conſerere, vt ſimilem crucem in veſte præferrent.

Mallea Altun.

V. Iam ad texendum porrò filum hiſtoriæ, noſtrorum exercitus ſatis moderatus erat, quippè qui vix ſeptuaginta millia pugnatorum integraret; Hoſtilis autem horrendum ſtridens, ipſo numero terrefaciebat aſpicientes, quippè, qui quingenta millia (ſi non exceſſerit) acceſſit. Ex his quadraginta millia erant veri nominis Mauri, fuſci cutem, & lanceis armati, octoginta millia erant Equitum etiam Maurorum, qui inde inde circa perſonam Regis caſtra metabuntur, reliqui erant Ianiſſarii & Equitatus egregiè ordinatus. Aderant adhuc tria millia Camelorũ, ſibi mutuò innexa validiſſimis loris in fronte exercitus præmiſſa; Medius omniũ *Miramollinus* ſuperbè amictus byſſo gemmis intertextâ, Alcoranum Mahometis, manu præferens, velut idolum aliquod, aut Oraculum.

His ita diſpoſitis ventum eſt ad prælium, acre illud, & aleæ plenum, niſi Deus Chriſtianorum oſtenderet ſe etiam exercituum Dominum, & plus eſſe fidem, quàm faſtum. Cum enim aliquandiù manus conſeruiſſent, animis armiſque valentes, denique dubia victoria in partes Chriſtianorum inclinauit, & verò hęſit conſtanter, cum etiam cælum colluderet ſuis Cruceſignatis, nam (ſecundum quoſdam) interim in aëre ſignum ſalutare Crucis apparuit, ita non tenuiter vt ipſis etiam Mauris in oculos, & odium incurreret.

Sed quod ſummè inuitat admirationem in hac cauſâ eſt numerus extinctorum, ab vnâ parte ob multitudinem incredibilis, ab alterâ ob paucitatem. Maurorum ſiquidem in eo prælio cæſa ſunt ducenta millia, Chriſtianorum non niſi viginti quinque deſiderati. Ipſe Imperator, faſtu in formidinem verſo, fugam turpis arripuit, non auſus victoris bilem experiri. Rex autem Alfonſus, quem primæ partes prælii æquè ac victoriæ contingebant, gratiis Deo actis, magno animo & pari munificentiâ, quoniam non modicam partem ſuæ fœlicitatis intelligebat deberi PP. Trinitariis, cum quorum inſigniis pugnatum eſt, addidit Conuentui eorum

Bur-

Burgenſi nouos prouentus, & omnibus illis liberam facultatem erigendi alios Conuentus in ſuo Regno. Alii Reges ipſum imitati, nec inferiora ſequuti, ſtatuerunt à dictis Religioſis faciendam eſſe vnam ſat copioſam redemptionem vinctorum, ad quam ipſi ijs ſubſidijs concurrerunt, quæ deinde per eoſdem PP. ex Ciuitate Maruecca trecenta mancipia eduxerunt,

Hoc eodem anno *Sanchius* infans Hiſpaniarum, & Comes Roſsilionis, tria conceſſit PP. Trinitariis: Primum vt in quacumque parte ſui Comitatus poſſint extruere cœnobia. Secundò concedit illis fructus, qui ibidem ipſi proueniebant. Tertiò denique donat ipſis portum de Coquelibra: Ecce Inſtrumentum totius. VI.

Sit notum cunctis, quod Ego Sanctius Comes Roſſilionenſis, filius Aldephonſi Regis Aragonenſium, videns viſibilem fructum, quem faciunt fratres Ordinis Sanctæ Trinitatis ſuper pauperes & hoſpites, & maximè ſuper Captiuos Chriſtianos in omnibus locis Barbarorum Maurorum; & quia eleemoſina furorem Domini ante conſpectum tenuat, & expellit. 1. Ego dictus Comes Sanctius concedo licẽtiam ipſis fratribus, per omnia loca vbi voluerint conſtruere hoſpitalia, & Monaſteria ſui Ordinis. 2. Et Montacia, & vſacia in ipſis locis, vbi conſtructa fuerint Monaſteria ad perpetuum irreuocabiliter & perenniter. 3. Dono, inquam, ipſis fratribus Portum de Coquelibra (vulgò Colibre) tali tenore & modo, vt ſingulariter redemptionem ipſorum Captiuorum, & hoſpitiũ Peregrinorũ & pauperum peragant. Datis Tui IV. Idus Maii Anno MCCXII. Incarnationis Dominicæ.

† Signum Sancii Comitis. Signum † Munionis filii Comitis. Signum † Ermiſeundis filiæ Comitis. Signum † Gombaldi de Ribellis. Signum † Raymundi de Caneto. Signum † Regentis de Orta fanis.

Signum † Petri Pontii Notarii, qui à mandato Comitis Domini mei ſcripſit, & notaui:

ACCEPTATIO S. P. N. IOANNIS A MATHA

Sit notum Cunctis, quod Ego Frater *Ioannes* de Mataplana, primus functus in Ordine Sanctæ Trinitatis, offero Deo, & Sanctis eius omnia dona mihi oblata à Comite Illuſtriſſimo Sancio, & Nobilibus eius, & promitto dare non ſolum pro me ipſas eleemoſinas pauperibus, hoſpitibuſque, & pro redemptione ipſorum Captiuorum, ſed poſterioribus meis ſemper in perpetuum. Datis iiſdem menſe & anno vt ſupra.

† Signum Fratris Ioannis. Signum † Fr. Roderici. Signum † Fr. Hugonis. Signum † Fr. Reginerii. Signum † Fr. Aureoli de Pontiis.
Signum † Fr. Gulielmi de Roruei.
Signum † Petri Poncij, qui à mandato Comitis Domini mei ſignaui.

Neque verò deſijt hic Illuſtriſſimi Principi munificentia, iiſdem enim Patribus, nominatim S. Ioanni, nouo Inſtrumento conceſſit Eccleſiam S. *Maria* de Panizares, ad fundandum Conuentum, cum onere vnius Miſſæ cantandæ pro animâ Regis, ſui patris. Ecce ipſum.

In nomine Sanctæ Triniratis: Ego denique Sanctius Comes Roſſilionenſis, dono vobis Domino Guliermo de Vetula Eccleſiam Sanctæ Mariæ de Panizares, & confirmo eam ad faciendum Cœnobium veſtri Ordinis Sanctę Trinitatis, ſicut dedi cum conſenſu Epiſcopi Fr. Ioanni Matenſi, & hoc dono pro animâ patris mei Regis Aldephonſi, vt ſemper ibi in ipſa Eccleſia decantetis ru, & fratres veſtri Miſſam pro remiſſione peccatorum noſtrorum &c. Datis Elenæ, Id. Auguſt. anno Incarnationis Dominicæ 1212.

† Signum Comitis Sancii. Signum † Petri Gombaldi.

† Signum Ermeſeudis Comitiſſæ. Signum † Petri Bernardi, qui notauit.

Conuenit cum ſuo originali, quod ſeruatur in Eccleſia Eborenſi, vnde deſcriptum eſt.

Et

Et denique idem ipſe nondum bene faciendo ſaturcon, ceſſit & donauit, adhibito etiam conſenſu Comitiſſæ, atque ipſius Comitatus *S.Ioanni* à *Metaplana*, quem vocat interim ſanctiſſimum, hæreditaria bona locorum Lauri & Treſſera, & Cortuera, ad redemptionem Captiuorum, & hoſpitalitatem in pauperes exercendam. Pro exſtruendo autem Conuentu, & Xenodochio, Eccleſiam *S.Mauritij* Martyris; & denique pro pretio captiuorum trecentos aureos quotannis: Ecce omnium indultum.

Nouerunt Vniuerſi, Quod Ego Infans *Sanctius*, Aldephonſi filius, Comes Ruſſilionis, cum conſenſu totius Comitatus mei, atq; Vxoris meæ, propter deuotionem, quam habeo & habere debeo Ordini Sanctæ Ttrinitatis Redemptionis Captiuorum, & tibi Fundatori Sanctiſſimo *Ioanni Mataplanenſi*, & ad eleemoſinam pauperum, & Captiuorum Chriſtianorum, offero ad redimendum ipſos Captiuos, & ſuſcipiendum pauperes & peregrinos, hæreditatem meam in Lauronem oppido & Treſſerram, & hæreditates in oppido Corbarea, & Eccleſiam S. *Mauritij* Martyris, ad conſtruendum hoſpitale, & Cænobium ipſius Ordinis. Et quia Tu, & tui fratres ſanctam & laudabilem inſtitutionem habent ſuſcipere pauperes, & redimere Captiuos, qui ſunt apud Iſmolitas inſulati, & in carceribus poſiti, atque horrendis ferris legati, ſimiliter concedo vnoquoque anno tibi Venerabili *Ioanni* & ſucceſſoribus tuis CCC. ſolidos ad redimendum ipſos Captiuos. Egoque ſimiliter Nunius Sanctius ipſius Comitis F. Signum † appono. Datis *Perpeniani*. Pridie Calendas Nouembris, anno MCCXII. Incarnationis Dominicæ.

Signum † Sancij Comitis.

Signum † Munionis filij Comitis. Signum † Ermiſeudis filiæ Comitis. Signum † Petri Epiſcopi. Signum † Gombaldi de Ribellis. Signum † Regentis de Ortatanis Comitiſſa. Signum † Tomaſij de Lupia, Signum † Raymundi de Caneto. Signum † Petri Pontii, qui notauit.

Concordat cum Originali in Archiuio Elnæ 27. Maii 1629. rigato ab Antonio Zapata Notario Apoſtolico.

VII. Eodem anno inuenio memoriam, tametſi ſuccinctam, & obſcuram, cuiuſdam Monaſterii *Cautalanenſis* in Prouinciâ Campaniæ, in ſuburbio ſub titulo Sancti Saluatoris.

VIII. Sed quod hunc annum ſummè nobilitat, & tradit faſtis inſerendum, eſt fæliciſſimus tranſitus *S.Fælicis* de Valois, Archiredemptoris vinctorum, auſpicis liberatorum, ac totius huius Reipublicæ SS.Trinitatis, cum *S.Ioanne*, digniſſimi coinceptoris. Incidit enim ille in annum mihi iam lâbentem, & Nonas Nouembris, vitæ autem ipſius octogeſimum quintum. Quam annorum ſeriem, quia ſupra proſequuti ſumus heroicis facinoribus, tametſi confertim & indiſtinctè, non erit opus hic repetere Lectori; ſufficit ſignificare, quod ex illo nnmero annorum, Sanctus Senex degerit viginti in eremo *Brodelia* ſolns, tres autem ibidem in ſocietate *S.Ioannis*, reliquos omnes adultus (nam pueritiam præteruehor) in ordiendâ, fundandâ, propagandâ Religione SS.Trinitatis, quam magno Chriſtianæ Reip: emolumento auſpicatus eſt anno 1198.

Enimuerò æternus Deus, qùm ſtatuiſſet huius Beati Viri, & verè *Fælicis* finem dare laboribus, præmio principum, ab ipſomet toties oratus, vt ſuum ſpiritum adhuc vegetum è fatiſcenti corpore educeret, annuit oranti, & deſtinato ex cælis nnntio Angelo, monuit inſtare ei vitæ periodum iàm tum in proximo abſoluendam, ita preſsè ac diſtinctè, vt non modò menſem anni, & diem, ſed & horam ipſam aſſignaret, quâ exactâ ſibi ſiſti deberet in Empyreo, in quo eum chori iuſtorum expectabant. Poteſt quiſque apud ſe cogitare, non poteſt cogitando aſſequi, quantâ adipe & pinguedine repleretur anima eius, dum intelligeret ſe huic

exi-

exilio ereptum ad natalem Paradiſum fore transferendum: Vnde non deſinebat Deo gratias,ſibi pœnitentias cōdenſare,orationes longiùs protrahere, ſæpiùs iterare,& denique ijs præſidiis ſe itineri accingere,quæ ſignificarent eum properare.

Quæ cùm omnia Superis oppidò placuiſſent, ipſi alium itineris indicem ei immiſerunt, ſymptomata calidæ febris. Ea ille tanquam arrham fœlicitatis imminentis amplexus, ad calcem deſinentis Octobris curauit ad ſe vocari filios ſuos, benedicturus ſingulis,vt *Iacob*.In primis autē intimauit illis,quàm velox eſſet depoſitio tabernaculi ſui; quod qùm præſentibus lachrymas expreſſiſſet,ille omnes abſtergere cœpit,pollicitus ſe plenius poſtea ſubuenturū eis, quam dum illis hic cōuiueret. Tum autem diſpoſuit aliqua circa œconomiam cœnobij,deinde breui, ſed emphaticā paræneſi omnes hortatus eſt ad mutuam charitatem, regularem obſeruantiam,& quàm maximè Captiuorum libertatem,quippè principem finē, & ſcopum ſui Inſtituti.Petijt etiam ab omnibus offenſionum (ſi quæ inciderint) indulgentiam. Geneſ. 49.

Quibus ſummæ pietatis praxibus defunctus,ſpiritu conualeſcens, tametſi corpore fractus,erexit ſe,& cum cæteris integrauit ſupplicationem, inde ordinatam in Eccleſiam,interim modulando Hymnum gratiarum *Te Deum laudamus*; tum verò voluit coram ſe ibi Miſſam legi,in quā ipſe Sacramentum Dominici corporis tanquam itineris viaticum accepit. Deinde autem vnā horā hæſit contemplationi impenſus,ac quādam extaſi abſorptus. Et tunc *ſciens probè,quia venit hora eius,vt tranſeat de hoc mundo ad Patrem*, inuocauit matrē miſericordiæ *Mariam* vt in vltimo diſcrimine tàm periculoſæ luctæ ſibi eſſet auxilio. Audiuit orantem illa,& protinùs apparuit,Angelorum globis ſtipata,& ad ipſum ſereno vultu verſa,edixit nè timeret artes,aut impetum communis inimici, ſe enim eum reddituram omnibus ſuperiorem.Inſtitit ille orare,dignaretur etiam Conuentum illum in præſidium ſuum aſſumere; quod cum illā ſpopondiſſet, Angelis interim concinentibus efflauit animam,corpore ſolutam,cæleſti aulā excipiendam. Ioan. 13. v. 1. Hippol.Marac.de fundat. Marian.

Deus autem cui omnia viuunt,neque deſinunt opera noſtra,ſed perpetuò obijciuntur,ſtatuit magnis experimentis Mundo ſignificare, quam grata ſibi fuerint illa *Felicis*. In primis enim, cum ille expiraſſet, æra Campanarum ſe ipſis ſonuerunt, æditiuo abſente, nullo mouente, omnibus ſtupefactis. IX.

Ad hæc, eādem illā horā (ne inquiam inſtanti) anima illa Beata in Galliā corpore emiſſa, Romæ in Italiā apparuit, cui putes, niſi comiti ſuo *S. Ioanni à Matha*? radijs præ ſolaribus illuſtris, & ſeriò aſſerens ſe cælos aſcendere,fruiturum præmiis meritorum; Ille Religioni propagandę incumberet; nam paulò deinde idem iter ei emetiendum eſſe,& vtrumque loco iungendos. Mac.cap. 10. Alium c.37.

Religioſi domeſtici apud *Ceruum-Frigidum*,funus ei procurarunt quàm potuerunt ipſo dignum, & intulerunt cadauer eius caueæ cuidam in clauſtro, vt tunc moris erat. Sed omnis ille apparatus cælo viſus eſt minor meritis defuncti, vnde & ipſi plura ad pompam addiderunt. Emiſerunt enim radios, qui buſtum eius ferirent,ſtellas quæ illuſtrarent,quaſi accenſis faculis,& cadaueri circumfuſis.

Granatæ obijt infans quiſpiam magno parentum dolore, qui quidem ſingulari affectu ferebantur in vtrumque hunc Sanctum Patriarcham,atque eorum Inſtitutum.Domeſtici & amici iam diſpoſuerunt omnia funeri efferendo,vt cadauer Eccleſię,& in eā ſepulchro inferretur.Sed parentes fide,& ſpe in Sanctos animoſi,attulerunt imaginem, quam apud ſe ſeruabant *SS.Felicis*, et *Ioannis*, eamque exanimi corpuſculo applicarunt,inuocando nomina eorum,& petendo enixè poſtliminium vitæ ſuę proli gemitibus inenarrabilibus, votis magis quàm vocibus facundi. O Dei pietas! O merita piorum! infans ille hactenus cadauer,motitare ſe, cœpit diducere palpebras, & intueri adſtantes, quibus etiam manus & brac-

chiola protendebat, argumenta recuperatæ vitæ, & à Sanctis acceptę. Superſunt plura adhuc portenta; ſed quia vtrique (vt eſt etiam iſtud) communia in alterius monumentis referentur.

X. In ſuperioribus, etſi obiter, indicaui vnam huius anni redemptionem ab his Patribus factam trecentorum capitum ex Vrbe *Murcia*. Hic addo alteram adhuc magis copioſam trecentorum nouem mancipiorum, quæ FF. *Hugo* Anglus, & *Gulielmus* de Vetula, Almeriam in Betica profecti, inde extulerunt libertate donata.

XI. Addo etiam Conuentibus erectis adhuc vnum (neque tamen ſolum) illum de *Piera*, quem S. Patriarcha voluit eſſe vltimum, & quaſi coronidem ædium ſuarum in Hiſpaniâ. Nam rediturus Romam illum exſtruxit ad tres leucas à Sanctuario illo celebri B.V. *Montis Serrati*, vt vicinam haberet aduocatam, Sunam itidem inquam *Mariam*, terribilem quaſi aciem caſtrorum. Struxit autem illum omni ſuppellectile neceſſariâ ditatem, ſed & annuo prouentu præ aliis, cum totũ oppidum illud Patrum vſui eſſet aſſignatum, & adhuc alia. Erant autem illius domini in ſolidũ DD. de *Moncadas*, hodie Marchiones Aytonæ, qui & Patribus fundum dederunt ad vnum ſclopi iactum extra illud, ſimulque totum territorium circumpoſitum. Degerunt ibi PP. pluribus annis, ſeruantque traditionem à maioribus ſuis acceptam, quod in eodem ſuo Conuentu *S. Ioannes* à Matha, hoſpitio ſimul exceperit, alios duos totidem Ordinum Patriarchas, *SS. Franciſcum* Seraphicum, & *Dominicum* Guſmanum, in cuius monomentum, ne aut vetuſtati, aut obliuioni cedat tàm ſancta ſocietas, adhuc hodie in ſummo altari viſitur ipſe Medius duorum; alij ambo hinc inde, ita illum ambientes, vt dexterâ eius *Franciſcus* ſiniſtram *Dominicus* ad ſe tenſam excipiat; vnde denique ipſe ille Conuentus S. Franciſci dicitur à vicinis, tametſi alij plures eum Trinitarijs aſſignent.

Gonzal. f. 30. Mallea 170.

Locus habet competentes aulas & officinas, atque in vno quadrante illius nuper exceptus eſt à PP. *Gaſpar Guſman*, de Braneamonte Comes *Pignoranda*, qùm Hiſpaniam repeteret, defunctus proregnatu Neapolitano.

XII. In eundem annum incidit erectio domus *Barrenſis* in Scotia, per S. *Vvilhelmum* Regem, qui & illi conceſſit agros de Diſart, de Farnel, de Liman, de Vſan, de Roſſij, & de Boiſac. Eius primus Miniſter fuit *Georgius* Blakus: Monaſterium pro 35. Fratribus alendis ſufficiebat. Idem Rex *Gulielmus*, antequam moreretur *Richardo* Haio Epiſcopatum Dumblanenſem, & *Roberto* Ogilbæo Epiſcopatum Liſmor: conceſſit, qui Romam continuò profecti ab eodem *Innocentio* inaugurati ſunt; quorum alter Richardus Epiſcopatum per ſexdecim annos adminiſtrauit, alter Robertus ſolum per ſex annos ſedit.

Fig. f. 39.

A N N V S

CHRISTI DOM. N. 1213.	FRED. ELECTI IMP. OCCID. 2.
INNOC. Pp. III. 16.	RELIG. SS. TRIN. 16.
HENR. IMP. ORIEN. 8.	INDICT. 1.

B R E V I A R I V M.

1 *Notabilis animus & exercitus puerorum in Terram Sanctam vadentiũ.*

2 S. Ioannes *ex Hiſpania Romam redit, vbi à Pontifice cum applauſu exceptus, accipit confirmationem poſſeſſionum ſui Ordinis.*

3 *Idem Sanctus conuocat Patres ad Comitia generalia ſui Ordinis.*

4 *Erigitur Ordini Cœnobium* Meldenſe: *Et exhibetur Inſtrumentum donationis facta Conuentui Dertuſenſi ab Epiſcopo loci.*

Magna-

MAgnanimus heros *Innocentius* Pontifex tria ſatis ardua ſibi præſtituit hoc I.
anno præſtanda. Primum erat exauctoratio *Othonis* Saxonis à dignitate
Imperiali: Alterum prouiſio auxiliorum ad recuperationem Terræ Sanctæ; Vl-
timum indictio Concilij Oecumenici Vniuerſalis Eccleſiæ. Et primum quidem
iam antea cœpit, tametſi necdum perfecerit, Othone gradum ſuum mordicus
retinente,& aliquorum ſuppetiis fulto: Ad alia duo expedienda enciclycas litte-
ras per Europam ſparſit,omnes ad ſacrum bellum inuitans, & denique alias ad
Antiſtites & Principes Orbis,quibus Synodum Catholicam indixit triginta dein-
de menſibus Romæ celebrandam,nempè Cal.Nouemb.ann.1215.

Eſt autem ſcitu & notâ dignum,quod occaſione inuitationis,quam dixi ad Sa-
cram expeditionem in Palæſtinam,ingens puerorum diuerſæ ætatis, & conditio-
nis multitudo, fermè viginti millium,ex Galliâ & Germaniâ, Cruceſignati, quaſi *Cantiprat. de Apib l.2*
diuinitùs moniti eſſent Terram Sanctam recuperare, cantilenam modulantes, *§.24. Pariſ. in Ioan. S.*
Domine Ieſu Chriſte Crucem ſanctam nobis reſtitue &c. Hieroſolymam proficiſci *Anton. Tit.*
ſtatuerint,tantâ animorum obfirmatione vt nullo modo à propoſito dimoueri poſ- *19.*
ſent, quorum exemplo ingens alia multitudo omnis pariter ætatis ſexus, &
conditionis, ſeſe mutuò cruceſignantes, iter idem aggreſſi ſunt. Turmatim autem
diuerſa itinera aggreſſi partim à prædonibus & piratis, terra marique ſpoliati;
ſubmerſi, aut Saracenis venditi ſunt,partim maris tempeſtate,aut in ſiluis, & de-
ſertis locis, æſtu, fame, & inopiâ perierunt; reliquis cum ingenti confuſione ad
propria redeuntibus. Quos quidem in hanc inſaniam Diabolicis illuſionibus in-
cidiſſe,plerique fatentur;Quidam etiam,arte Senis, vel Vetuli de Monte Arſaci-
darum, ſiue Aſſaſinorum Principis id factum aſſerunt, quò pueros iſtos ad ſua
homicidia.& ſcelera more ſuo educaret. Suntque alij,qui obſeruent ex illis pue-
ris, qui Saracenis venditi ſunt,multos Martyrij palmam conſecutos eſſe, quod
nunquam induci potuerint ad fidem abnegandam, & ad locum quendam vbi
multi naufragio perierunt poſtea à *Gregorio* IX. erigi iuſſam Eccleſiam, No-
uorum Infantum dictam, quorum corpora in terram proiecta integra perman-
ſerunt.

Iam vt propria proſequamur, *S. Ioannes* à Matha ſicut ſemper fuit coniunctiſ-
ſimus *Innocentio* Pontifici, ita hac tempeſtate ſimiles etiam cogitationes aſſum- II.
pſit. Ille Eccleſiæ Synodum vniuerſalem celebrare decreuit, hic Ordinis ſui Co-
mitia generalia: Abſolutis ergo tantâ fœlicitate negotiis ſuis citra Alpes, iam
vltra illos in Italiam retendit, & appulit Romam ad ſuum *S. Thomæ* conuentum,
vbi exceptus eſt eo plauſu à filiis ſuis quem cogitare magis,quàm exprimere poſ-
ſumus. Ipſe etiam ſummè lætatus eſt,cum videret cœnobium auctum eſſe non mo-
do fabricâ,ſed & regulari diſciplinâ,ſuper quo immortales gratias egit authori
omnium Deo. Tum etiam *Innocentium* Pontificem acceſſit,cuius pedibus pronus
expoſuit lentè ac latè,quæ in Hiſpaniâ,& Galliâ interim geſſit;quid illi cum Re-
gibus interuenerit,extructa cœnobia,multiplicatos prouentus,Captiuorum cen-
turias in libertatem vindicatas. Quibus auditis optimus Pontifex tenerâ lætitiâ
in lachrymas ſolutus eſt, quod videret Religionem à ſe cœptam & probatam
tàm inſignes progreſſus ſuo tempore feciſſe. Vnde etiam exclamans in has voces
erupit. *Benedictus Deus qui in tantis Eccleſiæ calamitatibus, prouidere illi dignatus*
eſt Religioſum Ordinem,viris Apoſtolicis inſignem,vt & fideles ædificent, & infideles
conuertant. Atque ad Sanctum conuerſus. *Pete* (inquit) *quod voles ad hoc Ordi-*
nis augmentum; Ego enim in promptu habeo illius progreſſum iuuare. Sanctus au-
tem in primis ei vberes gratias reddidit, neque aliud interim poſtulauit, quam
vt Sua Sanctitas dignaretur Apoſtolicâ authoritate confirmare largitiones Prin-
cipum & aliorum fidelium ipſi, atque eius Ordini in itinere illo factas. Quod

abundè præſtitum eſt, vt conſtat ex diplomate Papali, quod ſuper iſtis confirmationibus emanauit.

III. Quia verò Religio ipſa quanquam vix ſex decennis, tàm exiguo ſpatio temporis tàm vaſtum terrarum Orbem obiuit, Aſiam, Europam, & Africam amplexa, magno Conuentuum numero, maximo Conuentualium, ne proinde illa paſtorali regimine careret, ſtatuit totius Comitia generalia indicere, eò magis quod iam tunc Coauſpex & Compaſtor eius S. *Felix* reliquit eam ſuo abſceſſu orphanam. Igitur ille etiam encyclicis litteris ad Patres Ordinis, annum, & diem Capituli celebrandi illis ſignificauit. Qui cum veniſſent, & ſimul eſſent, in primis aſſignarunt methodum ſimilia Comitia in perpetuum poſteà celebrandi, atque etiam illam, quâ Miniſtri Generales, & Prouinciales eſſent eligendi. Statutum vt enixè omnes incumberent in opus Redemptionis: Actum etiam de modo ſtudiorum, atque inter alia ordinatum eſt quoto Sabbatho apud ipſos fieret officium de B. Virgine *Maria*.

Hippol. Mar. in fund. Marian.

IV. Quoad domorum fabricam, hoc anno inuenio ſolùm Cœnobium *Meldenſe* Ordini erectum, & ſine dubio dotatum. Supra in loco diſpoſui erectionem Conuentus *Dertuſenſis*; hoc autem anno inuenio donationem factam eidem ab Epiſcopo loci. Exemplar Inſtrumenti fideliter exhibeo, ex Archiuio matricis Eccleſiæ Dertuſenſis.

Ad honorem ſanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Nos Pontius Dei miſeratione Dertuſenſis Epiſcopus, & Laurentius Prior eiuſdem loci, & Capitulum, Donamus, & concedimus Vobis Gulielmo *de Vetula Miniſtro Sanctæ Trinitatis, & Captiuorum in Aragonia & Catalaunia, & Vobis* Bernardo *de Sarriano Miniſtro Sanctæ Trinitatis apud Dertuſam, & vobis* Raymundo *de Rugira, fratribus Sanctæ Trinitatis præſentibus & futuris Oratorium in illo Hoſpitali, quod donauit, & fecit Vobis Gisbertus Ciuis Dertuſenſis intra muros Ciuitatis iuxta portam Tamarit. Ita ſcilicet &c.* Actum eſt 20. Ianuarij anno 1213. & ſubſcribunt Epiſcopus *Pontius*, *Laurentius* Prior, cum tribus Canonicis, Miniſtro, & teſtibus.

A N N V S.

IESV CHRISTI D. N. 1214.	FRED. OCCID. 3.
INNOC. PP. III. 17.	RELIG. SS. TRINITATIS 17.
HENR. IMP. ORIENT. 9.	INDICT. 2.

B R E V I A R I V M.

1 *Obitus & ſanctitas* Vvilhelmi *Regis Scotorum.*

2 Philippus *Rex Franciæ eligit* S. Ioannem *à Matha Theologum ſuum pro Concilio Lateranenſi.*

3 S. Ioannes *per Angelum admonetur mortis ſibi imminentis.*

4 *Proinde ſolito ſibi auſterior auget exercitia pœnitentiæ. Eius iaculatoria orationes, & emiſſio animæ.*

5 *Dum exueretur habitu religioſo eius cadauer, apparuerunt cilicia, & catena ei obducta.*

6 Innocentius *Pontifex præcipit cadauer in alto pegmate exponi populorum pietati. Miracula ab eo interim patrata.*

7 Innocentius *Pontifex, adhibito Cardinalium conſilio, decernit ei honores, Buſtum, & Epitaphium quod deſcribitur.*

8 *Cadauer emittit ſuauiſſimum odorem, etiam liquorem ad infirmorum ſanitatem.*

9 *Digreſſio de euentu cultu Sanctorum huius Ordinis Patriarcharum*

Ioan-

Ioannis, & Fœlicis.

10 *Sententia pro cultu eorum ab imme-morabili, data à Cardinali Pontificis Vicario.*

11 *Eadem ſententia à S. Congregatione Rituum confirmata.*

12 *Diploma* Clementis *Papæ Noni, definitiuum cultus horum.*

13 *Lectiones, & oratio propria his Sanctis à Sede Apoſtolica conceſſa. Iam ſunt relati in Martyrologium.*

14 *Secundùm primitiua Eccleſiæ vſum erant vterque in apotheoſim relati antecedenter.*

15 *Recenſentur miracula aliquot ab vtroque Patriarchâ patrata.*

16 *Opera à S.* Ioanne *conſcripta.*

17 *Epigramma quoddam ipſius.*

18 Berengarius, *et* Angelina *coniuges inſigni dono afficiunt Ordinem SS. Trinitatis. Adfertur diplomatis exemplar.*

19 *Denique eodem anno ab his Patribus peracta eſt inſignis redemptio Chriſtianorum. Eruerunt enim Maurorum manibus et carceribus, centum et octo captiuos.*

HIs annalibus, & eorum Authore dignum eſt vncialibus litteris deſcribere feliciſſimum obitum *VVilhelmi* Regis Scotorum;(ille quippe hoc præſenti contigit apud Sterlingum);fuit enim VVilhelmus huic Sacro Ordini iàm tum ordienti altè addictus, vt etiam palatium ſuum illi contulerit ad cœnobium ſtruendum, & aliàs non modo prouidâ regni gubernatione, ſed etiam vitæ ſanctitate inſignis, vt etiam miraculis adhuc viuens clareret. Sepultus eſt in *Abbirbrothi* in ſacro adyto,ſeu choro primario,ante ſumma aram. Quo anno defunctus eſt, in Martio duo Cometæ humano aſpectui terribiles, alter Solem præcedens,alter ſequens, viſi ſunt; ſequenti anno peperit bos in Northumbria capite ac collo vitulum, cætera pullum equinum: In Autumno verò Lunæ duæ ſeiunctæ patentibus duobus cornibus viſæ. Statim atque Vvilhelmo defuncto *Alexander* filius Patri in Regnum ſucceſſit,iuſtis paternis faciendis quatuordecim diès vacauit,inque omnem Scotiam edixit ne quis eo anno ludos, aut magna celebraret conuiuia, vt nemo luctus vllo in loco expers eſſet; vt per omnia templa exequiæ ſolemnes, Sacra, ac ſupplicationes fierent. Ipſe Rex toto anno cum omni familia non aliâ quàm pullâ veſte vſus eſt. Concilio poſtea *Edimburgi* indicto, cum plurima in ſalutem regni ſtatuiſſet, Iudices per omnem Scotiam in qualibet Ciuitate optimos quoſque viros, qui populo controuerſias omnes, iuſque definirent, legi iuſſit. Duos inſuper Legatos Romam, ſuo nomine,obedientiæ ſuæ demonſtrandæ gratiâ,miſit. I.

Hect. Boet lib. 13. hiſt. Scot.
Ioan. Maior lib. 4.

Eodemque anno ærâ Hiſpanicâ 1252. pridie nonas Octobris extinctus eſt *Alfonſus* Rex Caſtellæ, in eumdem Ordinem ſatis pronus, ne dicam prodigus; militiæ, domique clariſſimus anno ætatis 57. non dum exacto, regni tamen 54. per tres menſes inchoato; erat enim trimulus duntaxat, cum Patri ſuo ſucceſſit.

Roder. Rer. Hiſp. lib. 8.

In ſuperioribus cœpi libare indictionem æcumenici cœtus in Vrbe Româ ab *Innocentio* Pontifice factam, & re apſè expletam anno ſequenti. In eo conuenerunt Præſules numero quadringenti duodecim;Patriarchæ duo, Archiepiſcopi ſeptuaginta vnus,Epiſcopi trecenti quadraginta, Abbates duodecim, Priores octingenti, Oratores Imperatorum Orientis,& Occidentis,Regum Hieruſalem, Hiſpaniæ, Galliæ, Angliæ, & Cypri. Calente autem negotio, & quoque Principe rebus ſuis prouidente, *Philippus* cognomento Auguſtus, Franciæ Rex, motus egregiâ & ſolidâ opinione, quam ſemper geſſit de dotibus B. Viri *Ioannis* à Matha, obtento in primis aſſenſu Pontificis, ipſum nominauit Theologum ſuum in Concilio, qui proinde cum alijs ſuffragij iure potiretur. Neque dubitari poteſt quin ille vtrique Principi pariturus Vrbem accederet, loco & vo- II.

Acnar. c. 12. Dan. in hiſtor. Barbar. fol. 476.

to potiturus, niſi ſecreta iudicia D. Dei ipſum aliò vocarent, in cęlum ſcilicet, vbi in perpetuâ fęlicitate meritorum ſuorum mercede frueretur.

III. Enimuerò æternus Deus qui omnia ſuis lancibus appendit, cum videret ſeruum ſuum annis fatiſcere, laboribus & pęnitentiâ cęſum, noluit eum diùtius huius vitæ moleſtijs luctari, eò magis quod ipſe *Ioannes* pertæſus mortalitatis cupiebat diſſolui, idque contentiſsimâ prece ab illo poſtulabat, Cum igitur ille quâdam die calentibus votis ad patriam ſuſpiraret, & ad illum vultum, quem deprecantur omnes diuites plebis, Deus exauditor deſtinauit ad eum vnum ex Angelis ſuis cęlitùs, amictum lumine, & ſolis inſtar ſerenum, qui ſuo nomine ſignificaret ei exauditas eſſe preces eius, & reapsè implendas, ante exactum vnius anni circulum; quod ille effatus euanuit.

Pſal. 44. v. 14.

IV. Non facile exponam quo gaudio exiliuit vir Sanctus, cum iſta exciperet; quàm ille lætatus in his quæ dicta ſunt ei, quod in domum Domini iturus. Quanquam enim additum ſit interuallum aliquod temporis ei ſuperandum, & adhuc deberent ſtantes eſſe pedes eius in atrio tantùm ſupernæ Hieruſalem, tamen certitudo brauij, & futura comprehenſio eum ita demulcebat internè, vt nihil externum æſtimaret. Rectè autem cènſuit in Paradiſum properai patientiâ & laboribus, non impetu pedum aut crurum; & proinde cœpit ſibi imperare acriora ieiunia, longiores vigilias, repetitos ictus flagrorum, ne quid addam de diuturnitate precum, & extaticâ contemplatione. Ego illas neque poſſum, tametſi velim, neque volo etſi poſſem huic compendio inſerere, quæ plenis voluminibus egerent. Sat cenſeo à me factum iri, ſi ſtricturas quaſdam, quaſi ſpicula iaculatoriæ orationis ipſius adſcribam, quæ fuerunt ſequentes.

Pſal. 121. v. 2.

Domine quid me vis facere? quis mihi dabit pennas Columbæ? & volabo & requieſcam. Quando veniam et apparebo? multum incola fuit anima mea. O Deus quàm eſſem illi obſtrictus qui me induceret illi via quâ ad cælum itur. In hoc Mundo nihil eſt ſolidi: Vota cordis mei ſunt Deum adquirere. O vtinam Ego aliquando me precio vendere poſſem, quo quiſpiam captiuus redimeretur. Non poſſum nequidem cogitatione aſſequi quanta ſuauitas inſit vitæ auſteritati, atque illius inſtrumentis, cilicijs, catenis, flagris, et denique Cruci D.N. Ieſu Chriſti. Non timeo aliud à Deo; hunc autem timeo amanter, vt mallem millies mori, quam vel vnum veniale delictum ſeriò, et ſedatè comittere.

Binet. in vit. ſudator. Segenoi. fol. 176.

Vt arctor et vi illatâ impedior ne Deo meo vnior, et experiar quam longè aliud ſit ſperare eum, et amplecti?

V. In iſta enim & iſtis ſynonima paſſim prorumpebat. Induit intro ad autem ſagum cilicinum, armando ſe ad repugnandum ſibi, tam conſtanter & ſeriò vt nunquam illud, neque die neque nocte exueret, ſiue ſanus, ſiue infirmus; & cum febribus arderet, interim opprimebat ſe eo pondere; eiuſque aculeis, quod etiam mortuus deprehenſus eſt circumferre. Deinde autem ingraueſcente morbo aperuit filijs ſuis cęleſte oraculum de morte ſibi imminente, & ſolabatur eo auditu triſtes; animabat audientes ad regularem obſeruantiam, reciprocam charitatem, & in primis illam Captiuorum, quam ſibi in ſcopum propoſuerunt; quæ atque idgenus alia cum repeteret ſępe, ſuperuenit ille December qui cum debebat huic carceri eripere, in libertatem gloriæ vindicandum. Sed & ſuperuenit nouus atque acrior paroxiſmus ſæuientis morbi, quem ille intelligens eſſe tranſitus indicem, petijt impendi ſibi extremam vnctionem, & ſanctiſſimam communionem Euchariſtię. Domeſtici interim, & filij eius ſtabāt, circūpoſiti lectulo illius, quibus ille tanquam *Iacob* benedixit. Sibi autem, inſtar *S. Ioannis* Euangeliſtæ, voluit triduò ante obitum ſuum aperiri ſepulchrum cui denique debebat inferri, & præterea arma ſuæ malitiæ quibus ſcilicet triformem hoſtem humanitatis noſtræ,

quaſi

quaſi *Gerionem* quendam tricorporem expugnauit, ſcilicet ſaga cilicina, flagella, ... catenas, cruces, atque alia domitæ carnis inſtrumenta, omnia ferè ſuo ſanguine imbuta. Tum verò per ſolidum diem hæſit altiſſimâ contemplatione abſorptus; & ſibi redditus, cum videret circumfuſam prolem magno numero, & pari affectu, petijt ab omnibus veniam errorum, ſi quando quempiam aut iniuriâ aut ſcandalo offendiſſet. Deinde apprehensâ icone Crucifixi, quam etiam lachrymis rigabat, miſcuit cum authographo eius Chriſto D. dulciſſimos & dignos ipſo ſermones, in quibus qùm abſoluiſſet verſiculum illum, *In manus tuas Domine commendo Spiritum meum* meũ, protinùs diductum eſt magno hiatu cęlum, indequedeſcendit globus ignis, aut lucis, atque in eo (vt creditur) Chriſtus, qualis òlim ei quem dixi Euangeliſtæ; vt bona fide poſſimus vſurpare hìc Biblicum illud: *Mortuus eſt Moyſes ſeruus Domini in oſculo Iehouah*, vt habet Hæbræũ; Deuter. 34. v. 5.
Tum enim expirauit noſter Dux & legifex qui populum Chriſti plurimo exilio & captiuitate eduxit, ſanctus *Ioannes* à Matha, XVI. Cal. Ianuarij, anno ſalutis 1214. ætatis ſuæ 56. Inſtitutę Religionis 17. ipſą die recurrente quâ illius Apoſtolicam confirmationem impetrauit.

Domeſtici, autem Religioſi & filij illius cadauer eius extemplo in partem abſtraxerunt, tum ne impetu turbæ certatim accurrentis læderetur, tum vt ipſum decentiùs indutum ſepulturę præpararent. Qùm autem præſenti habitu eum exuerent, apparuit illis ferri catena, & intractabile cilicium, quibus erat etiam in morte præcinctus. Tum verò monuerunt *Innocentium* Pontificem ſuæ iacturæ, & erepti patris; iſque altè doluit non tam ipſorum damna, quàm Eccleſiæ Catholicæ, quæ in ipſius abſceſſu imminuta eſt ingenti columnâ, & egregio Doctore. Deinde conuocatis Cardinalibus, & Prælatis interim in Curiâ degentibus, magno apparatu ac maieſtate honeſtauit funus eius: Qumque acceſſiſſet feretrum in quo cadauer proſtabat, exhibuit ei eam reuerentiam, quam ſolent Summi Pontifices reddere ijs quos volunt, aut ſciunt faſtis ſanctorum adſcriptos.

Antequàm eum ſepulchro inferrent, extulerunt in Eccleſiam, turbâ tam confertìm irruente, vt non potuerint coerceri vllâ induſtriâ, nequidem ſatellitio Pontificis, tametſi lanceis armato. Quod cùm ipſe Pontifex notaſſet, præcepit cadauer alto pegmate eleuari, cunctorum oculis adſpiciendum; ad quod impunè præſtandum, ipſe ibi reliquit ſatellitium ſuum, ſiue haſtatorum globum, ad corpus toto quatriduò ſeruandum, voluitque officia Eccleſiaſtica in vltimum diem differri, quo ſcilicet expectabatur ſatiandus aliquando ardor ille populi, & opportunitas diuina celebrandi. Quibus ita diſpoſitis Pontifex cum illo magnifico comitatu palatium ſuum repetiuit.

Toto quatriduò quò cadauer viri Sancti hæſit ibi expoſitum populorum concurſui, veniebant certatim nunquam ſatiandi eius aſpectu, tactu, & vel ipsâ viciniâ. Colligebant ſegmenta veſtis, globulos Roſarij, & quæcumque poterant, imò quibuſdam ſatisfuit tacta tetigiſſe, ſiuè affricaſſe ſua alijs; quæ corpus aut veſtem eius attigerunt; nec nequidquam: Etenim altiſſimus Deus, cui non deſinunt obijci ſeruorum ſuorum merita, neque pereunt ceſſando, palam aperuit Mallea c. 18.
inſignibus argumentis quanti faceret defunctũ. Intereà enim edidit plura ac varia portenta. Fęmina quædam vno brachio multis annis manca, vt penitus eius vſu fuerit deſtituta, ad cõtactum Sancti, protinus vſum eius recuperauit; Quatuor cęcis viſum reddidit, cum oculos ſuos admouiſſent viri ſancti manibus; atque alia non pauca patrauit, quæ à Pontifice *Innocentio* audita, nihil admirationis ei attulerunt, quippe iam conſcio tam eminentis ſanctitatis, quæ etiam poſſet in plura & maiora prorumpere.

Vnde ille intra quatuor dies, quibus proſtitit in templo, collato negotio cum VII.

Car-

Cardinalibus decreuit illos honores ei impendere; quos tunc ſæculi Pontifices concedere ſolebant viris in apotheoſin relatis, putà eleuare cadauer ſupra & vltra pauimentum ad buſta digniora, vbi à nemine calcari poſſet, benè autem ab omnibus adorari &c. Quamobrem erexit ei ſepulchrum eminens ſecùs maiorem arā, interim ex latere, deinde autem ex marmore fabrefactum, cui incidi fecit Epitaphium hoc (vt creditur) ab ipſo confectum.

ANNO DOMINI INCARNATIONIS M. CXCIX. PONTIFICATVS VERO DOMINI INNOCENTII TERTII ANNO PRIMO, DECIMO QVINTO CALENDARVM IANVARII, INSTITVTVS EST NVTV DEI ORDO SANCTISSIMAE TRINITATIS ET CAPTIVORVM, A FRATRE IOANNE, SVB PROPRIA REGVLA, SIBI AB APOSDOLICA SEDE CONCESSA. SEPVLTVS EST IDEM FRATER IN HOC LOCO, ANNO DOMINI MILLESIMO DVCENTESIMO DECIMO QVARTO, DECEMBRIS XXI.

VIII. Sed hæc anticipatè prolepſi quādam præmiſi, nam cohærentia hiſtoriç poſtulat illis præmitti, quod idem Pontifex vltimo quatridui, cum eādem pompā, & comitatu Principum ac ſatellitio rediuit ad funus eius, quod voluit ſuo ære conſtare; Item officium mortuale cantari à muſicis ſui ſacelli, quantā poterat celebritate; denique autem intulerunt eum inſigni ſepulchro, tametſi extemporaneo, cui inſcribi fecit lineas quas præmiſi.

Neque illud negligendum eſt, quod cum inde exhumaretur nouo ſepulchro ex marmore & iaſpide, iuſſu & ſumptu Pontificis inferendum, halauit in circumſtantes miram odoris fragrantiam, atque ex ipſo corpore manauit liquor quiſpiam, ſimilis illi Sancti *Nicolai* Barenſis, tametſi non par, ſiue in tantā copiā; quem colligentes reuerenter plures experti ſunt efficacem contra morborum ſuorum moleſtias; Propter quod dimiſerunt in ſepulchro eius hiatum, per quem humor ille ſcaturiret. Et denique non eſt diſſimulandum quod cum Conuentus ille incendio correptus periret, ſancti buſtum integrum & illæſum flammis permanſit cum ſuo Epitaphio, quod flamma non eſt auſa violare.

Mallea cap. 81.

DIGRESSIO

DE CVLTV DVORVM PATRIARCHARVM.

IX. Quorumdam leuicula crudelitas, & zelus citra ſcientiam, in deferendo cultu Dei ſeruis huic ſæculo ſubtractis, fecit vt Romana Eccleſia, mater & magiſtra aliarum, grauiter ac maturè cauſam tam arduam proſequuta, canones aliquot ſtatueret, quibus intemperiem vulgi in adorandis defunctis coerceret. Summè autem ſolemnis eſt ille *Vrbani* Papæ VIII. qui anno *1636*. Pontificatus ſui 13. ſingulari Reſcripto & Apoſtolicā authoritate cauit ne cuipiam cultus vel etiam titulus Sancti aut Beati deferretur, niſi à Sede Apoſtolicā eum honorem accepiſſet, aut certè ipſe eum ab immemorabili tempore poſſideret. Quorum duorum cum quodque ſufficiat, horum Patriarcharum filij ad eorum cultum non cenſuerunt alterum hoc procurandum, cum primum illud poſſiderent; hoc eſt, iudicarunt nequaquam ſibi neceſſariam fuiſſe nouam Canonizationem aut Beatificationem horum Patriarcharum, cum ambo illi totum honorem vtriuſque iàm diù multumque ab immemorabili tempore, toto ferè terrarum Orbe poſſiderent. Cum enim Eccleſia non poſſit vniuerſim errare, ſiue ſermo ſit de temporis, ſiue de locorum vniuerſitate, videtur certus ac ſolidus ille cultus, qui vtramque vel etiam alteram vniuerſitatem complecteretur.

Quamobrem illi in id incubuerunt, vt conſtaret legitimè cultùm illum ab immemo-

memorabili delatum eſſe. Et verò id illi voluerunt, vt conſtat ex informatione Sac. Rituum Congregationi Romæ factâ an. 1666. hoc tenore.

Ad conſtruendum in Vrbe proceſſum particularem ſuper *cultu ab immemorabili* tempore eiſdem Sanctis exhibito, & caſu excepto, & paritione decretorum in Congregatione Sanctiſsimæ Inquiſitionis ſuper *Non cultu* editorum, Sacra Congregatio Rituum iuxta formam nouiſſimorum decretorum pag. 52. §. nec *prætereundum* die 2. Martij anni 1630. deputauit Eminentiſſimum & Reuerendiſſimum Dominum Cardinalem Vrbis Vicarium, cum omnibus & ſingulis facultatibus deſuper neceſſarijs & opportunis.

In cuius decreti executionem coram dicto Eminentiſsimo Vicario, ſiue Epiſcopis Alexandriæ & Vmbriatici, ab ipſo ſubdelegatis, peractus fuit Proceſſus, examinatis in eo decem teſtibus grauibus, & omni exceptione maioribus.

Moxque in vim ſimilis Decreti à dictâ Sacrâ Congregatione emanati ſub die 17. Iunij, cui Sanctiſsimus annuit, die 2. Iulij 1663. delegatus fuit idem Eminentiſsimus Cardinalis Vicarius, qui, vtendo facultatibus in prædicto decreto ſibi conceſſis, ſubdelegauit Illuſtriſsimum Epiſcopum Larinen. coram quo examinatis quinque teſtibus, ac formiter exhibitis, atque productis multis Iuribus & compulſatis plurimis ſcriptoribus, & hiſtoricis, obiter & ex profeſſo reſpectiuè, tractantibus de dictis Sanctis *Ioanne* de Matha, & *Felice* de Vallois; alijſque ritè peractis, vſque ad complementum proceſſus prædicti. Ex quibus & alijs in dictis binis proceſsibus deductis, prædictus Eminentiſsimus Vrbis Vicarius perſuam definitiuam ſententiam declarauit & pronunciauit, quoad titulum, ſiue nuncupationem Sanctorum, erectionem altarium, publicam expoſitionem imaginum, lampadum accenſarum retentionem, celebrationem Miſſarum, recitationem Antiphonarum & Orationum propriarum eorundem, conſtare *de cultu immemorabili* tempore, & ſupra hominum memoriam, eiſdem tanquam *Sanctis* exhibito, & de caſu ab eiſdem Decretis excepto, ideoque illis fuiſſe & eſſe ſufficienter paritum, & nullatenùs contrauentum.

Quod omne vt ab omnibus credatur, cedo tenorem ipſum ſententiæ Eminentiſſimi Cardinalis Vicarij, à Sede Apoſtolicâ in hac causâ Iudicis delegati; eſt enim iſte.

Christi nomine inuocato; Pro Tribunali ſedentes, & ſolum Deum præ oculis habentes, per hanc noſtram definitiuam ſententiam, quam de Iuriſperitorum conſilio in his ſcriptis ferimus, in causâ beatificationis & Canonizationis Beruorum Dei *Ioannis* de Matha, & *Felicis* Vallois, Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum Fundatorum, vertente coram nobis à Sacrâ Rituum Congregatione in Iudicem delegato, inter R.P.Fr. *Ioannem* à Conceptione præfatæ Religionis in Vrbe Procuratorem Generalem, à Reuerendiſsimo Patre fratre Leandro à Sanctiſsimo Sacramento, Miniſtro Generali & toto Diffinitorio ſpecialiter conſtitutum ex vnâ, & Illuſtriſſimum ac Reuerendiſsimum D. Petrum Franciſcum de Rubeis S. Fidei Promotorem ex alterâ, partibus, de, & ſuper cultu à tempore immemorabili, hominum memoriam excedente eiſdem tanquam Sanctis exhibito, & paritione Decretis à fœl. recor. *Vrbano VIII.* In Congregatione Sanctiſsimæ Inquiſitionis, & per eius litteras in formâ Breuis reſpectiuè editis, caſuque in illis excepto, rebuſque alijs &c. Viſis noſtræ deputationis, alijſque decretis ſuper prorogatione termini à Sacrorum Rituum Congregatione emanatis, & à Santiſsimo approbaris, viſâ Conſtitutione Procuratoris, viſis depoſitionibus teſtium, viſis ſcripturis, Inſtrumentis, & Iuribus exhibitis atque productis, viſis prædictis decretis *Vrbani VIII.* fœl. record. ſuper *non cultu*, & caſibus in eis exceptis in actis exhibitis. Item viſo toto proceſſu, viſiſque videndis,

dis, & examinatis examinandis, Chriſti nomine repetito, dicimus, decernimus, declaramus, pronuntiamus, & diffinitiuè ſententiamus quoad titulum, ſiue nuncupationem Sanctorum, erectionem altarium, publicam expoſitionem imaginum, lampadum accenſarum retentionem, celebrationem Miſſarum, recitationem antiphonarum, & orationum propriarum eorundem, conſtare *de cultu ab immemorabili* tempore, & ſupra hominum memoriam, eiſdem tanquam Sanctis exhibito, & de caſu ab eiſdem decretis excepto. Ideoque illi fuiſſe, & eſſe ſufficienter paritum, & nullatenus contrauentum. Ac ita dicimus, decernimus, declaramus, & diffinitiuè ſententiamus, non ſolùm præmiſſo, ſed omni alio meliori modo & formâ quibus de iure.

Ita pronunciaui Ego M. Card. Ginettus Iudex delegatus &c.

Neque verò ſolius eius eſt illa ſententia, ſed totius Sacræ Rituum Congregationis, quippe quæ illam Eminentiſsimi Cardinalis Vicarij confirmauit, vt patet ex ſequenti.

ROMANA SEV HISPANIARVM.

CANONIZATIONIS SANCTORVM IOANNIS DE MATHA,
& Felicis Valoris, Ordinis SS. Trinitatis Redemptionis
Captiuorum Fundatorum.

XI. *PRoponente Eminentiſſimo ac Reuerendiſſimo D. Cardinali* Ginetto *huius cauſæ Relatore, dubium an ſententia Eminentiſſimi Vrbis Vicarij lata ſuper cultu ab immemorabili tempore, hominum memoriam excedente, prædictis* Sanctis Ioanni de Matha, & Felici Valois *confirmanda ſit; Congregatio Sacrorum Rituum, cauſâ maturè diſcuſſâ, & priùs audito in ſcripturis & in Voce Reuerendo P. Domino fidei promotore, cenſuit ſententiam prædicti Eminentiſſimi Vicarij Vrbis ſuperdicto cultu immemorabili, & caſu excepto à Decretis ſupradictis eſſe confirmandam, Ideòque procedendum ad vlteriora, ſi Santiſſimo viſum fuerit.* Hac die 14. Auguſti 1666.

Et facta de prædictis relatione Sanctiſſimo per me Secretarium, Sanctitas ſua annuit, Die vigeſimâ primâ Octobris, 1666. Loco ✝ Sigilli

Bernardinus Caſalius Sacræ Rituum Congregationis Secretarius.

Atquæ hæc ego pro primo illo modo quo teneri & coli poſsint aliqui pro Sanctis aut Beatis, in quo deſudarunt ante me multi. Ego autem, auſim etiam ſecundum promittere, ſcilicet definitionem immediatam Sedis Apoſtolicæ de eodem. Enimuerò *Clemens* Papa IX. proprio diplomate an. 1669. conceſsit vniuerſis Ordinis Sanctiſsimæ Trinitatis fratribus & Monialibus, vt de Sanctis *Ioanne* de Matha & *Fælice* de Valois eiuſdem Ordinis fundatoribus recitare poſſint officium & Miſſam de Communi Confeſſorum non-Pontificum; Ecce ipſum.

CLEMENS PAPA IX.

XII. SAcroſancti Apoſtolatus officium, quod inſcrutabilis Diuinæ ſapientiæ atque bonitatis altitudo humilitati noſtræ, meritis licet et viribus longè impari, imponere dignata eſt, ſalubriter exequi, adiuuante Domino ſatagentes, ſanctorum et electorum Dei in cœlis regnantium, eorum præſertim qui religioſos Ordines, pietatis et laudabilis conuerſationis, ac Chriſtianæ charitatis meritis conſpicuos, diuinâ inſpirante atque cooperante gratiâ fundarunt & inſtituerunt, cultum et venerationem in terris augere atque promouere ſtudemus, ac in idipſum tendentia Principum Orthodoxorum vota libenter exaudimus, ſicut ad ſanctiſſimæ et indiuiduæ Trinitatis gloriam, ac fidelium ædificationem cognoſcimus in Domino expedire. Itaque pijs chariſsimi in Chriſto filij noſtri *Caroli* Hiſpaniarum Regis Catholici nomine, nobis per dilectum filium nobilem virum modernum Marchionem *de Aſtorga*, ipſius *Caroli* Regis apud Nos et Sedem Apoſto-

licam

licam Oratorem,humiliter porrectis precibus fauorabiliter annuentes, de Venerabilium fratrum noſtrorum S.R.E.Cardinalium Sacris ritibus præpoſitorum cõſilio vt ab Vniuerſi Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum fratribus & Monialibus,de Sanctis *Ioanne de Matha, & Felice de Valois* eiuſdem Ordinis fundatoribus recitetur officium, & Miſſa celebretur de communi Confeſſorum non Pontificum, iuxta rubticas Breuiarij & Miſſalis Romani, auctoritate Apoſtolicâ, tenore præſentium concedimus & indulgemus. Non obſtantibus conſtitutionibus & ordinationibus Apoſtolicis, cæteriſque contrarijs quibuſcumque. Volumus autem vt earundem præſentium litteratum tranſumptis ſeu exemplis, etiam impreſſis, manu alicuius notatij publici ſubſcriptis,& ſigillo perſonæ in Eccleſiaſticâ dignitate conſtitutæ munitis, eadem vbique fides adhibeatur, quæ præſentibus adhiberetur ſi forent exhibitæ vel oſtenſæ. Datum Romæ apud S.Petrum,ſub annulo Piſcatotis, die 12. Aptilis 1669. Pontificatus noſtri anno ſecundo.

At verò noto notius eſt non ſolere,nec poſſe concedi celebrationem Miſſæ,publicam recitationem officij, niſi certò Beatis; nec ſufficit Beatificatio ad celebrandum officium de vllo cum proprijs lectionibus ſecundi nocturni, niſi adſit etiam canonizatio. Et tamen his ſeruis Dei *Ioanni & Felici* conceſſæ ſunt & formatæ lectiones propriæ continentes vitam ipſorum pro ſecundo nocturno; quodne quis ambigat, cedo ipſas.

DIE 8. FEBRVARII
IN FESTÒ S. IOANNIS DE MATHA CONFESSORIS. XIII.

Oratio.

DEus qui per S.Ioannem de Matha,Ordinem Sanctiſſimæ Trinitatis, adredimendum de poteſtate Saracenorum Captiuos, cælitùs inſtituete dignatus es, præſta quæſumus vt eius ſuffragantibus meritis,à captiuitate corporis & animæ te addiuuante liberemur. Per Dominum noſtrum &c.

In 2. Nocturno. *Lectio* 4.

IOannes de Matha Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum Inſtirutor,Falcone in Prouinciâ natus eſt, parentibus pietate & nobilitate conſpicuis.Studiorum causâ Aquas ſextias, mox Pariſios profectus, confectoque Theologiæ curriculo, Magiſterij lauream adeptus, doctrinæ & virtutum ſplendore enituit. Quibus motus Pariſienſis Antiſtes ad Sacrum Presbyteratus Ordinem, præ humilitate reluctantem, promouit, eo conſilio, vt in eâ Ciuitate commorans,ſapientiâ & moribus ſtudioſæ iuuentuti præluceret. Cum autem in ſacello eiuſdem Epiſcopi,ipſo cum alijs adſtante, primum Deo Sacrum offerret, cæleſti fauore meruit recreari: Nam Angelus candidâ & fulgenti veſte indutus, cui in pectore crux rubei & cærulei coloris aſſuta erat, brachijs cancellatis & ſuper duos captiuos ad latera poſitos,Chriſtianum vnum, alterum Maurum extenſis,apparuit. Quâ viſione in extaſim raptus,intellexit protinùs vir Dei ſe ad redimendos ab Infidelibus Captiuos deſtinari.

Lectio 5.

QVò verò maturiùs in re tanti momenti procederet, in ſolitudinem ſeceſſit, ibique diuino nutu factum eſt vt *Felicem Valeſium* in ipsâ eremo iã multis annis degentem repererit, cum quò initâ ſocietate, ſe per triennium in Oratione & contemplatione, omniumque virtutum ſtudio exercuit. Contigit autem, vt dum ſecum de rebus diuinis prope fontem colloquerentur,ceruus ad eos acceſſerit,crucem inter cornua gerens rubei & cærulei coloris. Cumque *Fælix* ob rei nouitem miraretur, n arrauit ei *Ioannes* viſionem in primâ Miſsâ habi-

tam, & exinde feruentius orationi incumbentes, ter in ſomnis admoniti, Romam proficiſci decreuerunt, vt à Summo Pontifice noui Ordinis pro redimendis captiuis inſtitutionem impetrarent. Electus fuerat eo tempore *Innocentius III.* qui illis benignè acceptis, dum ſecum de repropoſitâ deliberat, in feſto *S. Agnetis* ſecundò, Laterani intra Miſſarum ſolemnia ad Sacræ hoſtiæ eleuationem, Angelus ei candidâ veſte, cruce bicolori, ſpecie redimentis Captiuos apparuit. Quo viſo Pontifex Inſtitutum approbauit, & nouum Ordinem Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum vocari iuſſit, eiuſque Profeſſoribus albas veſtes cum cruce rubei & cærulei coloris præbuit.

Lectio 6.

SIc ſtabilito Ordine ſancti fundatores in Galliam redierunt, primoque cœnobio Ceruí frigidi in Diæceſi Meldenſi conſtructo, ad eius regimen *Falix* remanſit, & *Ioannes* Romam cum aliquot ſocijs reuerſus eſt, vbi *Innocentius* domum, Eccleſiam, & Hoſpitale S. *Thoma* de Formis in monte Cœlio eis donauit cum multis redditibus & poſſeſsionibus. Datis quoque litteris *ad Miram molinum* Regem Marochi, opus redemptionis fœlici auſpicio inchoatum fuit. Tum ad Hiſpanias ſub iugo Saracenorum magnâ ex parte oppreſſas, *Ioannes* profectus eſt, Regumque, Principum, atque aliorum fidelium animos ad Captiuorum & pauperum commiſerationem commouit, monaſteria ædificauit, hoſpitalia erexit, magnoque lucro animarum plures Captiuos redemit. Romam tandem reuerſus, ſanctiſque operibus incumbens, aſſiduis laboribus attritus, & morbo confectus, ardentiſſimo Dei & proximi amore exæſtuans, ad extremum deuenit. Quarè fratribus conuocatis, eiſque ad opus redemptionis cœlitùs præmonſtratum efficaciter cohortatis, obdormiuit in Domino, ſexto decimo Kalendas Ianuarij anno ſalutis 1213. eiuſque corpus in ipſa Eccleſia S. Thomę de formis condigno honore tumulatum fuit.

DIE XX. NOVEMBRIS

IN FESTO S. FOELICIS DE VALOIS CONFESSORIS

Fundatoris Ordinis Sanctiſsimæ Trinitatis.

Oratio.

DEus qui Beatum Fœlicem Confeſſorem tuum ex eremo ad munus redimendi Captiuos cęlitùs vocare dignatus es, præſta quæſumus vt per gratiam tuam ex peccatorum noſtrorum captiuitate eius intercesſione liberati, ad cæleſtem patriam perducamur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum filium tuum, qui tecum viuit & regnat in vnitate Spiritus ſancti Deus per omnia ſæcula ſæculorum. Amen.

In 2. Nocturno. *Lectio 4.*

FOelix (Hugo antea dictus) ex regali *Valeſiorum* familiâ ortus in Galliâ, ab ineunte ætate non leuia dedit futuræ ſanctitatis inditia, præſertim miſericordiæ erga pauperes. Nam adhuc Infantulus manu propriâ, ac ſi grandior eſſet, & indicij maturitate polleret, nummos egenis diſtribuit. Iam grandiuſculus ſolebat ex appoſitis in menſâ dapibus ad ipſos mittere, & fermè eò quod ſapidius erat obſonio, pauperculos pueros recreabat. Adoleſcens non ſemel veſtibus ſe ſpoliauit vt inopes coöperiret. Ab auunculo *Theobaldo* Camphanæ & Bleſii Comite vitam reo mortis impetrauit, prædicens hunc infamem hactenùs ſicarium, mox ſanctiſſimis præditum moribus euaſurum: veridicum teſtimonium monſtrauit euentus;

Lectio 5.

POſt exactam laudabiliter adoleſcentiam, cœpit ex cœleſtis contemplationis ſtudio ſolitudinem cogitare, prius tamen voluit Sacris initiari, vt omnem regni,

regni, (à cuius ſucceſſione, iure legis *Salicæ* non longè diſtabat,) ſpem ſibi præcideret. Sacerdos factus, & primâ Miſsâ deuotiſſimè celebratâ non multò poſt in eremum ſeceſſit vbi ſummâ abſtinentia victitans, cæleſtium chariſmatum abundantiâ paſcebatur. Ibi cum S. *Ioanne* de Matha Pariſienſi Doctore, (à quo, ex diuinâ inſpiratione quæſitus & inuentus) per aliquot annos ſanctiſſimè vixit, donec ambo per Angelum à Deo admoniti Romam petierunt, ſpecialem à Summo Pontifice viuendi regulam impetraturi. Factâ igitur *Innocentio* Papæ III. inter Miſſarum ſolemnia reuelatione Religionis & Inſtituti de redimendis captiuis, ab ipſo Pontifice ſimul cum ſocio, candidis veſtibus, bicolori cruce ſignatis, induitur ad eam formam quâ Angelus indutus apparuit; Et inſuper voluit Pontifex vt noua Religio iuxta triplicem colorem quo habitus conſtat, Sanctiſſimæ Trinitatis titulo decoraretur. *Lectio 6.*

Regulâ propriâ, ex Sũmi Pontificis *Innocentij* confirmatione acceptâ, in Diœceſi Meldenſi apud locum qui Ceruus frigidus dicitur, primùm Ordinis, paulò poſt à ſe & ſocio exſtructum cœnobium ampliauit, vbi Religioſam obſeruantiam, & redemptionis Inſtitutum mirificè coluit, ac inde per alumnos in alias prouincias diligentiſſimè propagauit. Illuſtrem hic à Beatâ Virgine fauorem accepit; dormientibus ſiquidem cunctis fratribus, & ad matutinas preces in peruigilio natiuitatis Deiparæ, mediâ nocte recitandas, Deo ſic diſponente, non ſurgentibus, Fęlix de more vigilans, & horas præueniens, chorum ingreſſus, reperit Beatam Virginem in Choro, habitu cruce Ordinis inſignito indutam, ac cęlitibus ſimiliter indutis ſociatam. Quibus permixtus *Fælix* præcinente Deiparâ, laudes diuinas concinuit, riteque perſoluit. Et quaſi iàm à terreſtri ad cęleſtem chorum euocaretur, inſtantis mortis ab Angelo certior factus, filios ad charitatem erga pauperes & Captiuos adhortans, animam Deo reddidit, ætate ac meritis conſummatus, anno poſt Chriſtum natum ducenteſimo duodecimo ſupra milleſimum, ſub eodem Pontifice *Innocentio III.*

Sacra rituum Congregatio ad preces Sereniſſimæ Hiſpaniarum Reginæ Sanctiſſimo porrectas, per Eminentiſſimum D. Cardinalem Nitardo, *ſuum Oratorem apud Sanctitatem ſuam, cenſuit ſupradictas orationes, & lectiones proprias Sanctorum* Ioannis *de Matha, &* Fœlicis *de Valois, Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum fundatorum, diligenter reuiſas, & relatas ab Eminentiſsimo D. Cardinali de Maximis, poſſe approbari & concedi, vt à Religioſis prædicti Ordinis recitari ac imprimi valeant, ſi Sanctitati ſuæ viſum fuerit. Hac die 6. Maij 1673.*

Et facta de prædictis relatione per me Secretarium, Sanctitas ſua annuit, die 17. Maij 1673.

F. M. Epiſcopus Portuen. Cardinalis Brancatius.

Loco ✝ Sigilli.

Bernardinus Caſalius Sacra Rituum Congreg. Secretarius.

Redeo iàm ad Sacram Congregationem, redeo ad honores Sanctorum amplius firmandos. Etenim illa ſingulari decreto ſtatuit vt ambo illi ſancti reponantur in Martyrologio Romano, quiſque ſuo die. Do exemplar Decreti.

Cum Sacra Rituum Congregatio ad inſtantiam Chriſtianiſsimi Regis Franciæ die 29. Nouembris decreuerit, ita etiam annuente Sanctiſsimo, die ſexta Decembris proximè præteriti, quod Sancti *Ioannes de Matha, & Fælix de Valois* fundatores Ordinis Sanctiſsimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum apponantur in Martyrologio Romano, verbis ab ipsâ Sacrâ Congregatione approbandis. Idem Frater Philippus, à Ieſu Procurator Generalis diſcalceatorum Ordinis, Congregationis Hiſpaniæ, ſupplicauit pro illorum approbatione, quæ per eandem Congregationem approbantur, vt infra.

Die

Die 17. Decembris:

Sextodecimo Kalendas Ianuarij, Romæ Sancti Ioannis de Matha, fundatoris Ordinis Sanctiſsimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum.

Die 4. Nouembris.

Pridie Nonas Nouembris, in Monaſterio Cerui frigidi, territorij Meldenſis, Sancti Felicis de Valois, fundatoris Ordinis Sanctiſsimæ Trinitatis Redemptionis, Captiuorum.

Hac die 24. Ianuarij 1671.

Martius Epiſcopus Portuenſis Cardinalis Ginettus. Loco ✝ Sigilli.

Bernardinus Caſalius Sac. Rit. Congr. Secretarius.

XIV. Atque hæc ego tam fusè, vt euiucerem hos Patriarchas Romano oraculo relatos eſſe inter Sanctos, etiam obſeruatis canonibus, qui nunc ſunt in vſu Eccleſiæ; quod ideo dico, quoniam ſi priſcos attendamus, non erit laborandum. Videri enim poteſt ipſe *Innocentius* Pontifex aliquid tale egiſſe, cum iuſsit ſepulchrum *Ioannis* ſupra terram erigi, (quod anteà ſub pauimento proſtabat,) ne ab vllo calcari poſſet, & poſſet ab omnibus honorari; Cum ipſe funeri eius totâ magnificentiâ interfuit; nam illum honorem certum eſt quod non detulerit dignitati, nobilitati, aut diuitijs eius, adeòque ſanctitati. Deinde idem Pontifex fuit teſtis vnius miraculi eius; nam ob ipſius merita apparuit illi angelus cruce ſignatus, & cum eo duo Captiui; Sciebat eminentes virtutes eius, partim experimento, partim aliorum relatu, quæ ſufficere ad apotheoſim docent nos pleraque vetuſtatis exempla. Nam *Leo III.* in Germaniam profectus anno 803. ad inſtantiam *Caroli* Imperatoris & Hildebaldi Archiepiſcopi Colonien. vitâ *Suuiberti* Vuerdenſis Epiſcopi, quam Marcellinus eius ſocius & conterraneus conſcripſerat, lectâ, dictum Suuibertum in Sanctorum numerum retulit, vt Sanctus *Ludgerus* Epiſcopus Monaſterienſis ſcribit in epiſtolâ ad Rixfridum Epiſcopum Traiectenſem cap. 9. quam per extenſum referunt *Surius* tom. 3. die prima Martij *& Azor:* Inſtit. moral. part. 1. lib. 5. cap. 6. in 2. quæſt. verſ. *apud Surium*; ac meminerunt *Beda*, *Ado*, *Vſuardus*, *Baronius* Annal. rom. 8. ad annum 804. numero 8. & Cardinalis *Bellarminus* controuerſ. tom. 1. lib. 1. de Sanctorum Beatitudine capit. 8.

L. Surius Tom. 3. 1. Mart. Azor. p. 2. Inſtit. Moral. 5. &c.

Ioannes XV. anno 993. Sanctum *Vldaricum* Auguſtæ Epiſcopum in Sanctorum numerum retulit, libello de vitâ & miraculis eiuſdem per *Luitpoldum* Auguſtæ Epiſcopum exhibito & perlecto, in Conciſtorio habito apud Lateranum, quemadmodum ex actis eiuſdem à *Bermone* Abbate conſcriptis teſtantur *Surius* tom. 4. ad diem 4. Iulij, *Tritbem.* de Viris illuſtribus S. Benedicti lib. 3. cap. 223. & lib. 4. c. 222. *&* *Baron.* Annal. tom: 10. ad dictum annũ 993. n. 1. & ſeq. & legitur in Canonizatione eiuſdem, Bullarij noui tom. 1. conſt. 1. dicti Ioannis 15. §. 1. & 2.

Idem Sur. &c.

Alexander III. anno 1161. die 5. Februarij Pontificatus Secundo, Sanctũ *Eduardum* Angliæ Regem in Cathalogum Sanctorum retulit, libro miraculorum inſpecto, quæ dum in carne viueret, & poſtquam de præſenti ſæculo eſt aſſumptus, Omnipotens Dominus per ſuam miſericordiam declarauit: *Bullar.* nou. conſtit. prima eiuſdem Alexandri §. 2. & apud *Baron.* Annal. tom. 12. ad annum 1161. num. 1. ac *Surium* tomo primo ad diem S. Ianuarij.

C. Baron. Tom. 12. an 1161. H

Et multò nuperius ac propius noſtra tempora *Innoc.* IV. viſo miraculo à S. *Clarâ* coram ſe facto, quod ſcilicet cũ illa benedixiſſet aliquot panibus, ſingulis illis inſculptæ fuerunt cruces, iuſsit pro illâ, pauló poſt mortuâ Miſſam de Sanctâ Virgine celebrari, loco Miſſæ mortuorum. Tot teſtimonia, tot argumenta huius veritatis ſuppetunt, quibus tamen non egemus, habentes ſolatio libros ſanctos, ſiuè probatorum Authorum hiſtoriæ Eccleſiaſticæ, non dico Vniuerſalis ſed priuatorum

natorum opera, quæ canonizationem horum duorum ab Apoſtolicâ Sede nominatim factam aſſerunt. *Ioannes* de Figuera in Chronico impreſſo Veronę 1615. loquens de Alardo, octauo Magiſtro Generali Ordinis Sanctæ Trinitatis, ait: *Eius ſolertiâ Sancti* Ioannes *à Matha, &* Fœlix *Valleſienſis, Ordinis Inſtitutores ab Vrbano IV. Tricaſsino, Chriſtiani Orbis Antiſtite, in apotheoſin Sanctorum relati fuerunt apud Vrbem veterem anno 1263. IV. Octobris* Antonius Lupian Zapata Chroniſta Regius, in proceſſu Matritenſi, dicit legiſſe in Chronico Ferrarij Galli ſcripto anno 1279. hæc verba. Anno 1267. *Vrbanus Generalis Eccleſiæ Antiſtes Sanctiſsimos Fœlicem & Ioannem Mathenſem fundatores Ordinis Sanctiſsimæ Trinitatis in Catalogo Sanctorum numerauit.*

REGRESSVS AD SERIEM HISTORIAE.

SVpra in loco anno 1212. truncaui recenſum miraculorum Beati *Felicis*, differendo huç aliqua, eò quod ſint vtrique communia, ſiue amborum meritis patrata. Aequum ergo eſt vt ea hìc ſaltem reponam, quod breuiter præſtabo paucis recenſis, cum non egeamus hìc teſtibus ſed abundemus, (credo equidem,) ſi omnia fuiſſent ab antiquis & coæuis vtrique in tabulas relata. XVI.

Compluti, propè Mantuam Carpentorum, quidam Pater frater *Petrus* de Aſcenſione Ordinis huius Miniſter Generalis, eo anno quo hæc ſcripſit author ex quo Ego ea deſcribo, grauiter ac periculosè ægrotauit, & creſcente in dies morbo, ac deficientibus remedijs, petijt ſibi adferri imaginem amborum Patriarcharum, quorum apotheoſin ille magnâ induſtriâ procurauit; & factum, allata ſiquidem eſt lamina, in quâ vterque depictus erat, quam ille auidè & reuerenter arripiens ſpopondit ſe omnem operam adhibuturum ad impetrandam in Curiâ Romanâ declarationem factam eorum canonizationis. Audierunt ambo orantem, & reddiderunt audito ſoſpitatem, quæ & accipientis iudicio & (quod æſtimandum eſt) medicorum, fuit cœli gratiæ, potiùs quam ſoli naturæ adſcribenda. Vnde & ille iàm non infirmus, ſtrenuè incubuit ad redimendam fidem Sanctis deuinctam, in eorum publico & autentico cultu procurando.

Neque minus (quin ampliùs non paulò) ſuſpiciendum eſt, quod euenit P. Fratri *Leandro* a Sanctiſſimo Sacramento, viro editis voluminibus inſigni, qui cum eſſet etiam eiuſdem Ordinis Præfectus generalis, & pro munere ſuo circuiret prouincias Viſitator, aliquando tardiùs gradiens, præuentus eſt obſcurâ nocte & aeris intemperie, ne appellere eò poſſet quò ibat. Enimuerò flabat, pluebat, ningebat aura, horrendum ſtridens, itaut ipſe cum ſocio exponeretur ruinæ periculo, cum nec progredi poſſent, nec reſilire. In tantis miſerijs deprehenſi filij recurrerunt pro ope ad parentes, & extractâ ſacculo imagine amborum, commendarunt ſe, quàm potuerunt calidè, eorum præſidio, nec nequidquam: Enimverò Sancti Patriarchæ, impetrarunt illis radios lucis (ſiue illi ex imagine ipſorum, ſiue cœlo prodierint) quæ inſtar ſtellæ Magorum antecedebat eos vſq; dum vtrumque in viam reduceret, vnde denique ad deſtinatum hoſpitium peruenirent.

Simile eſt quod ſimili euenit, nempe Patri *Franciſco* à S. Iuliano, huius viri in regimine totius Ordinis ſucceſſori, qui cum videret nullâ induſtriâ poſſe erui ex abditis & oſtendi Pontificium diploma, quo perfecta eſt amborum apotheoſis, (propter quod ægrè potuit promoueri declaratio Beatitudinis ipſorum), ſtatuit negotium ad apices iuris reducere, & quæſtionem theologicam inſtituere, quam ille inciperet à fundamentis oppoſitæ partis, ideſt negatiuæ, proſequeretur autem allatis rationibus quæ ſuaderent affirmantem, & denique abſolueret ſolutione argumentorum, quæ ſibi & Sanctorum fœlicitati obiecit. Apprehendit ergo

go calamum, & ad primum argumentum, quod pro aduerſâ parte deſcripſit, ille hactenùs ſanus & ſolidus, correptus eſt ſubitò tam validâ febre, quæ eum lecto affixit, & coegit deſiſtere ab arguendo contra apotheoſin. Deinde autem cum aliquot dierum patientiâ febrim excuſſiſſet, rediuit ad inceptum, ſed ſimili euentu, nam ad primas lineas quas duxit in eundem ſcopum, ſcilicet impugnandæ apotheoſis, rediuit etiam febris, ſed maiori impetu, vnde debuit ad valetudinarium vehi; & diu multumq; luctatus ardoribus illis, denique cœlo docente didicit non eſſe Deo placitum, neque obſequium Sanctis vt vllo modo verteretur in dubium illorum certiſſima & cœlo probata beatitudo. Vnde ille deſtitit plenè ab incepto, quod in melius mutauit, & obſtrinxit ſe voto Sanctis, fore ſe deinceps præconem eorum certiſſimę apotheoſis ac beatitudinis. Vix abſoluit promiſſum, cum ſanitatem plenè recuperauit, magnâ extaſi Medicorum.

Atque Ego hæc de duobus, ratione *Ioannis*, quem vlterius efferre poſſum, & debeo ob ingenij monumenta; reliquit enim plurima, bella, & varia: Scripſit commentaria in quatuor libros Sententiarum, ſed adhuc ſæculo innexus, quod inde colligitur, quia dedicauit illa *Mauritio* Epiſcopo Pariſiorum; opus egregium & omnium primum quæ in Sententias prodierunt. Item apologiam fidei contra Albigenſes; Tractatus aliquot aſceticos; & alios Paræneticos. Tomos adhuc plures, primum de corpore Chriſti, Secundũ de Cruce, tractatum de Reſurrectione Domini. Alium de die Iudicij, tertium de Aſcenſione, alios de Aſſumptione & de Natiuitate Virginis. Iuſtum volumen ſuper epiſtolas S. Pauli, quod Capituli Burgenſis Canonici (nam in eorum bibliothecâ extabat) obtulerunt Reuerẽdiſſimo P. Fratri *Ioanni à Neapoli*, Ordinis noſtri Frãciſcani Miniſtro Generali *per Antonium Lupianum* qui hæc ſcriptis commiſit, dum eorum Bibliothecam ſeruaret, & addidit volumen deueniſſe ad Conuentum & Bibliothecam S. *Franciſci* Mantuæ Carpentorum: Item compoſuit opus inſigne ſuper Euangelia & epiſtolas per annum, quod adhuc ſeruatur in regio Monaſterio S. *Millani* Cogollæ, Epiſcopatus Calahorræ: Vnum tomum de miſerijs vitæ humanæ; alium ſermonum Dominicalium; atque alia aliaque, quæ tempori tanquam tineæ ceſſerunt in pabulum, vt iam ne quidem tituli ipſi ſciantur. Quod profectò non deſino mirari, cum reliquerit amantes & obſeruantes ſui filios, æſtimatores & poſſeſſores litterarum. Nam ſi omnia omninò ſancto viri opera prodirent, videntur ſuffectura vt eorum authorem indicem Doctorum Eccleſiæ augeret. Certè ſupra poſitos à me, à quarto deinceps magno numero, tanti æſtimauit *Maphæus Barberinus*, (qui tunc Nuncium Apoſtolicum agebat apud Ludouicum Regem Galliarum, & deinde euaſit Summus Pontifex *Vrbanus VIII.*) vt curauerit ea deſcribi, in Italiam aſportanda.

Miror etiam non minus vacaſſe authori horum ſcripturam, nedum compoſitionem, homini plerumque publicis negotiis, ſemper priuatis pœnitentiis diſtento, tot itineribus mobili, tot cœnobiorum ſtructurâ, magni Ordinis regimine occupato. Sed etiam illius ingenium latè latum par omnibus fuit, imò ſuperius. Quod ita verum eſt vt etiam leuiculis ſuffecerit, nam vltra Theologiam, ſupra philoſophiam, etiam Poeticam, etiam Oratoriam calluit; & multa metro ita eleganti luſit, vt ille quem dixi *Maphæus* Barberinus, Pariſijs plura ſibi exſcribi curauerit, quæ cæteris vſque modò temporum infœlicitas inuidit; Vnum ego deprehendi de S. *Ioanne* Baptiſta, tam dignum lectu & laude, vt non modo tranſiuerit inter illa à *Maphæo* deſcripta, ſed & adhuc anterius centum quinquagintá annis, inter opera cuiuſdam Itali, qui illud in vernaculum ſuum translatum edidit pro ſuo. Ego autem, vt authori illud vindicem, & iſtum repetundarum ac plagii reum euincam, his adſcribo. Eſt enim iſtud:

EPI-

EPIGRAMMA
SANCTI IOANNIS A MATHA,
De Sancto Ioanne Baptiſta Præcurſore.

Ecce dies toto rutilat memorabilis Orbe,
Quâ vix vlla dies clarior eſſe poteſt.
Naſcitur ille puer, quo non illuſtrior alter,
Quo non ſimplicior, quo neque maior erit,
Scilicet excellens Rectoris nuntius alti,
Vt Chriſto ſanctas praparet ante vias,
Ante tamen patria decedet manibus vrbis,
Et ſpernet propria limina chara domus
Seque in deſertas robuſto pectore ſi luas.
Conferet, atque nouo tempora more trabet.
Tecta dabunt illi quercus, duriſsima victum
Arbuta, conſpicui poeula fontis aqua.
Veſtis erit pellis, contextis aſpera pilis,
Serpentes famuli, terraque lectus erit,
Non pompoſus eum faſtus vexabit, & excors
Ambitio; firmâ talia mente fugit.
Nam ſtudijs ſemper mirè cæleſtibus ardet,
Et ſummi immenſo flagrat amore Patris,
Quo precor herois tanti celebrabitur ortus
Carmine? Quoue modo commemorandus erit?
Tam teretes digiti, facieſque ſerena, manuſque
Oblonga, rerum maxima ſigna gerunt.
Quàm bene delegit ſummi ſapientia Patris.
Hunc ſibi legatum; quis prior eſſe queat?

Ita ille ſcriba doctus in regno cœlorum protulit de theſauro ſuo noua & vetera, ſacra & prophana; noui fœderis pietatem,& priſci elegantiam.

Ego etiam à capite ad corpus huius Religionis deſcendens, hoc anno inuenio in primis inſigne & multiplex donum illi collatum ab Illuſtriſſimis Coniugibus *Berengario*, & *Angelina* Baronibus Angliaſolæ in Catalauniâ, qui in primis offerunt ei.

1. Se ipſos in familiares ac Donatos Conuentus Angliofolæ.
2. Confirmant donationes antecedenter factas dicto Conuentui.
3. Miniſter & alii Religioſi dicti Conuentus totum illud legitimè ac canonicè acceptant. Cedo Inſtrumentum deſcriptum ex authographo quod in dicto Conuentu ſeruatur.

Berengarius ab Angularia, & coniux mea *Angleſia*, bono animo & ſpontaneâ voluntate, pro amore Dei, remiſsioneque peccatorum noſtrorum, necnon pro redemptione animarum parentum noſtrorum, donamus & offerimus Nos metipſos Domino Deo, & Ordini Sanctæ Trinitatis Captiuorum, in vitâ & morte pro Familiaribus, Donatis, & fratribus, ob quem nos voluimus recipere habitum ipſius Religionis, quod facere valeamus.

2. Et adhuc donamus & confirmamus omnes donationes quas fecimus ad ipſum hoſpitale & cœnobium quod conſtruximus in Angulariâ, in honorem indiuiduæ Sactæ Trinitatis, pro redemptione animarum noſtrarum; & parentum noſtrorum,& pro augmento omnium bonorum,ſicut reſonat in aliis Inſtrumentis.

3. Quod Ego *Gulielmus* de Vetula, Miniſter domus Sanctæ Trinitatis & Captiuorum, vnà cum conſilio & voluntate totius conuentus ipſius loci, recipimus vos ſupradictos, pernos & per omnes ſucceſſores noſtros, in Familiares noſtros, & Donatos, & recipientes prædictam donationem à vobis; in tali ſcilicet modo, quod vos venire non valeatis contra hæc prædicta, nec eligere alium Ordinem in vitâ nec in morte, per conſenſum noſtri vel alius perſonæ, quod illa perquiam vocem tenuerit, ſi contra hæc prædicta venire voluerit, ſit incurſus indignationis Dei & Apoſtolorum Petri & Pauli, ſicut in noſtris priuilegijs exaratum eſt, cum authoritate Apoſtolicæ Sedis. Si quis hanc chartam infringere voluerit, non valeat; in potentiâ firmâ integra remaneant. Factum eſt hoc quarto Nonas Aprilis, anno Dominicæ incarnationis milleſimo ducenteſimo decimo quarto.

Si†gnum *Berengarij* de Angularia: Sig†num *Angleſia* coniugis eius. Nos qui hæc confirmamus, & teſtes firmare iuſsimus. Sig†num *Gombaldi* de Oliuario militis. Sig†num *Berengarij* de Gardia militis. Nos qui vidimus hæc & audiuimus.

Sig†num fratris *Bernardi*, qui hanc donationem ſcripſi per iuſsionem Berengarij & coniugis eius.

A N N V S.

IESV CHRISTI D. N. 1215.		FRED. ELECT. OCCID.	4.
INNOCENT. Pp. III.	18.	RELIG. SS. TRINIT.	18.
HENR. IMP. ORIENT. 10.		INDICT. 3.	

B R E V I A R I V M.

1 Othone *Saxone penitùs depreſſo* Fredericus *rurſum coronatur Aquiſgrani.*
2 *Roma celebratum magnum Concilium Lateranenſe.*
3 *Cœnobium* Lerinez *huic Sacro Ordini erectum.*
4 *Item aliud* Bethlemiticũ. *Obitus Petri Aragonum Regis.*
5 *Hoſpitium Seraphici P. N.* Franciſci *apud PP Trinitarios Burgis expenditur.*

I. *Altiſiodor. Colonien. in Chron. Sabellic. Ennead. 9. Naucler. Gen. 41.*

ISto anno, quoad ſæculi negotia, quùm *Otho* Saxonicus poſt funeſtimam cladem *Bouinenſem* in Saxoniâ ſuâ, ab omnibus pœnè derelictus, confuſus, delitefcens, aſque vllâ ſpe fortunæ melioris tabeſceret, *Fredericus* Innocentii Pontificis auctoritate Aquiſgrani denuò coronatus eſt in Imperatorem à *Siffrido* Moguntinenſi Archiepiſcopo, Apoſtolicæ Sedis Legato, deficiente Archiepiſcopo Colonienſi, qui id de more præſtaret. Et vt aliquam de receptis beneficiis grati in Deum & Pontificem animi demonſtrationem ederet, voto ſe iterùm ſolemnitèr obligauit ſubſidio Terræ Sanctæ, vnà cum pluribus aliis Principibus ac Proceribus Eccleſiaſticis ac ſecularibus Germaniæ; Romanæque Eccleſiæ comitatum *Fundenſem* in Compagnia perpetuo donationis iure poſsidendum attribuit. Indeque arma ſua circumferens, Principes omnes ac Ciuitates, quæ pertinacius *Othoni* adhæſerunt, in ſua verba iurare compulit.

II. *Genebrard. Binius ſpõdan. Baron. &c.*

Quoad Eccleſiaſtica autem, eodem ipſo celebratum eſt Romæ, menſe Nouembri in Baſilicâ Lateranſi CONCILIVM OECVMENICVM, cui præfuit Pontifex ipſe Innocentius; interfueruntque Patriarchæ Conſtantinopolitanus, & Hieroſolymitanus, (Latini vtique); Alexandrini ſub Saracenis gementis & Antiocheni

cheni graui languore detenti, Legati; iſtius quidem Epiſcopus Antetadenſis, illius autem Diaconus nomine Germanus; Archiepiſcopi 71. Epiſcopi alij circiter 340. Omnes numero quadringenti & duodecim, tam Græci quàm Latini; præter abſentium Procuratores: Abbates autem & Priores octingentos vltra; nec defuerunt Legati *Frederici* electi in Romanum & *Henrici* Conſtantinopolitani, Regumque Philippi *Franciæ*, Ioannis *Angliæ*, Andreæ *Hungariæ*, Ioannis *Hieroſolymorum*, Hugonis *Cypri*, Iacobi *Aragoniæ*, necnon aliorum Principum & magnatum, ciuitatumque.

Et denique his temporibus in nonnullis Germaniæ, Galliæ & Italiæ Prouinciis, graſſabatur quædam hæreſis, inter cætera aſſerens licitum eſſe ſingulis totius anni diebus carnes manducare; nec fornicationem peccatum eſſe. Quorum per multi ab Epiſcopo Argentinenſi igni damnari ſunt.

Quoad res Ordinis videor mihi non immeritò adſcripturus huic anno erectionem Monaſterii *de Lerinez*; Etenim de Ioanne Anglico, qui Sancto *Ioanni* à Matha proximè ſucceſsit in Ordinis regimine, legitur quod ſecundo anno ſuæ maioris adminiſtrationis fundatum ſit illud monaſterium; ſi autem numeremus annum, quo deceſsit Sanctus, iſte præſenſerit ſecundus ſucceſſoris; ſed, quidquid ſit de hoc calculo, patet idipſum liquidicus ex diplomate quodam Ducis Brabantini. Fundatum eſt autem monaſterium apud *Gemblacum*, oppidum Brabantiæ per Dominum *AEgidium* de Lerinis equitē, Ducis eiuſdem loci affinem, de quo Ioannes *Baptiſta Gramayz* hæc in tractatu de Comitatu Vualhienſi pag. 25. Peculium fuit Glimendum ſtirpis, quæ & ſummæ iuriſdictionis compos eſt, alibi tamen domicelli minores ſuum habent, interque alios Miniſter Cœnobii Sanctiſsimæ Trinitatis hoc loco qui *Lerines* dicitur, fundatus per *Aegidium* de Lerines equitem, Ducis affinem, anno 1215. vtpatet ex litteris Ducalibus, vbi immunitatem dat loco, & facit gratiam beneficii ipſius Papali & Epiſcopali Bullâ. III. *Figuer.f.48*

Hic ſacris per ſeptennium bellis vacans, fortè in manus Saracenorum deuenit, & opibus fratrum Ordinis Sanctæ Trinitatis de Redemptione Captiuorum ereptus à ſeruitute, aſſenſu *Petronillæ* de Vuada Coniugis, authoritatem faciente Duce, in ſuo Allodio cœnobium extruxit, Redemptuſque fuit nobilis *Aegidius* Dominus *de Lerinez* anno 1248. nono Kalendas Octobris, exſtructoque cœnobio Leodinum Antiſtitem in Sacris, in aliis Vualhainium Paruuetanum & Orbatium Dynaſtas dedit protectores; Filiumque *Gulielmum* Miniſtrum præfecit vt colligo ex Epitaphio Gulielmi. AEgidius enim in terram Sanctam profectus, ibi periit anno Domini 1260. feſto Aſſumptionis B. Virginis; Interiecto tempore, cœnobio cladibus bellorum attrito, frater *Henricus* Termundus præfuit, per quem quæ ruerat, ſtat reparata domus, obiit anno 1561.

Quo loco quidam notari optat pietatem Brabantinorum ex hoc in primis, quod præcipuorum, qui in Eccleſiâ celebrantur Ordinum exordia, in Brabantiâ plantata ſint, vel ab ipſis Ordinum Inſtitutoribus, vel certè paulò poſt Ordinis inſtitutionem; Id percurrenti obiuum erit; in Ordine autem Sanctæ Trinitatis mirùm decem & octo annis poſt confirmatum à Sanctâ Sede Ordinis Inſtitutum, hic vix fuiſſe fundatum Cœnobium.

Eodemque anno inuenio eidem Ordini erectum eſſe monaſterium Bethlemitanum per *Hugonem* ſocium Sancti *Ioannis* de Matha Anglicum, Doctorem Theologum Oxonienſem. IV.

Hoc eodem *Iacobus* infans Aragoniæ, paulo maior quinquenni, ſucceſsit Regi Petro ſuo parenti, hæres non modo Prouinciarum ſed & pietatis, & affectus in Religioſos Ordines, maximè autem illum Sanctiſsimæ Trinitatis, qui proinde eidem plurima beneficia, fauores & honores debet, vt in ſuperioribus lentè

eſt oſtenſum. Nec degener hæres, quippe qui diadema ſuum, atque alia inſignia regni voluit ſuſcipere in Conuentu regali Ilerdenſi huius Ordinis S. Trinitatis, magnâ pompâ & celebritate.

Figuer.f. 602. Martyr.Hiſpan. Eodem anno exercita eſt ab iiſdem PP. inſignis liberatio vinctorum. Frater *Gulielmus* de Vetula, primus Prouincialis Aragoniæ, & frater *Ferrarius* Grait, poſteà quartus dictæ prouinciæ Prouincialis, Baezam profecti, ex ergaſtulis Maurorum redemerunt centum triginta captiuos.

Item eodem, (nã copioſa eſt apud hos redemptio), frater *Raymundus* Locte, & *F.Petrus* Deſpuche, ſubſidijs acceptis à Simone Comite, & Comite Sancho, Valentiam profecti, redemerunt inde quadraginta vnum viros, decem pueros, & vnum Regularem Ordinis S.Auguſtini.

V. Denique apud Patres huius Sacrati Ordinis legi S. P. N. *Franciſcum* ab ipſis *Idem Fig. fol.42.* hoſpitio exceptum *Burgis*, atque etiam locum, ſiue fundum condendi monaſterij accepiſſe. Sed vt hoc verum ſit, puto referendum eſſe ad alium annum; nam ex annalibus noſtrorum conſtat Seraphicum Patrem, hunc annum vt maximè in Italia degiſſe; Nam & Allobroges inuiſit, & Alexandriam à paleâ dictam, ſalutauit. Tum autem patriam ſuam Aſſiſium peruenit, atque inde in Marchiam Anconitanam, eodemque Romam ad magnum Concilium Lateranenſe, in quo *Vide Vvadding.Tom.1. hoc anno.* *Innocentius* Pontifex eius Inſtitutum denuò approbauit, & iam ante à ſe approbatum declarauit. Verum quidem eſt eum incepto hoc anno Allobroges acceſſiſſe, vt proinde potuerit in eodem alibi fuiſſe. Et fuit, at non *Burgis* in Hiſpania, ſed in Gallia apud *Montem-peſſulanum*, vbi præſignauit locum à ſuis habitandum. At enim facilis iactura dierum, neque multùm refert æra aut annus, *Anno 1207. num 7.* dummodo ſubſtantia hiſtoriæ ſit ſalua, de quo poſſum conſuli iàm ſupra. Et certè validum indicium veritatis eius eſt ingens amicitia, & reciprocum commercium vtriuſque huius Sacræ Religionis *Burgis*. Cum enim celebratur feſtum vnius, accedunt domeſtici alterius. Si quiſpiam mortem obeat in vno horum monaſterio, funus eius celebrant ſuâ præſentiâ & officijs tanquam ſui, Religioſi alterius Ordinis & monaſterii; quo quid magis exponit duorum nexum, olim in parentibus cęptum, qui in nepotibus ne quidem à morte poſſit diſſolui.

ANNVS,

IESV CHRISTI D. N. 1216.	FRED. ELEC. IMP.OCCID. 5.
INNOCENT. Pp. III. 19.	RELIG. SS. TRINIT. 19.
VAC. IMP. ORIENT.	INDICT. 4.

BREVIARIVM.

1 *Extincti iſto anno* Innocentius *Pontifex*, & Henricus *Imperator*.
2 *Sæuit horrenda hyems in Italia*.
3 *Erectio Conuentus* Montis Peſſulani, *Ordinis Sanctiſsimæ Trinitatis*.
4 *Approbatur aſsignatio huius anni illi Conuentui*.
5 *Dotatio Conuentus* Dertuſenſis, *Inſtrumentum donationis*.
6 *Redimuntur 309. Captiui*.
7 Honor.I. Pp.III. *Diploma pro Ordine & conuentu* S.Thomæ *de Formis*.

Videri poteſt hoc tempore fortuna conſpitaſſe in perniciem Reipublicæ Chriſtianæ. Ipſa enim abſcidit ei duo capita, ſcilicet tam Eccleſiaſticum, quam ciuile, Innocentium Pontificem, Henricum Imperatorem, quorum vtrique

que par eſt nos parentare;Primo in primis,quippe cuius vita(adhuc Platina teſte) adeòprobata ſit vt poſt eius mortē nil eorum quæ in vita egit aut probauit,fuerit immutatum:Vt mihi plenè dubium reddat quod creditur reuelatum S. Virgini *Lutgardi* eum parùm abfuiſſe æternâ damnatione,& reapſè adiudicarum tormentis vſque diem iudicij. Credi tamen poſſunt,in exemplum & terrorem aliorum Obijt autem Peruſij XVII. Cal. Aug. cum ſediſſet annos 18. & bimeſtri: Anterius *Henricus* Imperator Conſtantipolitanus,laudatiſſimus Princeps, belli, pacifque artibus inclytus, anno imperij duodecimo, apud Theſſalonicam, ſecundùm quoſdam Biſantium.. *Platina.* *Naucler.* *Onuphr. Panuin.*

II. Quod autem dixi de natura, proinde addidi, quia hoc anno hyems tam aſpera fuit vt in Italiâ vites atque arbores aruerint vi frigoris; Padus ad quindecim cubitos congelauerit. Quâ re animaduersâ, homines non ſolùm curribus & iumentis ſiue metu tranſibant,ſed etiam per luſum ſuper glacie ſecuri ſaltabant, atque incitatis equis, aduerſis interſe ſpiculis concurrebant:Notatumque prætereà eſt, eum in die Purificationis in agro Regienſi domus quædam incendio fortuito conflagraſſet, ignem ipſa dolia combuſsiſſe, vinum autem liquefactum non eſſe, imò ita concretum remanſiſſe,vt diſsolui, niſi validis ictibus ſecurium; non potuerit. *Sigon. de regn. Ital. lib. 16.*

III. Cæterùm quoad res Ordinis,in indice ad me tranſmiſso inuenio fundationem Conuentus Montis *Peſſulani* in Gallia Narbonen. huius anni deſcribi, licet ex alijs monumentis appareat paulò tardior,Sed quidquid de ſenio ſit,primus quem Patres in illa Vrbe poſſiderunt,cum annexo Xenodochio & Cœmiterio ſub titulo *S.Mauri* fuit extructus ab ipſis Patribus, qui Maſſiliâ eò deuenerunt ad annum 1218. ſecundum quoſdam. Ipſum autem Sacellum ſiue oratorium *S.Mauri* (vulgo *S.Mos*,)pertinebat ad Monachos *S.Benedicti* qui PP.Trinitariis illud donarunt, cum omnibus iuribus & appendicibus eius ad inſtantiam *Vrbani* Papæ V. qui,intuitu huius donationis & ſacelli,ædificari fecit illis iiſdem apud eundem Peſsulanum, templum *S.Germani* cum ingenti clauſtro, quod hodie eſt cathedrale eiuſdem Vrbis ſub titulo *S.Petri*,poſt Bullam. ſæculariſationis & translationis Sedis Epiſcopalis Magalonenſis ad dictum montem Peſſulanum. Cęterum Conuentus PP.Trinitariorū *S.Mauri* cum ſuo etiā cæmiterio extructus fuit extra Vrbis mænia in ſuburbio portę quæ ducit ad Sanctum *Aegidium* viâ regiâ.

IV. Quo loco non deſinam notare calculum à me proximè diſpoſitum circa auſpicia huius Conuentus alteri præferendum eſse, idque ex quodam diplomate *Honor:* Papæ III. inuento apud archiuium Conuentus Arelatenſis eiuſdem Ordinis in quo nominantur 40. Conuentus huius Ordinis, & inter illos iſtæ Montis Peſsulani. Diploma autem expeditum fuit anno Domini 1218. Menſe Maio, & anno 1225. facta eſt conuentio inter Religioſos illius Conuentus *S.Mauri*, & ad Eccleſiā Magalonenſem ſuper ſolutione quarumdā decimarum,quas pręten debat Clerus ſibi deberi ex bonis Conuentus, qui illo onere tunc liberatus eſt.

Sedet fratres gemelli Scæuola & Ludouicus Sanimarthani in ſuâ Gall. Chriſtian. hoc habent:Permittitur diplomate anni 1216. curiam Monſpeſsulanam eas lites iudicare quæ anteà per appellationem à curia Dominii Monſpelienſis ad Epiſcopalem veniebant, ſi ad Mouſpelienſem litigantes appellauerint, quo anno patet ex reſcripto *Honorij* Papæ S.Trinitatis Cęnobium pro redemptione Captiuorum iam monſpelii fuiſse inſtitutum.

Iidem ibidem,dum de Epiſcopo *Berengario* Fredoli fol.595.Excambiuit autē Berengarius anno 1279.cum *Nicolao* Miniſtro S. Trinitatis prope villam Montiſpeſsulani;quo eodem anno Balacuſenſes ſe ab Epiſcopo tenere profitentur ſiluam dicti loci de Balaſiuo ſub recognitione annuâ...

Cum-

Cumque in eodem cœnobio dicti Patres quadringentis annis degiſsent, denique viginti ipſorum ab hæretis Hugonottis, Caluini nepotibus, crudeliler cæſi ſunt, in odium Eccleſiæ & fidei Romanæ, vt infra in loco.

V. Eodem anno & ærâ adiuta & dotata eſt eorumdem Patrum Eccleſia & habitatio *Dertuſæ* à Priori Cathedralis eiuſdem Vrbis iuſtâ hæreditate, vt patet ex inſtrumento quod ſubiicio.

Notum ſit cunctis, quod Ego Laurentius Prior Eccleſiæ Ciuitatis Dertuſæ, dono vobis Illuſtriſſimo fratri Gulielmo de Vetula *inſtanti Prouinciali fratrum Sanctæ Trinitatis Captiuorum, hæreditatem meam, quam habeo in Barbarauis pro redemptione ipſorum Captiuorum &c. Datis Dertuſæ Calend: Decembris, anno Incarnationis Dominicæ MCCXVI.*

Sig†num Laurentij Prioris Eccleſiæ Dertuſenſis

Sig†num Berengarij Canonici eiuſdem fratris.

Sig†num Bernardi Canonici eiuſdem Eccleſiæ.

Sig†num Petri Notarii qui à viſione D. Laurentii ſcripſit.

VI. Deoique iiſdem menſibus Frater *Bernardus* de Serra, & frater *Berengarius* de Gerona, multis per Aragoniæ regnum eleemoſinis conquiſitis, *Granatam* profecti, e carceribus Maurorum eduxerunt trecentos nouem captiuos.

Figuer f. 62, Martyrolog. Hiſpaniæ.

Hic annus partim Innocentii III. partim Honorii Pontificum fuit, & proinde ad eum ſpectat beneficium ab altero hoc præſtitum in confirmandâ donatione domus & hoſpitalis *S. Thomæ* de *formis* Ordini Sanctæ Trinitatis, quem recipit ſub protectione S. Petri. Incipit Diploma.

HONORIVS PAPA III.

IOanni miniſtro & fratribus SS. Thomæ Apoſtoli & Michaelis Archangeli de Vrbe, Ordinis Sanctiſsimæ Trinitatis, tam præſentibus quàm futuris regularem vitam profeſſis in perpetuum.

Inter cætera beneficia, quæ nobis, licet indignis, miſericordia contulit Redemptoris, hoc quaſi potiſſimum reputamus ſi temporibus noſtris ad diuini nominis gloriam, & humanæ ſalutis augmentum Religio propagetur. Cum igitur Sanctiſſimæ Trinitatis Ordo modernis temporibus inceperit, eique Dominus in tantum dederit incrementum, quod à mari vſque ad mare palmites ſuos iam extenderit, cuius regulam diligenter examinatam fel. mem. *Innocentius* Papa prædeceſsor noſter authoritate duxit Apoſtolicâ confirmandam, & ad eiuſdem Ordinis propagines augmentandas, Eccleſiam *S. Thomæ* Apoſtol. & *S. Michaelis* Archangeli *de Formis* in Vrbe, vobis, veſtriſque ſucceſſoribus prędictam regulam obſeruantibus, Apoſtolica authoritate conceſsit; Nos ad exemplar dicti prædeceſsoris noſtri Eccleſiam ipſam ſub Beati *Petri*, & noſtrâ protectione ſuſcipimus, & præſentis ſcripti priuilegio communimus; in primis ſiquidem ſtatuentes, vt Ordo Sanctiſsimæ Trinitatis, qui ſecundùm Deum & præſcriptam regulam in eâdem Eccleſiâ inſtitutus eſse dignoſcitur, perpetuis ibidem temporibus inuiolabiliter obſeruetur: præterea quaſcumque poſſeſsiones &c. Reliqua longiſſimæ Bullæ dimitto quia eſt ipſo ipſa Innocentii tertii à me ſupra allata an. 1203. n. 4. & 5. & infrà ſequenti n. 5.

A N N V S.

IESV CHRISTI D. N. 1217.	FRED. OCCID. 6.
HONORI PP. III. 1.	RELIG. SS. TRINITAT. 20.
PETRI IMP. ORIENT. 1.	INDICT. 5.

BRE-

BREVIARIVM.

1 *Electio* Honorij *III. in Pontificem; qualis?*
2 Ioannes *Anglicus,proximus ſucceſſor* S.Ioanni *Matha,moritur.*
3 *Henricus Alemannus in Ordinem recipitur.*
4 *An extruxerit Conuentum Conſtantinopoli?*
5 *Magnificum diploma* Honori *Pp. III.quo Ordinem Santiſsimæ Trinitatis reconfirmat.& donationes ei factas ratificat.*
6 *Aliud eiuſdem quo diſpenſat cum PP.in rigore præcepti de non equitando.*
7 *Tertium eiuſdem indultum de recipiendis ad Religionem.*
8 *Redempti à PP. centum quadraginta captiui.*
9 *Alia redemptione* Malorca *liberati quinquaginta ſeptem ſimiles,ſiue fideles ab infidelium loris.*

IN Præceſſore & ſucceſſore *Innocentij* Pōtificis euenit quod vix vnquā aliàs, vt eādē dicā,aut poſteā,quā obiit,ſubſtitueretur ei alius in Sede S. Petri. Sed quid- I. *Quod vix vnquam.*
quid iſtud,Innocentij Pontificis obitum rriſte omen incępit: Nā cum ille effigiem vultus Domini, quæ *Veronica* dicitur, ſicut moris erat, ab Eccleſiâ S. Petri ſolemni proceſſione ad Xenodochium S.Spirirus delatam, ſuo poſteà loco aptè repoſuiſſet,ipſa ſe ſuâ ſponte vertice deorſum inuertit: idque Pontificem, vt triſte præſagium,horrentē,traditur quandam orationem in honorē eiuſdem ſacræ imaginis compoſuiſſe,decemque dierum indulgentiam recitantibus eam conceſsiſſe. *Par. ſi V... eſ...* [illegible] *11.*

Poſt *Innocentij* obitum cum Sedes vacaſſet vnicum duntaxat diem, ſubſtitutus ei *Cencius* Sabellus, patriâ Romanus, vir doctus,& morum probitate conſpicuus, ex Presbytero Cardinale tituli SS.Ioannis & Pauli, dictuſque *Honorius* eiuſdem nominis tertius, qui nobili Sabellorum familiâ,patre Aymerico ortus, à teneriſque annis Monaſterio Lateranenſi oblatus, & in eo Canonicorum Regularium inſtitutum profeſſus, à *Cæleſtino* terrio (cuius, dum eſſet Cardinalis, Oeconomus extiterat),Diaconus Cardinalis,& Camerarius crearus fuerat, & ab Innocentio Presbyter tituli Pammachii: cui olim priuato promiſſum fuiſſe diuinitus Pontificatum & ſub eo,Ieroſolymam recuperandam fore *Vrſpergenſis* narrat. II.

Quoad noſtra,iſto anno deſiit in viuis eſſe vir magnus,cuius vitam fas eſt morti præmittere, *Ioannes Anglicus*. Cum enim fatorum ſeries, hoc eſt Diuina voluntas, eripuiſſet Ordini ſuos authores *SS. Ioannem* & *Fælicem*, electores qui ſuffragii Ius habebant, vndique ad comitia conuenientes ex Italiâ, Galliâ, Aragoniâ,Caſtellâ, Nauarrâ, & Britanniâ,fundatori ſubſtituerunt Patrem Ioannem Anglicum (ab ipſomet Ordini olim inſertum, idque inter primos) ſicut ſcriptum eſt: *pro Patribus tuis nati ſunt tibi filij*. Non ten ere illi, ſed maturè; adhibuerunt enim regimini ſimilem autori, Virum abſtinentię addictum Semel tantum in die veſcebatur, idque tam parcè vt admirationi fuerit aliis quod potuerit ſe viuum ſeruare. Electus ſubitò manum ſuam miſit ad fortia, & ad omnes Ordinis prouincias encyclicas litteras deſtinauit, quibus illæ in primitiis illis ſpiritum pietatis à Patriarchis hauſtum non retinerent modò, ſed augerent. Impetrauit à Sede Apoſtolicâ multa indulta & gratias, quibus homines inuitarentur, tum ad ipſius Ordinis ingreſſum, tum etiam ad vinctorum redemptionem, cui tam addictus fuit,vt ipſemet compitatim illi procurandæ ſtipem mendicaret. Quibus aliiſque ſummæ pietatis operibus ille ſummè impenſus deſiit imperare, quia deſiit viuere, primo quadriennio ſui regiminis, & in eodem S. *Thomæ à Formis* Romano cœnobio ſepultus eſt,prope Sanctum Ioannem,vt quē viuens expreſsit, etiam mortuus eum comitaretur.

Guagin. in Chronic. Altuna & Figuer.

Pſalm. 44. v.18.

Pro-

Zanſtar. in Epitaph: *Proximus ingenio, proximus & tumulo.*

III. INter alia quibus Ordinem deuinxit, illud fuit quod ad eum admiſit quendam *Henricum* Alemannum, litterarum ſcientiâ excultum, & prædicationis gratiâ celebrem, ob quas dotes ille factus eſt Scotiæ Miniſter Prouincialis, ac deinde ab eo quem dixi Ioanne Anglico, Generalis Viſitator prouinciarum Hiberniæ & Angliæ.

IV. Fig. f. 183. & 219. Idem cum aliis dicitur miſsus Cõſtantinopolim ad incipiendũ illic cœnobiũ, quod cenſetur hoc anno cepiſse. Sed non ſunt conuenientia teſtimonia; Henricus enim dicitur Conſtantinopoli exceptus à *Balduino* Imperatore; & tamen *Balduinus* in viuis eſse deſiit anno 1205. vel ſequẽti; Neq; tamen Ioannes Anglicus imperare cępit, aut potuit in Ordinem admittere Alemannum ante annũ 1214. Verũ eſt fuiſse adhuc duos Balduinos; ſed vnus fuit ſuppoſititius, qui nunquàm reapsè imperauit: alter verus, ſed is longo poſt tempore venit, anno 1229. vt non potuerit hoc tempore recepiſſe Alemannũ, multò minus cęnobium ei extruere. Sed omne iſtud, cum ſit circumſtantia, non extinguit ſubſtantiam; potuit enim Conuentus cępiſſe alio anno, etiam Imperatore. Certè aliquis ex Patribus huius ſacræ Religionis, qui non ita pridem loca ſancta luſtrauit, anno 1622. teſtatur ſe vidiſſe ruinas illius cęnobii, adhuc magnificas, & quæ probant fabricam Imperatore dignam; Refectorium tam amplnm, vt in eo potuerint ſimul quingenti Religioſi ordinatim ad menſam ſedere & veſci.

Sed pergamus in Ordinis monumentis: *Honorius* Pontifex qui *Innocentio* ſucceſſit, non authoritate tantùm ſed affectu in ſacrum Ordinem Sanctiſſimæ Trinitatis, quaſi auidus benefacere illi, hoc ipſo primulo anno Pontificatus, Ordinem confirmauit diplomate à me iam producendo, niſi prolixitas eius aliud poſtularet. Differetur ergo hinc, adferetur infra in Regeſto, ne ſeries hiſtoriæ tam vaſtâ parintheſi immanè truncetur. Deinde oratus à Patribus vt rigorem inſtitutæ regulæ, nonnihil incommodum nouis eiũs alumnis Apoſtolica benignitate temperaret, libens indulſit ſingulari diplomate, quod his inſerere volui, ne quis tam Religioſos viros temerè iudicet ſui Inſtituti tranſgreſſores.

Honorius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei.

DIlectis filiis Maiori Miniſtro & fratribus domus Ceruifrigidi, Ordinis Sanctæ Trinitatis, & Captiuorum redemptionis, Meldenſis diœceſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Cum Miniſtri Chriſti, & diſpenſatores myſteriorum Dei ex iniuncto nobis officio exiſtere teneamur, noſtrum miniſterium honoramus ſi aliorum miniſteria cupientium ſub regulari obſeruantiâ Domino famulari, eo moderamur libramine diſciplinæ vt nec onere importabili prægrauentur, nec vagentur indebitâ leuitate; quia tunc eorum obſequium rationabile ac Deo acceptum erit, cùm ſui ſacrificium, quod offerunt Domino, diſcretionis fuerit ſalè conditum. Supplicaſtis ſiquidem Nobis vt ſecundùm Ordinis veſtri regulam non liceat vobis mulos ſed aſinos equitare, ac per hoc non ſolùm pauperes & captiui, quorum vos obſequio deuouiſtis, graue damnum ſuſtineant, & quidam veſtrûm in perſonis incurrerint irreparabile detrimentum; ſed multi etiam prudentes & magni viri, necnon & aliæ perſonæ vitâ, moribus, & ſcientiâ decoratæ, quibus aliàs Religio veſtra placet, quia videtur eis aſinorum difficilis equitatus, Ordinem veſtrum aſsumere aſpernantur, vobis ſuper hoc, & Ordini veſtro prouidere miſericorditer dignaremur. Nos igitur qui ſpeciali charitatis prærogatiuâ veſtrum Ordinem amplexamur, veſtris ſupplicationibus inclinati,

nati,

nati, tibi (fili Maior Miniſter) equitandi mulos & diſpenſandi ſuper hoc cum ipſius Ordinis fratribus, ſicut expedire videris, liberam auctoritate præſentium concedimus facultatem. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ cõceſsionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datis apud Vrbem veterem Incarnationis Dominicæ milleſimo ducenteſimo vigeſimo, decimoſeptimo Calendas Octobris, Pontificatus noſtri anno quinto.

Et adhuc alio diplomate indulſit, vt omnes volentes ſe ac ſua dicto Ordini adſcribere, poſſent eiuſdem Religionis Prælati impunè & liberè admittere in eandem. At enim hoc alterum diploma, ſeruato temporis ordine, referendum fuit ante præcedens; Datum eſt enim Pontificatus anno tertio, cum præcedens fuerit emiſſum anno 5. Maluimus tamen magis intima Ordini præmittere, inſtar Naturæ, quæ in animalibus primò fabricat cor & viſcera, deinde autem externa. Diploma eſt iſtud. VII.

Honorius Epiſcopus Seruus Seruorum Dei.

Dilectis filiis Miniſtro & fratribus Ordinis Sanctiſsimæ Trinitatis & Captiuorum ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Auctoritate vobis præſentium indulgemus vt perſonas liberas, ſe ac ſua pariter viuos veſtro Ordini offerentes, in confratres recipere valeatis. Nulli ergo omninò hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſsionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Datum Romæ apud S. Petrum nonis Maii Pontificatus noſtri anno tertio.

Et verâ re Patres omnia, tametſi magna, meruerunt; nam hoc ipſo anno *Raymundus* de Oriſone, & frater *Gulielmus* de Inneca, Algerium profecti, pro Monaſteriis Aragoniæ & Catalauniæ, ex acerbo Maurorum iugo in libertatem vindicarunt centum quadraginta Captiuos. VIII. *Martyrol. Hiſpan. Tamay.*

Et adhuc alio itinere ac pretio, ſubſidiis *Iacobi* Aragonum Regis, atque eius patrui Comitis *Sanctii*, F. Petrus Romæus, & alius item F. Petrus Depuche Mallorcam accedentes, ſimili captiuitate liberarunt quinquaginta ſeptem viros, duos Clericos, & octo pueros. IX.

IESV CHRISTI D.N. HONORII Pp.III. PETRI IMP. ORIEN.
1218. 2. 2.

A N N V S.

IESV CHRISTI D. N. 1218. FREDER. OCCIDENT. 7.
HONORI Pp. III. 2. RELIG S.TRIN. 21.
PETRI IMP.OREN. 3. INDICT. 6.

B R E V I A R I V M.

1 *Ingens concurſus Cruceſignatorum in expeditionem ad Terram Sanctam.*
2 *Duo Conuentus huic Ordini ex tructi, vnus in Aragoniâ, alter in Angliâ.*
3 *Tertius magis inſignis* Dombarenſis *in Scotia.*
4 *Miraculoſa auſpicia Conuentus PP. Trinitariorum Santarena in Luſitaniâ.*
5 *Auctum miraculum, & ſtupor circumſtantium.*
6 *Conceſſus illis fundus ædificandis tam conuentui, quam Xenodochio, à Rege Luſitano* Alphon: *item armenta & greges, additâ facultate mendicandi.*
7 *Probitas Patrum qui ibi degerunt. Itemque deceſſus* Ioan.Anglici *Miniſtri Generali officio; cui ſuccedit* Gul.Scotus. *Recenſentur monaſteria aliquot huius tempore exſtructa.*
8 *Diploma* Alphonſi *Regis quo bona Ordinis recipit in præſidium ſuum.*
9 *Ioan.Anglicus deſignatus Archiepiſcopus Rhemenſis.*
10 *Redempti è Maurorum manibus centum & octo captiui.*

I. Adhuc in annalibus durat expeditio in Terram Sanctam; conuenit enim anno quem commentamur *Acconem* in Phæniciâ ingens numerus Cruceſignatorum, ex Germaniâ quàm maximè & Galliâ, vnà cum *Ioanne* Rege Hieroſolymorum, Duce Auſtriæ, Magiſtris trium Ordinum militarium, Hoſpitaliorum, Templariorum, Theutonicorum, multiſque alijs Proceribus Eccleſiaſticis & ſæcularibus. Decreta eſt obſidio Vrbis *Damiatæ* in Aegypto(,ſicuti & olim Innocentio Papæ in Conclio Lateranenſi placuiſſe dicebatur), quæ olim Peluſium, (vt magis placet,)dicta,poſteà nomen AEliopolis ab *AElio* Cæſare cœpit,& triplici muro cincta, foſſâ nauigabili ex Nilo ductâ in oblongæ inſulæ ſpeciem obducebatur. Nobiliſſimum totius Orientis emporium, mercibus extremo ab Orbe importandis, ac totum in Orbem terrarum diuidendis. Cæterum appulſis Chriſtianis Damiatam menſe Maii, paulò poſt facta eſt Eclypſis Lunæ ferè generalis, quæ licet ex cauſis naturalibus ſciretur procedere, eam tamen in Saracenos interpretati Chriſtiani, quaſi portendentem ipſorum defectum qui ſibi Lunam attribuerent, animoſiores redditi ſunt.

AEmil. in Philippo II.

II. Hoc tempore tenuem notitiam inuenio duorum Conuentuum huic ſacro Ordini exſtructorum: Vnus eſt ille de *Alagon* in Aragonia: alter in Anglia in Comitatu Richemundæ, iuxta Kendal & Kaneresburgum, qui videtur eſſe ille, quem Richardus Rex Romanorum & Comes Cornuualliæ exſtruxit hoc anno 1218. *Henrici* tertii Anglorum Regis anno tertio. Ante ſuppreſſionem fidei obhæreſim exortam, redditus illius attingebant monetæ Anglicanæ triginta quinque libras, decem ſolidos, & vndecim aſſes: (valet autem libra Anglicana decem florenos aureos); eratque dicatum Sanctiſſimæ Trinitati. In hoc monaſterio inſtitutum Ordinis huius amplexus eſt Sanctus Robertus à Kaneresburgo, inſignis eremita, diuinitus monachorum Ordinis Sanctæ Trinitatis in Angliam aduentu cognito, in vita & poſt mortem miraculis clarus, e viuis ereptus anno 1239

Fig.f.55. & 57.

Eius.

Eius verò ſepulchrum per hæc tempora nobilitarunt miracula, inter quæ illud præcipuum eſt, quod ex eiuſdem tumulo multis annis manauit oleum ægrotis ſalutare. *Clemens* Papa IV. anno 1265. die verò poſt feſtum Cathedræ Antiochenæ, ſupplicantibus Miniſtro Prouinciali per Angliam, & Religioſis eiuſdem domus, necnō nobilibus regni, conceſſit indultum recitandi de eo Miſſam, & officiū fratribus per Angliam cōſtitutis, ſuis litteris Apoſtolicis, datis Romæ apud S. Petrum decimoquinto Calendas Iulii. Pingebatur illius ſacra effigies in Anglia paſſim in monaſteriis Ordinis manutenens aſperſorium, minitanſque communi generis humani inimico. Primitus Monaſterium fuit dicatum Sanctę Trinitati, ſucceſſu temporis poſteà nuncupatum S. Roberto.

Tertius tamen in Scotia *Dombarenſis* plenę magis memoriæ, eſt, cuius fundandi occaſio huiuſmodi recenſetur. Gregorius Dumbar Marchiarum Comes duos habuit conſanguineos, Patritium & Iacobum, qui per mare nauigantes in Turcarum manus inciderunt. Cum verò reditum tardarent, ipſe Comes in ſomnis vidit vtrumque venientem ad ſe, & opem ſuppliciter implorantem, tum propter miſericordiam Chriſti, tum propter ſanguinis coniunctionem. Mane facto, ſolutuſque ſomno Comes accerſit ex Aberdonia quendam Ioannem Cuminum, Sāctæ Trinitatis Religioſum, illique magnā auri & argenti ſummam præbet, orans vt in Algeriam contenderet, ſuoſque conſanguineos redimeret; quod ſi præſtaret, pollicetur ſe fundaturum ampliſſimum monaſterium religioſis iſtius Ordinis. Profectus ergo Cuminus, poſt 8. menſes captiuos incolumes reduxit, quibus reuerſis, Comes vnum ex ſuis palatiis Ioanni, ſuoque Ordini pro monaſterio perpetuò conceſſit, aſſignauitque illi agros omnes de Muſſibburgo & Lantonio. Primus hoc adminiſtrauit idem Ioannes Cuminus. In eodem monaſterio monachum induit Gilbertus Dumbar, eiuſdem Comitis filius tertiogenitus poſtquam repudium paſſus eſſet à Ioannâ filiâ Comitis de Galuay, quam in matrimonium petebat. Scripſit de pompâ cęleſti lib. 4. & mortuus eſt anno 1248. III.

Ferè hęreo num huic anno adſcribere velim erectionem Conuentus Santarenæ in Luſitania, quibuſdam aſſignantibus eā pręcedenti, aliis tardiorem ratis. Sed Ego meliori Cynoſurâ regendus, reſcriptis ſcilicet *Honorij* Papæ *& Alphonſi* Regis, eum præſenti adſcribam. Cuiuſcumque autem fuerit, miraculoſus fuit; vt patebit ex recenſu quem ſubnecto. Annus agebatur 1217. ſub exitum Septembris, qùm quędam Galliæ naues ad Terræ Sanctę recuperationem ſunt profectæ. Sed illarum tranſitus impeditus fuit per pelagus Vliſſiponenſe, tantâ ventorum procellâ, vt ex tribus duæ perierint; Tertia tamen illæſa, nec quidquam illâ tempeſtate vexata, per portum ingreſſa eſt fretum, & præcipiti cūrſu per pontum Vliſſiponis vagabatur, non ſine multorum admiratione, qui illam accedere notabant. Portentum enim, & cœleſte quidem cenſuerunt eam non fuiſſe tot æſtibus maris conuulſam, atque in mille partes laceratam, tum vel maximè qùm intellexerunt de terribili illâ tempeſtate quâ aliæ duæ perierunt. Luſitani autem qùm Gallos interrogaſſent quam? cuius Diui imaginem, quas Sanctorum reliquias ſecum veherent, quorum beneficio tam imminens naufragium euaſiſſent? iſti ad quoddam nauis triclinium ictus aliquos dederunt, & quidem ſubmiſſâ voce, & protinus inde octo viri Religioſi, Trinitarii Ordinis exierunt, nempe FF. Andreas, (qui & aliorum, Miniſter) Robertus, Thomas, Richardus, Ioannes, Petrus, Guliellmus, Humbertus. De quibus nautæ palam aſſerebant ſe per ipſos ab illâ procellâ liberatos, tum quàm plurimis precibus, tum variâ flagellorum contuſione quâ ſe interim affligebant. Tunc enimuerò Luſitani ſtupore defixi ad inſolutum euentum, nec non ad grauem ac modeſtum virorum poſitum atque aſpectum, ceperunt eos non veneratione minus quàm admiratione proſequi. IV.

Eduard. Nonin vit. Alph. Reg.

V. Et quoniam non illos ſinebant abeſſe, eò quod multa illorum eſſet curioſitas, & deuotio, nec tempus illis concederent vt ſe conſuetis exercitationibus occuparent, voluerunt ſequi iter ſuum ad Terram Sanctam, in quâ iam tum erant monaſteria aliquot huius Ordinis, quæ & in expugnatione *Hieruſalem* militibus ſacramenta miniſtrarunt, & infirmorum curam geſſerunt. Sed totum fuit fruſtra, nam nauis exire inde nequaquam valuit, imò ne moueri quidem, tametſi multâ vi id tentaſſent. Vnde etiam aliæ naues acceſſerunt vt hanc ſecum haberent: ſed & hoc fruſtra fuit, quod proinde omnes in admirationem rapuit, certò perſuaſos digitum Dei hic eſſe, & miraculum cælitus patratum. Quamobrem illi Gubernatori vrbis totum retulerunt: iſte autem imperauit vt Religioſi naui egrederentur, quod & factum; nam illi continuò vrbem ingreſſi ſunt, nullis ſarcinis præter Breuiaria inſtructi. Et, ò Dei potentiam; Simul ac illi pedem naui extulerunt, quotquot in eâ remanſerant, feliciſſimè iter egerunt, vt apertè omnibus innotuerit cœlo placitum eos in eâ regione hærere. Ipſi autem qum deinde intellexiſſent nauem inde profectam, amarè planxerunt, conqueſti ereptam ſibi martirii palmã, quam ipſi (quippe peccato res) non merebantur. Proinde enim patriam ſuam reliquerunt; atque ideo etiam vt in animarum conuerſione laborarent, captiuos redimerent, & ordientem Religionem Sanctiſſimæ Trinitatis propagarent.

VI. Mouit id plurimos ad compatiendum Sanctis Relligioſis, nominatim *Petrum Aluarum*, vrbis gubernatorem, qui lætatus ſe inueniſſe theſaurum, ſimul cum Epiſcopo Vliſſiponenſi *Mat[h]æo Sueiro*, omnes ad Regem tranſmiſit in Santarenum, oppidum quatuordecim leucis vltra Vliſſiponem. Erat autem tunc Luſitaniç Rex *AEfonſus* eo nomine III. qui illos lętiſſimè hoſpites collegit, in primis aulâ Regiâ, tum verò *Scalabi* quæ hodie Santarena dicitur. Ibi enim eis locum aſſignauit, tam monaſterio quàm Xenodochio ædificandis extra muros, Aquilonem verſus, quâ in parte ſacellum erat B. Virgini dicatum (Luſitanico nomine Noſſa Sengora de Abobada) parochiæ Saluatoris ſubiectum. Credidit Rex (nec vana fides) illos ſibi a Deo miſſos vt eorum meritis Mauros ſuo regno excluderet; (nam in eo iam tunc plurimi dominabantur) idque tunc amplius qùm intellexiſſet eorum inſtitutum captiuos libertate donandi. Vnde in iam dicto loco Santarena, dedit eis Xenodochium *S. Mariæ* & omnibus SS. dicatum à patre ſuo *Sancio* Rege, huius nominis primo, ſimulque quam plurimas vaccas, oues, equas & porcos, etc. hæreditates quas in Santarena habebat. Quam donationem idem ille confirmauit litteris expeditis Santarenæ an. 1218. die 15. Decembris; & *Honor.* Pp. III. ſub B. Petri & ſuâ protectione ſuſcepit, anno 1228, Pontificatus ſui tertio, Romæ apud S. Petrum expedito diplomate.

Ibi illi monaſterium ſtruxerunt, opere plano iuxta Regulæ præſcriptum, cœperuntque diuinas laudes publicè decantare, captiuorum curam gerere pauperibus ac debilibus miniſtrare quæ neceſſaria videbantur tam animæ quàm corporis ſanitati. Quam viuendi methodum tam Rex quam regni proceres, cæterique etiam è vulgo ſummis laudibus extollebant, Deoque gratias reddebant quod ſibi tam pios atque omnibus vtiles viros contuliſſet. Neque vero in hoc deſinebat eorum affectus in Patres; quin pingues eleemoſinas iiſdem erogabant.

Rex etiam *Alfonſus* illis litteras dedit ſignatas ac ſigillo ſuo munitas, quarum

VII. vigore illi per vniuerſum regnum liberè diſcurrere, & ſtipem congregare poterant ad captiuorum redemptionem; quod etiam impigrè agebant; qùm enim congruam vim pecuniæ congregaſſent, in Africam trayciebant, atque inde fideles eouſque captiuos, iam tum libertate donatos educebant.

Primus illius cœnobii Miniſter, atque etiam Xenodochii, fuit Fr. Andreas, Prior

Prior illorum ſeptem Gallorum, qui in eius ſocietate illuc appulerunt; rexitque nouam domum Santaren. cum ſuo Xenodochio totos triginta annos. In eâ deinde emiſerunt profeſsionem obſeruantiſſimæ prouinciæ Luſitaniæ grauiſſimi Patres, *Fr. Rochus* de Spiritu Sancto, Fr. Ignatius Tabares. Fr. Pelagius de la Cerda, Fr. Ioannes Suarez Epiſcopus de Medauro, & alii plurimi qui negotium redemptionis proſequuti, ſepulchra ſortiti ſunt in carceribus & barathris infideliū.

Beatus autem *Ioannes* Anglicus vitæ breuis, penes ſepulchrum *S. Ioannis* humatus eſt, XV. Calend. Iulii, anno 1217. & ab ipſo vſque ad B. Gulielmum ſucceſſorem vacauit Miniſterium Ordinis Generale per annum; quo expleto ſucceſſit ei *B. Vuilermus*, ſiue Guliermus Scotus. S. Theologiæ Doctor Pariſiens: qui librum compoſuit de dignitate Ordinis, & in expugnatione Damiatæ adfuit cū Seraphico S.P.N. *Franciſco*, Ordinis Minorum authore. Fratrem Martinum ſecundum Miniſtrum domus Burgenſis Vicarium ſuum Generalem inſtituit in Caſtellâ, Nauarrâ, & Luſitaniâ. Compoſitionem inter Mauritium natione Anglicum Epiſcopum Burgenſem, & illum pro conſtruendâ Eccleſiâ prædicti cœnobii confirmauit; Ordinem vniuerſum perſonaliter inuiſit.

Eius tempore Ordini exſtructa ſunt monaſteria plura; in Aragonia Domus de *Alagon*; In Anglia aliud in Comitatu Richmundæ iuxta Kendal & Kaneresburgum. Fundatum fuit aliud item in diœceſi Eboracenſi à Richardo Rege Romanorum & Comite Cornuualliæ anno 1218. *Henrici* III. Anglorum Regis anno tertio. Itaque hoc tempore cepit Conuentus Santarenæ, & in ipſo prouincia Luſitaniæ, cuius proinde videri poteſt ille caput; tametſi illa etiam Vliſſipponæ acceperit domicilium. Ipſum autem Conuentum, & eius domeſticos, imò totum Ordinem, item bona mobilia & immobilia eius in præſidium ſuum recepit Rex *Alphonſus* graui diplomate, idemque fecit *Honorius* Pontifex alio, Dat.... Aprilis anni ſequentis. Sed huius diploma non inuenio niſi truncarum quoad præſentem domum iſtâ periodo. *In regno Portugalliæ domum de Santaren. cum omnibus pertinentÿs ſuis, quam ex Regiâ donatione habetis*. Regium Reſcriptum eſt iſtud.

ALPHONSVS DEI GRATIA REX PORTVGALLIAE.

Vniuerſis de regno ſub ad quos litteræ iſtæ peruenerint, Salutem. VIII.

SCiatis quod fratres S. Trinitatis qui morantur apud Santaren ſunt in mea commendâ & ſub mea defenſione cum ſuo Hoſpitali captiuorum, cum ſuis hominibus, & cum ſuis hæreditatibus, necnō ſuis ganatis, necnō omnibus aliis rebus ſuis. Et quicunque eis malefecerit, peccabit mihi dicto, improboſque emendabo nunc quod illis fecerunt, & inſuper habebitur pro inimico meo. Et mando Prætori de Santaren, vt teneat illos ſic amparatos & defenſos quod non poſſit eis aliquis malefacere; & quod nunquam inde veniat querimonia. Et ſi aliquis eis malefecerit, & non fecerit emendari, credatur quod de domibus faciam eis totum emendari. Et vt ipſi cum omnibus rebus ſuis melius ſint amparrati & defenſi, dedi eis iſtam chartam meam apertam, meo ſigillo plumbeo munitam. Dat. Santaren. 15. Dec. E 1180, quę he anno di Chriſto 1218. *Hagiol. Luſitanic. Tom. 2.*

Supra dixi Reuerendiſsimum P. Ioan. Anglicum breuis æui fuiſſe, quod accipiendum eſt de æuo regiminis, non vero vitæ. Vnde hoc anno ſuffectus eſt ei P. Gu- *Altun. f. 91 Figuer. 55.*

X. Gulielmus Scotus in procurando Ordinis incremento vigilantiſsimus. Crediturq;proinde in Syriam traieciſſe, ibique degiſſe qum S.P.*N.Franciſcus* Aſiſias prędixit Chriſtianis ducibus obſidionem Damiatæ, alias Ptolomaidis, malè ceſſuram, ſed fruſtra.

Cæterum noſter Ioannes fuit apprimè doctus, & lauream Doctoralem Sorbonæ adeptus. Qui licet dicatur vulgo Scotus, fuit tamen ortu Anglus, natus Oxonii,
X. Cerui frigidi filius, Sancti Patriarchæ Ioannis Socius, & deinde fertur Archiepiſcopus Rhemenſis, ab *Honor.* III. inſtitutus, Pontificatus ſui anno quarto Ordinis Patres ad comitia conuocauit, vt illis officium Miniſtri Generalis reſignaret.

Neque vero caruit hic annus ſuo fructu, aut induſtriâ Patrum in captiuorum liberatione, quin imo

Bis venit ad mulctam, binos alit vbere fœtus.

a Virgil. Eglog. 3. V. 30 Dempſter. in hiſtor. Scot. f. 79.

Nam & Patres aliqui Algerium ex Scotia profecti ſunt pro eorum redemptione, & is quem dixi P.Hugo cũ F.Petro Valentiam repentes, explicato precio, centum, & octo fideles Maurorum manibus ac miniſteriis liberarunt.

ANNVS

IESV CHRISTI D.N.	1219.	OCCIDENT. ELECT. FRED.	8.
HONORI Pp. III.	3.	INDICT.	7.
PETRI IMP. ORIENT.	3.	RELIG. SS. TRIN.	22.

BREVIARIVM.

1 Fredericus *Imperator, ad accipiendum diadema Imperÿ, iuramento firmat pacta cum Sede Apoſtolicâ inita. Prophetia* S.P.N.Franciſci.

2 *Conuentus Atrebatenſis PP. Trinitariÿs exſtructus.*

3 *Item Collegium Hieroſolimitanum.*

4 *Tranſactio inter Capitulum Eccleſiæ* Melden. & *Conuentũ* Cerui frigidi.

5 *Nobilis redemptio per Patres Trinitarios facta tercentum & nouem captiuorum.*

I. HOc anno, qui *Othoni* Saxoni poſthumus fuit, (quippe in præcedenti extincto,) *Fredericus* dudum iam electus Imperator, nec dum abſolutus aut plenus, contra omnium ſpem, perfidiæ ſuæ fundamenta ſtrauit. Nam profecturus Romam, vt Imperii diadema ab *Honorio* Pontifice acciperet, pacta cum Apoſtolicâ Sede olim inita, iuramento ac diplomate ſanciuit. Etſi autem ex his primum ferè fuerit vt ille quàm poſſet ampliſſimis copiis in ſubſidium terræ Sanctæ properaret, tamen tergiuerſari cepit, ac moras itineri innectere pariter & excuſare. Nihilo tamen minus aliunde prouiſum eſt expeditioni; nam Germania quà patet, in illam totis viribus incubuit; Treuiros, Agrippinenſeſque omnia publicè pollicitos præſtanteſque, cæteræ ciuitates Germaniæ iniectâ æmulatione ſecutæ ſunt. Adfuit & Anglica claſſis. Ex Franciâ tres Pontifices, Pariſiorum, Heduorum, Lexouiorum egregiam iuuentutem compararunt. *Ioan. Brennus* Rex non con-

Sigon. de regn. Ital. lib. 17.

contemnendas copias eduxit. Nihil antiquius viſum, quàm Damiatam, (quibuſdam Ptolomaidem, alijs AEliopolim) AEgypti vrbem Nilo imminentem oppugnare. Summa belli Ioanni *Brenno* commiſſa, quod & peritiſsimus Dux, & Rex Hieroſolymorum eſſet, eiuſq; virtuti ac nomini deberi iudicio procerum videretur, quidquid in hoc bello de barbaris recuperaretur. Ex Italia etiam nouæ copiæ aduenerant, nouuſque commeatus. Mediolan; Rhegien. Fauentin: Brixien. Pontificum ductu. Nam *Honorius* litteris Damiatam obſidentium Cruce ſignatorum interpellatus, vniuerſos Chriſti fideles ad ſuccurrendum illis datâ encyclicâ mouerat, & maxima adiumenta ſubmiſit. Capta eſt in primis lateritia turris, quæ oſtium Nili cuſtodiens, Cruce ſignatos aditu vlteriori excludebat. Ingens vis comeatus inuenta, ingentes diuitiæ partæ, vt Perſia, Arabia, India ſpoliata viderentur. Reſtabat Damiata, vrbs munitiſſima, ſed tentata è veſtigio eſt, ſi recenti terrore amiſſæ turris, ac prope veſtibuli vrbis, expugnari poſſet: Scalis, machinis, tormentis adorti, re infecta diſceſſere multis vulneribus acceptis. Caſtra tamen, etiam in expugnato vico locarunt, & inter vrbem obſeſſam, Sultanique caſtra præſidia diſpoſuere, ne commeatus, auxiliaque intromitterentur. Hoſtes & exteriores irrumpere, & interiores erumpere conati, magnâ ſuorum cæde vtrique repulſi; *Vt ſuſcitaret Dominus verbum ſuum quod loquutus eſt in manu* Franciſci prophetæ; is enim diuinitus didicit, & ducibus intimauit pugnæ illius infœlicitatem, vt anno præcedenti innui. Deus tamen, cuius natura bonitas, opus miſericordia, voluntas potentia eſt, miſertus deinde ſuorum, tametſi longo poſt tempore, tradidit illis Damatiam, quod hic ſufficit indicaſſe apud alios legendum.

3. Reg. 12. n. 15. *S. Bonauentura cap. 9. vit. legēd. 3. Soc.* *Vvadding. tom. 1. an. 1219.* *S. Leo Pp. Serm. 2. de Natiu.*

II. Meum eſt meminiſſe Conuentus Atrebatenſis qui hoc anno Patribus Trinitariis ſurrexit: Siquidem anno regiminis *Gulielmi* Scoti ſecundo, (quem quidam Beatum appellant) Ordo iſtæ Sanctiſsimæ Trinitatis cœnobium conſequutus eſt *Atrebati* in Arteſiâ, in ſuburbio S. *Vincentij*, ipſius B. Gulielmi inſtantiâ, & piorum eleemoſinis. Primus huius cœnobij Miniſter fuit Fr. *Robertus* de Atrebato conſanguineus Comitis Arteſiæ (S. T. Doctor Pariſiens) quem olim ijdem PP. Trinitarij ab infidelium ſeruitute liberarunt. Templum illius abſoluit Fr. AEgidius de la Taberna, eximius Sacri eloquii præco, & D. Hugo Viennens: Archiepiſc. Biſuntinus, præſentibus *Hannibale* Neapolitano, & N. Claramontano Cardinalibus, aliiſque primatibus viris anno 1346. conſecrauit. Caſtrum verò elegantiſsimo opere conſtruxit Fr. Ioannes Godartius Vicarius Generalis per prouinciam inferioris Germaniæ an. 1547. Obiit ille anno 1551. Iacet in templi ſui odæo, vir ſuâ ætate famæ præſtantis; vt & alter Fr. Iacobus Bourgheſius Atrebas, quem in eodem cœnobio idem Godartius monachum veſtiuit. Is variorum operum editu, ſimulque Principium familiaritate, eruditionis ac pietatis laude comparatâ, deſijt in viuis eſſe, Duaci Caſtuacorum anno ſeculari 1600. huius Ordinis Vicarius Generalis.

Ferreol. Locrius in Chronic. Belgic.

Eodem ipſo collegium Hieroſolimitanum pro fratribus nationis Anglicę fundatum *ab Henrico* III. Angliæ Rege, vt illi populis Paleſtinæ Euangelium prædicarent. Demum an. 1229. prædictum Collegium à Saracenis, terram S. & Hieroſolymam occupantibus, extinctum eſt; ex domeſticis Religioſis quadraginta in odium fidei trucidati. III.

Conuixere hoc ſeculo in Ordine Fr. *Robertus* de Attebato, ortu nobilis, primus Miniſter Attrebatenſis, celebris Verbi Diuini præco; Fr. *Ioannes* Strabonus Anglus, Doctor Theologus Oxonienſis, eiuſdem conuentus ſecundus Miniſter,

ſcri-

ſcripſitque in *Iſayam* Prophetam, & Sermones quoſdam Aduentuales. Fr. *Martinus* Anglicus, vir magnæ ſanctitatis, *Fr. Richardus* è Conuentu Kaneresburgenſi redemptioni captiuorum intentus, capite abſciſſo pro fidei Catholicæ profeſsione, palmā martirii meruit Tuneſii, anno nobis decurrēte *Fr. Auguſtinus* Galganus deſtinatus Archiepiſcopus Meſſanen. & Confeſſarius Conſtantiæ Auguſtæ Federici II. Roman. Regis. Interim ſupremus Miniſter itineri ſe comittens ad proſequendum opus redemptionis, qum Beazę quadraginta duos libertate donaſſet, in febrem incidit, 3. Id. Maii. anni 1222; quā etiam extinctus eſt, &, vt creditur, cœlo donatus. Illius ſacræ exuuiæ à fratribus, atque etiam à quadraginta duobus captiuis ab ipſo liberatis, delatæ ſunt ad propinquum Caſtrū Chriſtianorum, Begnieres dictum, diçceſis Beacenſis, V. Lap. ab illa ciuitate, deindę Cordubam translatæ, depoſtæ ſunt in quâdam Eccleſiâ, quam proinde Altiſſimus pluribus miraculis illuſtrauit: Et fratres de eo olim Canonicum officium recitare conſueuerunt, de licentiâ *Vrb.* Pp. IV. vt credi ſolet.

Auila in Theat. Eccleſ. Segonien. fo. 518.

Denique apud externum authorem inuenio hoc eodem anno fundatum eſſe huic Ordini Conuentum Collarenſem, in vrbe vulgo dicta *Ceullar*. Auſpex eius fuit ex ipſo Ordine Fr. *Thomas* Anglicus, dum Prouincialem Miniſtrum ageret in Caſtellâ Fr. Martinus.

Ad hunc etiam annum pertinet tranſactio, ſiue contractus inter Capitulum *Meldenſis* Epiſcopatus, & Conuentum *Cerui frigidi* huius Ordinis in Monte *Bredelia*. Enimuerò illi hinc inde obligarunt ſe inuicem ad celebrandas Sanctorum feſtiuitates, & ad ſuffragia defunctis exhibenda, vt patet ex tenore Inſtrumenti in pergameno exarati, duobus ſigillis ex eo pendentibus, veteri idiomate Gallorum, quod Latinè ſic ſonat.

In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij & Spiritus Sancti

IV. *Cunctis fidelibus ſit notum* quod nos omnes clerici Eccleſiæ Meldenſis, & monachi S. Trinitatis Ceruifrigidi, congregati in Capitulo Eccleſiæ Meldenſis, ad notandam fraternitatem, & confraternitatem inter nos ipſos. Nos P. Epiſcopus eiuſdem Sedis, & totum eiuſdem Capitulum promittimus, & votum irreuocabiliter & perenniter facimus, intereſſe ad ſupradictum monaſterium in Dominicâ S. Trinitatis, & Fęlicis Confeſſoris, qui ibidem clarus miraculis quieſcit, in omnibus horis Canonicis earundem feſtiuitatum: Et quando obierit aliquis monachus Ceruifrigidi, nos Epiſcopus & Canonici Meldenſes recitabimus tribus diebus officium defunctorum pro eo. Et nos. G. Miniſter & monachi Cerui frigidi, promittimus, & votum irreuocabiliter & perenniter facimus intereſſe ad Eccleſiam Meldenſem in feſtis *S. Mariæ* Virginis, Aſſumptionis, & Natiuitatis, in omnibus horis Canonicis: Et quando obierit Epiſcopus, ſeu Canonicus eiuſdem Sedis, Miniſter & monachi Cerui frigidi recitabimus tribus diebus officium defunctorum pro eo: Et quia ſit pactum iſtud firmiter omni tempore, ſigillis noſtris communiri mandauimus IV. Id Auguſt. an. Dominicæ Incarnat. 1219.

Pertinet item priuilegium & protectio *Honorl* Pp. quo omnes vniuerſi huius Ordinis Conuentus ſub ſuum præſidium accepit; nam diploma illius de hoc expeditum eſt 25. April. labentis anni 1219.

V. peditum eſt 25. April. labentis anni 1219.

Tamay in Martyr. Hiſp.

Claudam hunc annum ſolitâ periodo aliorum, quæ erit redemptio; In ipſo enim

enim, Fr. *Bernardus* de Sarriano, primus Miniſter Dertuſenſis,& Socius Fr. *Dominicus* de Cruſtrano Granaram profecti anno 1219. tercentum nouemque captiuos Maurorum carceribus eduxerunt. Eſto hic finis anni, dummodo ſit iſta appendix, pietatis & puritatis exemplum à quodam *Reynero* ab Vdeohem, equite Brabantino, & ſuis editum;Hic enim omnes octo filias quas habuit, Præmonſtratenſium Ordinis conſecrauit in vico Pellerberga prope Louanium.

A N N V S

IESV CHRISTI D. N.	1220.	FREDER. OCCID.	9.
HONOR. Pp. III.	4.	INDICT.	8.
ROBERT.IMP.ORIEN.	1.	RELIG. SS. TRINIT.	23.

B R E V I A R I V M

1 Fridericus *miſſo Romam Oratore impetrat à Pontifice* Honorio *dignitatem Imperialem.*

2 *Dotatur Patribus cœnobium* Hondeſcottæ *in Flandriâ,per* Gualterum-*Gualteri fundatoris F.*

3 *Alius,*Ferdinandus *de Pontoia concedit iiſdem PP. fundum pro monaſterio Toletano.*

5 *Inſignis captiuorum liberatio à PP. Trinitarijs facta, quâ carceribus eruerunt* 180. *Chriſtianos.*

F*Redericus* quem dixi, ad Imperii apicem aſpirans, præmiſit Romam Oratorem,Abbatem Fuldenſem, qui *Honorium* induceret ad eam dignitatem ſibi deferendam. Honorius etiam, comitio Cardinalium habito, ſtatuit eam illi conferre;de quo illi tam ipſe *Honorius*,nomine Sedis Apoſtolicæ, quàm Parentius Senator,nomine Populi Romani ſcripſit, hortatuſque eſt vt quàm primùm Romam ſe conferret. Porrò ne quas turbas in Imperio vereretur, pollicebatur Honorius Legatum à latere ſe in Germaniam miſſurum, qui Principes & ſubditos in officio contineret. Ad VII. Calend. Octobris in caſtris apud S. Leonem coram Apoſtolicæ Sedis Legato, iuramentum ex more præſtitit, priuilegiaque omnia Eccleſiæ Romanæ dato diplomate, confirmauit. Deinde omnes conſtitutiones, & conſuetudines contra Eccleſiaſticam libertatem inductas, antiquauit, omneſque conceſſiones, & donationes Ducatus Spoletani, Terræ Comitiſſæ Mathildis, Ferrariæ, Villæ Medianæ, Montis Faliſci, Tuſciæ Ciuitatum, aliarumque poſſeſſionum ad patrimonium S.Petri pertinentium, factas à ſe cuicunque irritauit, eaſque à quibuſcunque inſeſſas & vſurpatas Eccleſiæ reſtitui præcepit. Spoletanos & Narnienſes Eccleſię rebelles capi, vinciri, & tum peculio, tum capite damnari voluit. Fundanum Comitatum Eccleſię Romanę attribuit; Bononienſi Eccleſiæ bona confirmauit; & deinde Romam vnà cum Conſtantiâ vxore veniens, ipſo die feſto S. Cœciliæ ,aſſiſtente Summo Pontifice, ab Hugolino Cardinali inunctus, ab ipſo Summo antiſtite diadema Imperii accepit. Inter cætera in pactis erat vt illicò Damiatam obſidentibus ſubueniret, & collectis copiis jn AEgyptum transfretaret. Et quidem meritò, nam illius obſidio decimum menſem durauit, tum aſtu Sultani, tum pertinaciâ obſeſſorum, qui ad extrema coacti, nullo genere ciborum abſtinebant; fandis, nefandis, fœdis etiam, & illorum ſuperſtitione vetitis veſcebantur; vnde impares neceſſitati capi ſe ſiuerunt.

II. Eodemque anno *Gualterus* Hundeſcottę dominus Conuentum PP. Trinitariorum Hondeſcottæ in Flandriâ à patre ſuo Gualtero ibidem ſepulto Clari Viuarii nomine fundatum anno 1204; pręſenti dotauit terrâ Viuarii, & aliis quæ addit in publico inſtrumento quod hic tranſcribo.

„ Ego *Gualterius* miles de *Hondeſcota*, de conſenſu vxoris meæ *Aolidis*, & hæredum meorum, ſcilicet *Ioannis* primogeniti mei, & aliorum, dedi in perpetuam eleemoſinā fratribus Ordinis Sanctiſsimæ Trinitatis & Captiuorum terram meā de Viuario, à capite ſcilicet Viuarii verſus Meridiem vſque ad Pontem qui eſt ſub molēdino, & à ponte ſicut via illius Pontis ducit vſque ad terram hæredum Bruningi de Houtheem, & à Terrâ illâ vſque ad terram Giliberti Albi: Item verſus Meridiem, & arbores quæ ſunt citra Viuarium ſitæ, cum fundo earundem, & molendinum, cum liberâ mouturâ, & omnia iura ad molendinum pertinentia & viginti millia capitum, & decem libras Flandrenſis monetæ ſupra de Ooſthonc Hoſthoc: præterea terram de Furnis, de conſenſu Roberti militis de Bambeca quæ iacet in parochia de Hondiſcota per partes diuiſa. Et vt hoc ratum permaneat, hanc paginam impreſsione ſigilli mei roboraui, his teſtibus, Domino Ingelmaro Abbate, & Gualtero Priore, Ioanne Valois, Michaele nepote dicti Abbatis, Ioanne filio Zachariæ, monachis de Bergis. Ioanne Capellano Domini Galteri de Hondeſcota, Theodorico de Quatripâ presbiteris. D. Roberto de Bambeca, D. Ioanne de Ipris, militibus, Michaele Clerico, Zacharia Ioanne filio Teslini, Nicolao Ruſcart Scabinis de Bergis, & multis aliis. Actum *Bergis* in feſtiuitate *S. Laurentii* Martyris & Leuitæ. 1220.

Eodem anno circiter, paulò plus minus, in monumentis huius Ordinis inuenio fundatum Conuentum Taraconenſem in prouinciâ Prouinciæ diæceſis Auenionenſis; de quo qui plura volet, conſulat archiuiū Patrum Capuccinorum præfatæ Vrbis. Ex ipſo prodiit P. Franciſcus Buchet, natus apud S. Remigiū. Doctor Sorbonicus, mortuus in Conuentu Maſsilienſi. Hic eſt qui *à Greg.* Pontifice impetrauit facultatem benedicendi Eccleſiaſtica paramenta. Idemque Relligionis habitu induit eos qui eius Reformandæ praxim Galliæ intulerant, nempe Iulianū à Nantouille, & Claudiū ab Alep. clericos, dum pro ipſis Romæ ageret Vicarium Generalem Ordinis. Iam dictus Gregorius Pontifex eidem indulſit vt vtrumque illum eremitam ad Ordinem admitteret. Et ipſe eos in Galliam remiſit, acturos annum probationis apud *Ceruum frigidum*. Quę omnia conſtant ex quodam libro dudum typis tradito Auennione. Denique Reuerendus ille Pater Romam vexit caput *S. Rochi*, fuitque apprimè commendatus dicto Pp. Gregorio, qui etiam eidem conceſsit Altare priuilegiatum pro omnibus cuiuſcunque conditionis ſacerdotibus, qui in Arâ maiori Conuentus Maſsilienſis Miſſas celebrarent.

Abſolnam fere annum memoriâ cuiuſdam *Ferdinandi de Pantoya*, qui ſub
III. idem tempus Patribus huius Ordinis conceſſit fundum ad ampliandum eorum monaſterium Toletanum. Idque ad inſtantiam Ven. Patris F. *Eliæ* de Valle, Luſitani, primi eiuſdem Domus Miniſtri. Et vtriuſque operâ, primi ſumptibus, ſecundi induſtriâ, fabrica tam egregiè prouecta eſt vt inter potiores Hiſpaniæ numeretur: Eo amplius quod prouentibus non parcè inſtructus eſt Conuentus, adhuc ditior ſpiritali alumnorum virtute.

Supereſt tantùm adſcribere quod duo Patres ex iſtis, *FF. Petrus* de Beteza &
IV. *Ioan.* de Conſilia, Maurorum Carceribus eruerunt centum octoginta captiuos.

AN-

ANNVS

IESV CHRISTI D. N. 1221.		FRED.II.IMP. OCCID.	10.
HONORI Pp. III. 5.		RELIG. SS.TRIN.	24
RORERTI IMP. ORIENT.	2.	INDICT. 9.	

BREVIARIVM.

1 *Cruceſignati AEgypto exeunt. & Damiatam perdunt.*
2 Honori *Pontificis digna eo diligentia in Regibus admonendis, ac componendis.*
3 *Monaſterium Andriguenſe PP. Trinitarijs erectum. Alardus de Stirpi quis? & quantus?*
5 *Redemptiones captiuorum inſignes à PP. Triuitarijs factæ.*

I. Avtumnante anno, Cruceſignati Damiatam amiſerunt, & vniuerſâ Agypto, magnâ ignominiâ Chriſtiani nominis, exceſſerunt. Ita ceſſit *Pelagius* Sedis Apoſtolicæ Legatus ſpe conceptâ barbaræ ſuperſtitionis euertendæ, & aduerſus Sultanum Babiloniæ caſtra moueri, Cairumque, ſeu Memphim omnibus accedere præcepit. Initio detrectabat *Ioannes* Brennus Rex Hieroſolimorum, dicens, exercitum non ad AEgyptum ſubiugandam, ſed ad Paleſtinam vindicandam conſcriptum. Cæterùm qùm Pelagius & ſuaderet & vrgeret, & iure Sacroſanctę poteſtatis imperaret, eumque qui dicto obediens non foret à ſe execrandum minaretur, tandem mouit. Iuerunt igitur metu dirarum ad LXX. hominum millia Idibus Quintilibus, & Cayro appropinquarunt. Ibi Sultanus copijs ſuorum diuiſis, viarum exitus per quas Cruceſignati tranſierant occupauit, adeoque vias obſtruxit, vt ad exercitum Chriſtianum nec victualia ex Damiata deferri poſſent, nec ei aliàs ſubueniri. *AEmil. & Naucler.*

II. Eodemque anno *Honorius* Pontifex, Reges Hiſpanorum Ferdinandum Caſtellæ, Alfonſum Legionis, Iacobum Aragoniæ, quod negotia quæ ipſis tractanda erant cum Miramolino Marochij Sultano, Iudæis committerent, qui ea occaſione Chriſtianorum conſilia Saracenis aperiebant, ſingulos monuit ne perditorum conſortio rem Chriſtianam in diſcrimen adducerent, ac tergiuerſantes cenſuris compeſcere præcepit nonnullis ſingulorum regnorum Epiſcopis. Aliumque Alphonſum Luſitaniæ Regem quod iniutius in Braecarens: Archiepiſcopum eſſet, deſiſtere hortatus eſt, atque obedire negligentem anathemate ab eius Epiſcopis percelli iuſſit.

III. Cęterùm annus iſte, quoad res huius Religionis, admodum ſterilis eſt, neque multa deprehendo addenda, præter Monaſterium Andreguienſe iam tunc fundatum per nobilem virum *Alardum* de Stirpi, & vxorem eius *Ideam*. Quod inde patet benè & Chriſtianè factum, quia Godefridus de Fontaines Archiep. Cameracenſis confirmauit donationem anno 1232. *Aubert. Myræus. 241.*

Ipſe autem *Alardus* fuit vir ſtrenuus, ex familia Vilainorum. Situs Monaſterii eſt inter Montes Hannoniæ & Valencenas diœceſis Cameracenſis.

IV. Annus cæteroqui effætus nobis, redemptionibus eſt fœcundus. In ipſo enim P. Gulielmus à Vetula, Prouincialis Aragonię, aſſumpto ſocio P. Petro de Ilerda, centum quindecim captiuos Valentiâ eduxerunt. *Figuer. f. 603.*

Item, ipſe ille Conuentus Ilerdæ eleemoſinis *Iacobi* Aragonum Regis Maio-

ricâ ſiue Palmâ Balearium emiſit Chriſtianos ſeruitutę ſolutos ſeptuaginta ſeptem; nempe viros quinquaginta ſeptem, pueros ſex, clericum vnum, mulieres octo.

A N N V S.

IESV CHRISTI D. N.	1223.	ROBERTI IMP. ORIENT.	3.
HONORI Pp. III.	6.	RELIG. SS. TRINIT.	15.
FRED. IMP. OCCID.	12.	INDICT.	10.

B R E V I A R I V M.

1 *Frederici Cæſaris perfidia, impudentia, & ingratitudo erga Eccleſiam.*

2 *Raymundus Toloſanus, Albigenſium hæreticorum fautor, ſubitâ morte viuis ereptus.*

3 *Mors item Gulielmi Scoti, Miniſtri Generali totius Ordinis Santiſſimæ Trinitatis. An fuerit Archiepiſcopus Rhemenſis.*

4 *Fundatur Patribus Conuentus Metis in Auſtraſia.*

5 *Duæ inſignes Captiuorum redemptiones à PP. hoc anno exercitæ.*

I. *Villan. hiſtor. l. 6. c. 1 & 15. Naucler. Gen. 41.* SVpra monui *Fredericum* Imperatorem iecíſse fundamenta ſuæ perfidiæ, quæ hoc anno ad faſtigium euaſit. Nam ſpretâ iuſiurandi religione, multa & quidem enormia aggreſſus, ditionem Pontificiam vexabat, Præſules Eccleſijs pro libitu aſſignabat, libertatem electionum violabat, inſtitutos aut confirmatos à Pontifice Romano expellebat, Collectas ab Eccleſijs exigebat, Pedagia & vectigalia Eccleſiaſtica imponebat; & priuilegia ſuper Eccleſijs vſurpabat. Auerſanum enim Epiſcopum ritè electum expelli, & alium eius loco intrudi curauit. Capuana Eccleſia ab eius ſeueritate immunis non fuit, qùm auſus fuerit in Archiepiſcopi eius electionem manus immitterę.

Indoluit vehementer *Honorius*, & ſcriptis ad eum litteris, miſſoque Priori Monaſterij S. Mariæ nouæ, iuſiurandi Innocentio Pp. primùm tum, ſibi tam Hannouiæ quam Romæ dati formulam ipſi repræſentans, ingratitudinis & periurij eum rephendit.

II. *Bernard. in Chronic.* Adhuc etiam notabilis eſt idem annus morte Raymundi Toloſani Comitis, Albigenſium hæreticorum patroni. Subitâ enim apoplexiâ correptus, & linguæ officio deſtitutus, interiit. Et quoniam obiit anathemati obnoxius, ſacrę ſepulturâ priuatus, illâ aſini eſt exceptus.

III. Nobis iſte annus ſimilis præcedentibus oritur, ſcilicet vix vllo monumento diues quod referri mereatur, niſi forte nobilitetur exceſſu Reuerendiſsimi Gulielmi Scoti, qui tertius huius almæ Religionis habenas moderandas ſuſcepit. Merito ille, quia aptus regimini, quippe in ſcholâ S. Ioannis fundatoris, in primo Ordinis domicilio, illo Ceruifrigidi, primitias Spiritus ab authore ſicut Apoſto-*Tertullian.* li à Chriſto Domino, hauſit. Quo loco libet Tertulliani criſin in vſum reuocare. Cenſuit enim ille ſuffeciſſe Apoſtolis pro Sacramento Baptiſmi, commercium, & ſocietatem Chriſti. Ita enim ille lib. ſuo de Baptiſ. c. 12. *ſiue tincti* (inquiens) *quoquo modo fuerint* (Apoſtoli) *ſiue inloti perſeuerarint &c. de ſalute tamen Apoſtolorum ſatis temerarium eſt æſtimare, quia illis vel primæ adlectionis,*

&

*& exinde indiuiduæ familiaritatis prærogatiua compendium Baptiſmi conferre poſ-
ſet.* Quod ſi verum ſit, (vt credi poteſt) poterimus et nos inſignem vitæ probi- *Vide Thom*
tatem expectare à Gulielmo ſuperſtite, & aſſignare defuncto, qui tam diu, tam *Dempſter. in hiſtor.*
familiariter conuixit fundatori. Nec deeſt qui dicat extra Ordinem obijſſe Ar- *Scot. enim*
chiepiſcopum Rhemorum: Sed quoniam ea traditio non nititur fixis baſibus, *opere de Scriptor.*
proinde malo eam ſignificaram à me quam aſſertam. Multas captiuorum redem- *Scot.*
ptiones exercuit, et in vnâ eum mors deprehendit Baeſæ prope Cordubam, vn-
de ipſe Maurorum carceribus numerato pretio liberauit quadraginta duos ca-
ptiuos.

Circa eundem annum Patribus Trinitarijs: exſtructum eſt domicilium Metis IV.
in Auſtraſia (vulgo Lotharingia) idque ab ipſo Duce, licet alius huic domui at- *Figuer. f. 36.*
que eius fabricæ alium annum longe anteriorem aſsignet. V.

Denique eodem ipſo FF. Arnaldus Queralt, et Bernardus Labaza Valentiam *Tamay in Martyrol.*
profecti, è Maurorum tyrannide trecentos quatuor captiuos litro perſoluto li-
berarunt.

A N N V S.

IESV CHRISTI D. N. 1223.	ROBERTI ORIENT. 4.
HONORI PP. III. 7.	RELIG. SS. TRINITAT. 26.
FRED. II. IMP. OCCID. 13.	INDICT. 11.

B R E V I A R I V M

1 *IOannes Rex Hieroſolymorum ingreditur Italiam, ibique filiam ſuam deſponſat Frederico Imperatori.*

2 *Surgit Patribus Trinitarijs cænobium in Auſtraſiâ.*

3 *Gulielmo Scoto in regimine Ordinis ſuccedit Rogerius Leproſus.*

4 *Floret Pater Fr. Petrus de Montiduno.*

5 *Duæ inſignes captiuorum redemptiones à PP. Trinitarijs factæ.*

HIs diebus ex Oriente Romam appulit *Ioannes* Rex Hieroſolitanus, vna cũ I.
Patriarcha etiam Hieroſolymitano, & Magiſtris Sacrorum Ordinum Mi-
litarium, Templariorum, & Hoſpitaliorum; atque ab *Honorio* benigniſſimè, &
honorificè ſuſceptus: Adfuit etiam Fridericus Imperator, & ab eodem Rege
poſt renouatam promiſſionem reſtitutionis iurium ac bonorum Eccleſiæ, & ſati-
sfactionis iniuriarum illatarum, Pontifici reconciliatus eſt.

De rebus autem Orientalibus vnà deliberantes, conuenerunt vt Imperator, *Sequt. lib.*
cuius vxor Conſtantia paulo ante obierat, Iolem, ſiue Iolantam (Iſabellam, alii *5. p. 11. c. 10.*
qui vocant, confundentes eam cum tertia coniuge Frederici), filiam Regis, & *S. Antonin. Sigon.*
Hieroſolymitani regni iure materno hæredem, quanquam ipſi Frederico, quarto
conſanguinitatis gradu propinquam, diſpenſatione Pontificiâ coniugem duceret,
& intra biennium expeditionem ſuſciperet ad recuperationem Terræ Sanctæ, iam
etiam ſibi dote coniugis debitæ.

Quoad res Religionis, videtur huic anno, certè autem propinquo, aſſignanda II.
erectio monaſterij de Bar, in Auſtraſia; de quo vix aliud occurrit addendum,

quam

quàm quod ex eo prodierint: Pater Reginaldus à Marchia XIV. Miniſter totius III. Ordinis Generalis. Quodque is quem proximè dixi extinctum, Gulielmus Scotus, ſucceſſorem habuit in Ordinis regimine Rogerium Leproſum Campanum. Hic Capitulum Generale apud Montem Peſſulanum celebrauit hoc anno in domo S.Mauri die 26. menſis Martij, in quo multa ad augmentum Ordinis ſtabiliuit; Religioſos in Terram Sanctam miſit: Cultum Dei ſtudioſè amplificauit: maximam diligentiam redimendis captiuis adhibuit. Illius fœlicem tranſitum, & inſigne humilitatis Religioſæ exemplum, quia in alios annos inciderunt, dimittemus in præſenti, ſingula ſuo referenda.

Figuer. f.5.9

IV. Eodem floruit P.Petrus de Montiduno ſeu Montinduno, natione Anglus, Epiſcopus Noruicenſis, & Confeſſarius Henrici II. Anglorum Regis; vir pietate in Deiparam ſingulari, & ſcientiarum laude Illuſtris; ſcripſit (vt in Ordinis Chronico refertur.) *In Cantic. &c.*

Vid. Bibliotech. Marian. f.262.

In Cantic. B.Virg. lib.2.
In Epiſtolas D.Pauli: libr.3.
De feſtis Angelorum. 1.

V. Neque defuit huic anno, quin abundauit comunis fructus redemptionis; Nam P. Petrus de Corbinis, & P. Tuneca, Prior domus Ilerdæ, Algerium profecti, ergaſtulis Saracenorum eruerunt ducentos octo captiuos.

Figuer. f. 604.

Maioricæ quoque FF. Marchus Chamar & Gulielmus Pont, munificentiâ Regis Aragonum adiuti, eduxerunt ſimilibus vinculis ſolutos, in primis duos Religioſos Ordinis S.Dominici, alios viginto octo viros, tres fæminas.

A N N V S.

IESV CHRISTI D. N. 1224.		FRED. II. OCCID.	44.
HONORI Pp. III.	8.	RELIG. SS. TRINIT.	27.
ROBERTI IMP. ORIENT. 5.		INDICT.	12.

B R E V I A R I V M.

1 *Frederici Caſaris ſummè vitioſi edicta contra vitia, hæreſes præſertim.*
2 *In Anglia erigitur Patribus cænobium in diœceſi Cantabrienſi.*
3 *Memoria Eduuardi Epiſcopi Manapienſis; vbi deciditur cuias fuerit?*
4 *Martyrium aliquorum Patrum huius Ordinis ob Catbolicam fidem, & captiuorum redemptionem.*

I. HIs menſibus *Fredericus* Imperator Patauii hærens, vt ſe verè pium, ac fidei defenſorem eſſe Orbi perſuaderet, (cuius pleraque vitia contrarium indicabant), egregias aliquot leges contra varias hæreticorum ſectas, receptores, cōſcios ac participes promulgauit, quibus primum pœna mortis ſtatuta reperitur contra obſtinatos, quas poſtea Innoc. IV. & ſubſequentes Pontifices confirmarunt, & ſæpius publicari curarunt.

Petr. de Vin. lib.1. cap.25. 26. 27.

Eius porro ſtudia ac mores ita breuiter Ioan. Villanius, Florentinus, vetus hiſtoricus deſcribit, vt dicat fuiſſe eum virum multæ induſtriæ, ac peritiæ, egregiè litteratum, & complurium linguarum gnarum, Græcæ, Latinæ Italicæ, Gallicæ,

Lib.6. cap.1.

licæ, Germanicæ, Saracenicæ; Magnificum, liberarem, conſilio prudentem, armis ſtrenuum, ædificijs ſplendidum; ſed multis modis impudicum, gregem concubinarum, & mamaluchos (obſoletos puto) Saracenorum more habuiſſe, omnique deliciarum genere diffluentem, vitam Epicuream duxiſſe quaſi nulla alia eſſet poſt iſtã; hincque præcipue Eccleſiam & Clerũ perſequutum eſſe, templa ac monaſteria diripuiſſe, bona aſportaſſe, vt eſſet quo voluptates ſuas ſatiaret.

Quod addam ex proprio non promitto, niſi iſto anno in Angliâ in diœceſi II.
Cantabrenſi erectam eſſe Patribus domum per quendam *Robertum* de Roteſter. Adſcribuntur eidem anno fundationes aliorum duûm cœnobiorum huius Ordinis, Schonenſis, Herlemenſis; quæ vt certum eſt aliquando extitiſſe, ita dolendum eſt hodie à Patribus non poſſideri, quippe ab hæreticis abſorpta. *Clem. Reyn. f.162. Apoſt.*

*I*n hac ergo penuriâ libet huic anno inſerere memoriam vnius qui in ipſo, aut III.
certe propè, Ordinem nobilitauit: is eſt Eduardus Scotus huius Ordinis qui ab Honor. *III.* inſtitutus eſt Epiſcopus Manapienſis (vulgo VVaterfordienſis) in Hyberniâ. Quod vt verum ſit, Scotia illa, cuius alumnus fuit Eduardus, intelligenda eſt Maior, hoc eſt ipſa Hibernia; non enim Hiberni externos præſules facilè admitterent, qùm ipſi abundarent iis qui his muneribus cum honore fungerentur.

Sed quod Ordinem & annum amplius illuſtrat, eſt precioſa Mors Martyrum, IV.
qui pro fide Catholicâ tuendâ & fatendâ fortiter occubuerunt, dum Catholicos infidelium carceribus incluſos libertati reddere conarentur. Duo autem erant, Fr. Robertus Victorianus, & Fr. Cornelius, vterque natione Anglus; nam illis Algerij ab hoſtibus fidei guttura inciſa ſunt V. Non. Maii. *Fig. f. 60.*

A N N V S

IESV CHRISTI D. N. 1225.		FREDER. II. OCCID.	15.
HONOR. Pp. III.	9.	RELIG. SS. TRINIT.	28.
ROBERTI IMP. ORIENT. 6.		INDICT.	13.

B R E V I A R I V M.

1 *I*Nſolentia Frederici *Imperatoris.* *Factitius* Balduinus *qui ſe credi voluit verum Hieroſolymorum regem extinctum.*

2 *Extructa Trinitarijs aliquot cœnobia.*

3 *Item conuentio facta cum Clero Magolanenſi à PP. Conuentus Montis Peſſulani.*

4 *Inſignis redemptio captorum à PP. facta:*

FRedericus *I*mperator ſubinde in peius proficiebat; edictis pius, actibus impius. Eius enim negligentiâ ſtetit ne in Terram Sanctam mitterentur ſub- III.
ſidia quantis opus habebant. Et contumaciâ eius accidit vt priuilegia Eccleſiarum, etiam Romanæ, violarentur. *I*tem parum abfuit ne *I*oannem *Brenum* Regem Hieroſolymorum, ſocerum ſuum occideret, cum Gualterio ipſius nepote. *Sanut. lib. 3. p. 11. c. 10.*

Reddit etiam notabilem annum factitius quiſpiam *Balduinus*, Conſtantinopolitanus *I*mperator, qui ſe pro vero venditabat, & verum illum, ſtaturâ, ætate, ac corporis lineamentis non admodum malè referebat. *I*dem multis in Flandriâ, tædio fœminei dominatus, acceptus (ſeruabatur enim adhuc in carcere *Vincent. lib. 30. c. 127. Guagin. lib. 7. AEmil. lib. 7.*

Fer-

Ferdinandus Luſitanus. Ioannæ Comitiſſæ, veri Balduini filiæ maritus, prælio Bouienſi captus, Honorio Pontifice & Blancâ Reginâ, ſanguinis neceſſitudine Ferdinando iunctâ, pro eius liberatione nequidquam apud Ludouicum Regem ſatagentibus)Ioanâ Comitiſsâ vix eius manibus elapſa, Regis Ludouici opem in eum implorante. Vocatus à Rege publicâ fide Peronam, acceſſit magno comitatu ſtipatus; & multa quæſitus, qùm vel ſuperbè reſponderet, vel hærens æſtuatet, nullaque de ſe vera indicia exhiberet, dimiſſus à Rege eâdem fide quâ venerat, Valentianas rediit; deſertuſque ab omnibus, clam fugit in Burgundiam: atque ibi agnitus, & Ioannæ venditus, ab eius miniſtris multis cruciatibus in ergaſtulo affectus eſt, & denique reſte ſuſpenſus; non tamen ſine plebis rumoribus, quę patrem ab improbâ filiâ ignominioſè extinctum tunc, & diu poſtea diſſeruit.

II. Ad nos pertinet erectio cænobiorum huius Ordinis; Etenim præſente anno erectum eſt illi in Scotiâ cœnobium de Catenes dictum, Comitum loci illius magnificentiâ. Ex eo prodiiſſe dicitur Fr. Thomas de Aberdonia Doctor Theologus Oxonienſis, qui etiam, ſecundùm aliquos, euaſit Epiſcopus Mindenſis. Alterum item eidem erectum eſt, dictum de Papho, in inſula Cypri, eodem hoc anno.

Thom. Dempſter. in appa rat. ad hiſtor. Scot.
Fig. f. 61.

Ad eundem pertinet tranſactio facta cum Epiſcopo Magalonenſi, in fauorem Conuentus Montis-Peſſulani, ob rationem quarundam decimarum. De ipſo

III. Conuentu Montis Peſſulani alibi à me ſcriptum eſt, vt fuerit extructus à quibuſdam Patribus qui Maſſiliâ in eas partes venerunt. Situs eius iam ante fuit Patrum Benedictinorum, qui interuentu *Vrbani* Pp. V. eum Patribus Trinitariis dederunt. Propter quod ipſe Vrbanus Pontifex fecit illis ædificari inſigne cænobium. Hoc autem anno conuentio facta eſt inter partes, quæ fuerunt; vna, ipſa Eccleſia Magalonenſis, altera Conuentus Trinitarius Montis Peſſulani, ſupet ſolutione quarundam decimarum quas Clerus prætendebat ex bonis Patrum illius Ordinis. Ipſi autem Patres communi conſenſu fuerunt declarati immunes à tali onere. Pertinet etiam eòdem ſententia pacificationis inter Religioſos Cõuentus Santarenenſis & Priorem parochiæ S. Saluatoris.

An. 1316.

Hagiolog. Luſitan. fol. 442.

Denique illo ipſo Patres Petrus Chamar, & Gulielmus Pont, interuentu eleemoſinarum D. Nunez Comitis Roſſilionis, redemerunt quadraginta nouem captiuos; tres Religioſos Ordinis Seraphici Minorum S. P. N. Franciſci; alios ſeculi
IV. viros quadraginta, mulieres quinque, puerum vnum.

ANNVS

FREDER. IMP. OCCID.	INDICT.	SS. TRINIT.
7.	14.	29.

A N N V S

IESV CHRISTI D. N.	1226.	FREDER. IMP. OCCID.	7.
HONOR. Pp. III.	10.	RELIGION. SS.TRIN.	29.
ROBERTI IMP. OR.	7.	INDICT.	14.

BREVIARIVM

1 *IMpij Frederici facinora, ob quæ meruit ab Honorio Pontifice diris deuoueri.*
2 *Ordini Trinitario conſtituitur Monaſterium de Houſton.*
3 *Probitas P.*Alphonſi *Romani, olim Doctoris Academiæ Bononien.*
5 *Idem Romam venit ad Concil. Lateran; Eodem duces præſules aliquot Græcorum. Ibidem à Pontifice* Honorio *conſecratus Patriarcha Alexandrinus.*
6 *Rudolphi afflictiones, & vulnera ab ouibus ſuis inflicta: & ad vltimum obitus precioſus Babylone, poſt carceres, lora; aliaque.*

QVem voluimus annus Italiæ ſatis funeſtus illuxit ob Frederici Imperatoris perfractam temeritatem. Qùm enim Honor. Pontifex amplius *Chronolog.* ferre non poſſet diuturnam Eccleſiarum Capuanę, Salernitanæ, Brundusinæ. *Beſſans Naucler.* Compianæ & Auerſanæ viduitatem, eò quod Fredericus contra iuriſiurandi *Gen.41.* formulam, electiones Pontificium miſceret, homineſque ineptos & indignos intruderet, Honorius ex decreto Concilij Cardinalium atque Prælatorum, antiſtites illis Eccleſijs authoritate Apoſtolicâ præfecit, & Frederico ſcripſit ne ferret ęgrè, ſe enim comittere aut permittere non potuiſſe vt oues numeroſę ſine paſtore deſererentur, quàm pluribus periculis exponendæ.

Pupugit ea res Fredericum, qui proinde animi impotens, litteras contumelijs plenas Honorio reſcripſit, eiuſque iuſtam indignationem in ſe concitauit. Reſpondit Honorius, Salomonem ſequtus, ſtulto iuxta ſtulticiam ſuam *Prouerb.26. v.5.* Qumque illi beneficia ab Eccleſia Romana liberaliter collata memoraret, & ſacramenti formulam refricaſſet, tum demum contumaciam illius redarguit, minatus inſuper Eccleſiaſticę vltionis rigorem.

Ex noſtris, hoc anno monaſterium de *Houſton* in Scotia erectum eſt, an- *Figuer.f.61.* nuiſque reditibus locupletatum. In eo floruit Fr. Gulielmus Meldron Doctor Theologus Cantabrigenſis, à ſecretis animæ Alexandro III. Regi Scotorum, ab ipſoque deſtinatus Orator ad Honor. *III.* Pontificem; deinde Epiſcopus Glaſcuenſis in Scotiâ ab eodem Pontifice inſtitutus. Scripſiſſe dicitur in Magiſtrum ſententiar. lib. 2. in Apocalip. S. *Ioannis* 3. Et hæc quidem ad lucrum Ordinis, illud ad iacturam ſpectat quod labente hoc anno amiſerit virum multis dotibus inſignem, P. Alphonſum Romanum, Doctorem Academiæ Bononienſis. Hic qùm intellexiſſet inſtitutionem plane Diuinam huius Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, Romam petiit, & ibidem illius habitum à S. eius patriarcha *Ioanne. Iſte* autem non grauatè conceſſit eum petenti, quem etiam *Andrad. Malka f.* ita erudiuit vt plane appareret candidatum illum primitias ſpiritus hauſiſſe. *193.* Adeo enim profecit vt omnibus eſſet exemplo, quibuſdam etiàm admiratio-

ni Inter quos qùm foret Innocentius Pontifex, qui tum ad clauum Chriſtianæ Reip. ſedebat, anno 1213. deſtinauit eum Legatum Alexandriam, vbi proinde Rudolphus degit annos aliquos, quouſque Romam ad Concilium Lateran: acceſsit, duxitque ſecum eò Patriarcham, & alios aliquot Epiſcopos Orientales.

Libenter eum viderunt Cōcilij Patres, quippe qui probè noſſent plenam eius ſcientiam & gratiam in prædicando, rogaueruntq; eum vt aliquando coniunctis ſibi proponeret Dei verbum, quod ille præſtitit ad ſtuporem auditorum plus ſemel. Contigit autem Dei nutu vt interim obiret Patriarcha Alexandrinus; cui qùm deliberaret Pontifex quem deberet ſubſtituere, oculos in Rudolphum coniecit, eumque dedit præcedenti ſucceſſorem, eâ lubentiâ vt ipſemet eum conſecrauerit in Eccleſiâ PP. Romanâ Sancti *Thomæ* de Formis.

Rudolphus autem iam Patriarcha ſedem ſuam acceſſit, magnâ omnium gratulatione exceptus, quouſque perditos quorundam mores incepit arguere. Tum etenim aliquorum inuidiam ſubiit, & reuera eſt expertus. Enimuerò quidam ex prouinciæ magnatibus horrendum aliquod crimen admiſit, quod qùm populum omnem publico ſcandalo perculiſſet, etiam publicam pœnitentiam exigebat. Ille autem parum admodùm promptus ad implendam iniūctam, remedia in venenum vertit, &, quorundam ex ſuis ſuaſu, armauit ſe ad vltionem ſumendam ex patriarcha. Qumque ſedulò veſtigaſſet itus & reditus eius, didicit eum ſolitum aſcendere monaſterium quoddam vrbi vicinum, idque ſine famulitio vllo & ſolum, ibique miſcere prolixos dialogos cum quibuſdam notæ ſanctitatis monachis qui ibi degebant. Qumque aliquādo Patriarcha inde ſero veſpere deſcenderet, nobilis ille inuaſit eum, comitatus plurimis, qui etiam adiuuerunt eius ſacrilegos auſus. Omnes itaque coniunctim impetiuerunt eum, & eas plagas innocenti intulerunt quæ riuos ſanguinis in publicas vias emiſerunt: Quod qùm illorum immanitati vtcunque ſatisfaceret, eum ita crudeliter lacerum demiſerunt in foſſam quanad ripam Nili, quam ad hunc finem ipſi carnifices præpararant. Sed enim idem ille non alio nauitâ quam ſemetipſo, neque alio vento quam cœleſti ſpiritu vectus, prono flumine ita validè portatus eſt vt poſtero mane appulerit ad portum quendam ſexaginta paſſuum millibus inde remotum, vbi Sultanus Babylonicus exercitum diſtinebat. Dominus autem Deus qui copioſam mercedem ſeruo ſuo præparauit, voluit eum alijs adhuc paſſionibus reſeruari. Nam quoniam nec telorum ictus eum confecerant, nec aquarum fluctus hauſerunt, Sultani Duces inde eum Babylonem tranſmiſerunt, vbi nouis ærumnis afflictus, etiam ferreis loris eſt oneratus. Sacra eius Religio pro communi onere redemptionis, & ſingulari affectu fraternitatis, procurabat eum quamuis ingenti precio recuperare. Sed aliud eſt D. Deo viſum, qui redditurus Sancto patientiæ mercedem, eum tot ærumnis luctantem ad ſe vocauit exoluendum; & ipſe reſpondit hoc anno quem commentamur.

FRED. OCCID.	INDICT.	RELIG. SS. TRINIT.
17.	15.	30.

A N N V S

IESVS CHRISTI D. N.	1227.	FREDER. OCCID.	17.
GREGOR. Pp. IX.	1.	RELIG. SS. TRINIT.	30.
ROBERT. IMP. ORIENT.	8.	INDICT.	15.

BREVIARIVM

1 HOnori Pp. III. *obitus, oſtentis prauijs demonſtratus.*
2 *Succeſſor ei datus quis? qualis? & quando?*
3 *Patres etiam Trinitarij eodem anno capite orbati, defuncto eorum Miniſtro Generali Rogerio Leproſo: cuius virtutes enerrantur.*
4 *P. Petrus Numbar floret eodem tempore magnâ virtutum famâ.*
5 *Nobiliſſimi coniuges Berengarius ab Angulariâ & Angelina in hoc ſacro Ordine Deo mancipati. Vir hoc anno obit.*
6 *Erectus Conuentus Toloſanus.*

I. AGgreditur annum magni Pontificis morte luctuoſum, intellige illâ Honori, quam etiam ſcopuli ipſi quadantenus luxerunt, ſicut illam Redemptoris, in qua *petræ ſciſſæ ſunt*. Nam ſub eius obitum tanti terræmotus in Alpibus exorti ſunt vt ad 5000. hominum perierint cadentibus domibus, ſaxiſque ex cacuminibus montium in ſubiectas conualles ruentibus.

Onuphr. in Greg. Sigon. lib. 37. de Reg. Ital. Matth. 27. v. 51.

II. Subrogatus eſt ei altero poſt obitum eius die, nempe XIII. Calend. April. magno Eccleſiæ bono Gregorius IX; antea proprio nomine dictus Hugolinus, patriâ Anagnimus, nepos Innoc. Pp. III. ex Triſterio conſobrino, Cardinalis Oſtiẽſis. Quam dignitatẽ ſæpius ei prædixiſſe S.P.N. *Franciſcum*, nec non Leonardum eremitam Camaldulenſem, dum in illã eremum cum ipſis ſeceſſiſſet, vtriuſque Ordinis annales produnt.

III. Cæpit Pontificatum à *Frederico* officij admonendo, vt iam denique expeditionem in Terram Sanctam adornaret, ni faceret diris deuouendus. Et hic quidem in ſpecie ſe exhibuit promptum atque paratum, confluentibus ad eum populis ex vniuerſo Orbe Chriſtiano; ſed adorſus negotium intra triduum reſiliuit.

VVading. Tom. 1. Annal. 1229. Auguſtin. Florentin. hiſtor. Camald. lib. 1. c. 33.

Noſter Ordo Redemptorum, Eccleſiæ Catholicæ ſimilis, tametſi non æqualis, hoc eodem anno acephala, doluit ſe capite imminutum; Ereptus enim illi interim eſt Miniſter ac Magiſter Generalis Rogerius leproſus, quem ſupra dixi Gulielmo Scoto ſuffectum. Hic in Comitijs Ordinis Generalibus apud Ceruum frigidum electus, multarum virtutum fuit nobile exemplar, in primis autem recluſionis ac ſolitudinis; vix enim ſinebat ſe à ſeculi viris videri; ab alumnis ſuæ Religionis non niſi ad negotiorum expeditionem. Et tamen interea tam exactè regebat Religionem, quaſi aranea ex punto centrico ſuam telam molita. Expediebat ad Patres modò encyclicas litteras, aliàs Conſtitutiones ac Leges. Deſtinabat Viſitatores prouinciarum, imponendo illis onus continendi Religioſos in priſtinâ obſeruantiâ, & erigendi (ſi occurrerent) lapſos. Atque vt omnes certiorem ad ipſum acceſſum haberent, nun-

Rob. Guag. in Chronic.

quam ſe mouit primo monaſterio Cerui frigidi, quin ibi omnes excipiebat. In id etiam incubuit animoſus, vt quæ ad Diuinum cultum ſpectant, ſeriò exercerentur & ſanctè. Denique in proprium Ordinis ſcopum intentus, redemptionem vinctorum magnâ induſtriâ procurabat; quod vel inde patet quoniam ex prouincia Campaniæ, cuius erat natu, & nutricatu filius, venit in Catalauniam pro illorum aſſerendâ libertate;& denique tot laboribus functus, tot virtutibus morti maturus obiuit eam anno quem agimus, etſi alij ei nouennio tardiorem aſſignent.

IV. Eundem annum & Ordinem illuſtrauit etiam inſignis vir P. Petrus Nobat natione Anglus, patriâ Valdenſis ob religioſam obſeruantiam,magnamque litteraturam electus patriarcha Conſtantinopolitanus,Beatiſſimæ Virgini Mariæ deditiſſimus cliens. Sacellum à ſe Conſtantinopoli fundatum puriſſimæ eius conceptioni conſecratum voluit: & præterea compoſuit de eadem, (vt refert Iſidorus de Luce Luſitanus,) inſignem Tractatum, quo eam emaculat communi originis labe.

Biblioт. Marian. f. 265.

V. Neque verò non eſt inſerendus his annalibus *Berengarius* ab Angulariâ, qui cum ſua conthorali *Angleſia*, nobiliſſimi genere, ditiſſimi facultate, non ſua ſolùm, ſed & ſe ipſos huic Sacro Ordini manciparunt. Incidit autem mors Berengarij in annum præſentem, & vterque obiuit vt vixit, ſcilicet magnâ ſanctitatis opinione.

Figuer. fol. 49.

Quoad fabricas domorum, hoc anno circiter lego erectam eſſe Ordini Toloſanam, de qua qùm nihil præterea habeam adhuc addendum, tranſeo ad redemptionem.

VI. Enimuerò eodem ipſo PP. Marchus Chamar. & Gulielmus Pont. Valentiæ redemerunt quadraginta tres vinctos ergaſtulis Maurorum; viginti ſex viros, mulieres decem, pueros ſeptem.

Martyr. Tomaij.

A N N V S

IESV CHRISTI D.N. 1228.		FREDER. OCCID.	8.
GREGORI Pp. IX.	2.	INDICT.	1.
ROBERTI IMP. ORIENT.	9.	RELIG. SS. TRIN.	31.

BREVIARIVM.

1 *Turpitudines & violentiæ* Frederici II. *Cæſaris.*
2 *Monaſterium Conuordi, Patribus Trinitarijs extructum.*
3 *Gregorij Pontificis Reſcriptum pro PP. Trinitarijs, ne alius eorum habitum deferret.*
4 *Memoria & virtutes P. Richardi VVilton Angli.*
5 *Michael Lacte Hiſpanus præficitur Ordini, idque virtutum eius merito.*
6 *Eius opera typis vulgata.*
6 *Eiuſdem zelus in captiuos redimendos Biblica Allegoriâ illuſtratus.*

HOrret animus, hæret ſtilus, deſcribere Frederici Imperatoris indigna viro nobili facinora, nedum Chriſtiano. Non contentus probris indi-

dignè iactis in Pontificem;& ſe,nō ad emendandam culpam,ſed vindicandam vt putabat iniuriam accingens, inſidias Pontifici tetendit. Frangipanes atque alios nobilitate, opibuſque Romæ præſtantes ad ſe vocatos vt beneficiarios Imperij inſtitueret, ſicque ad ſua vota in omnibus paratos haberet, omnia caſtra & prædia eorum pretio ſoluto coemit; ac mox eadem illis feudali Sacramento adſtrictis donauit, tacitumque mandatum dedit vt Gregorium Vrbe, occaſione quæſitâ deijcerent. Qui expectato tempore dum Gregorius in cœna Domini excommunicationem in Fredericum ex inſtituto redintegraret, populum in eum concitarunt, atque Vrbe exactum Viterbium primo, inde Peruſium fugere compulerunt. *Blond. Dec. 2. lib. 7. Vrſperg. in Chron. Sigon. l. 17.*

Fredericus autem iuſiurandi & Maieſtatis ſuæ oblitus, in ſubſidium Chriſtianorum in Paleſtinâ à Saracenis oppreſſorum nec ipſe transfretare, nec milites ſuis expenſis mittere,neque pecuniam,quam eo nomine à ſubditis & ab Eccleſijs extorſerat,numerare aut tranſmittere voluit. Deinde Hoſpitaliorum ac Templariorum in regno Siciliæ & Neapolitano poſſeſſiones occupauit. Conrado & Raymundo militiæ ſuæ Præfectis imperauit vt Pontificem & Eccleſiaſticos quibus poſſet modis vexaret. Cum Sultano AEgyptio in contumeliam Chriſtianorum ſordidum fœdus pepigit, profeſſus ſe non ad bellandum ſed ad inuiſenda loca Sancta veniſſe. Aulę ſuæ integritatem & thori puritatem impuris libidinibus taminauit, atque alia aliaque addidit, quibus nos relictis propria proſequemur.

Igitur hoc anno Patribus Sanctiſſimæ Trinitatis extructum eſt Monaſterium Cuordi, quod fere ἄγραφον eſt; non enim inuenio aliam memoriam aut ipſius aut id circumſtantium in monumentis ad me tranſmiſſis. II.

Gregorius tamen Pontifex eodem anno egregie oſtendit inſidere ſibi ſollicitudinem omnium Eccleſiarum. Ipſa enim induxit eum ad prouidendum dicto Ordini, ne illis palmaris iniuria inferretur ab ijs qui ementito habitu eius,fideles Chriſti circumueniebant ad erogandas illis eas eleemoſynas quas volebant huic Sacro Ordini, & libertati captiuorum impendi. Do ipſum diploma extractum archiuio Conuentus Duacenſis eiuſdem Ordinis,prouinciæ Germaniæ inferioris.

GREGORIVS EPISCOPVS III.

Seruus Seruorum Dei, Dilectis filijs Miniſtro & fratribus, Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis & captiuorum, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

EX parte veſtrâ fuit expoſitum coram nobis quod non nunquam filii huius ſeculi ſe lucis filios mentientes, auſu nefario falſant habitus veſtri ſigna, quæ abuſiuè geſtantes, dum propriis quæſtibus inhiant, Ordinem veſtrum faciunt blaſphemari. Vt igitur in ſuâ comprehenſi aſtutiâ confundantur, capiendi & detinendi huiuſmodi falſarios authoritate vobis præſentium facultatem concedimus Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſsionis infringere &c. Dat. Peruſiæ III. Id. Auguſti, Pontificat: noſtri an. 2.

Deſcendendo iam à locis ſiue domibus ad domeſticos, eundem Ordinem IV.

&

& annum ſuis virtutibus illuſtratunt, primus P. Fr. Richardus VViltonus Anglus, primus Miniſter Prouincialis Ordinis per Scotiam & Angliam, Doctoris Theologi inſignia adeptus Cantabrigiæ. Primus ex ſuis ſacras litteras interpretatus eſt Pariſiis, Oxonii, & Cantabrigiæ: ſecundus qui in gratiam poſterorum ſcripſit, vt fertur, de auxiliis Diuinæ Gratiæ, in Magiſtrum ſententiar. Itẽ de immortalitate Animæ, & comentaria in aliquot libros Bibliorum. Extremum diem duxit Londini an. 1239. XII. Calend. Ianuar. Cadauer eius delatum eſt ad monaſterium de Montynduno Comitatus Cantiani, ibique ſepultum.

V. *Fig.f.62.* Apud me etiam hoc anno aſſignatur Miniſterium Generale Ordinis cuidam Patri Michaeli Lacte Hiſpano, licet alii electionem eius reiiciant in alium longe poſteriorem. Qùm enim fatis conceſsit Reuerendiſsimus P. Rogerius Dees, vulgo Leproſus, plenus dierum & virtutum, Patres Ordinis, quibus iuxta illius conſtitutiones ius ſuffragandi competebat, in locum Ceruifrigidi conuenientes, collatis calculis, in ſupremum Ordinis Miniſtrum elegerunt quem dixi P. Michaelem, virum magnæ virtutis & famæ, Doctoris Inſignia adeptum in Academia Sorbonenſi Pariſiorum, in quâ etiam philoſophiam naturalem magno applauſu eſt profeſſus. Fuit etiam Diuini Verbi præcotam vulgatus & inſignis, vt eum S. Rex *Ludouicus* IX. (vero numero XII.) Galliarum aut potius Blanca eius patens, etiam Regina, voluerint eũ ſibi adſciſcere in Eccleſiaſten, & Conſiliarium.

VI. Diſcipuli illius oppidò ei addicti, non facile concoquere voluerunt vt illius præclara commentaria in Phiſicam, cum ipſo interirent; ac proinde apud illum inſtiterunt vt ea typis traderet ad eruditionem, nedum memoriam poſterorum: Quod & factum.

VII. Eſt autem in eo extollendus in primis zelus redemptionis vinctorum, quo ita efferbuit vt non modo deſtinaret alios ad hoc miniſterium, ſed & ſe ipſum *1. Reg. 14.* impenderet, vtili admodum, & opportuno exemplo charitatis. Quo loco ſubit ſcribenti allegoria Iudaici Principis Ionathæ, qui vt armigerum ſuum induceret ad inuadendos Philiſtæos per ardua ac prærupta, ſe ipſum ducem ei obtulit accomelitonem. Ita enim præſtantiſſimus ille Pater, redempturus fideles, ex Gallia in Hiſpanias conceſſit, Granatam iturus; Qumque Cordubam appuliſſet, intellexit neſcias quem ciuium tumultum, & inteſtinas rixas ibi inrerim (intellige Granatæ) ortas; vnde collegit plurimum ſanguinis ibi effuſum. Quamobrem deſperato illius Vrbis ingreſſu, regreſſus eſt Cordubam, adhuc inſiſtens decreto ſuo de vinctorum redemptione. Sed enim orauerunt eum filii vt quando iter eius tot periculis eſſet præuentum, domum repeteret, ne Religio eius abſentiâ læderetur. Paruit ex parte monentibus, & Romam ſe vertit, vbi Pontifici ad pedes pronus, petiit eius oraculo confirmari ſui Ordinis Regulam, atque alia aliaque priuilegia ram illi, quàm innexis ei ſodalibus.

Scio hæc aliò pertinere ſecundum quoſdam, ſed nolui differre occaſionẽ lectores imbuendi meritâ opinione doctrinæ ac pietatis virorum huius Ordinis; atque ita ſequtus ſum eorum calculum, qui illum annum pleno ſaltem decennio præueniunt.

AN-

ANNVS

IESV CHRISTI D.N.	1229.	FREDER. OCCID.	10.
GREGORI Pp.IX.	3.	RELIG. SS. TRINIT.	31.
BALDVIN. II.IMP.OR.	1.	INDICT.	2.

BREVIARIVM

1 *FRedericus Cæſar ignauus, turpem pacem in Paleſtinâ init cũ Sultano AEgypti.*

2 *Roberto Imperatori Conſtantinopolitano viuis erepto ſubſtituitur Balduin. II.*

3 *Floret Fr. Fulconius Bonat, deinde Epiſc. Maſſilien. Item Fr. Hieronimus, natione ac nomine Alemannus.*

4 *Ambigua aliqua de iſto altero:*

5 *Extructum Ordini Monaſterium Ceuicarum in Prouincia.*

PIget ſequi *Frederici* Cœſaris abuſus. Totis ſeptem menſibus deſes hæſit in Syria, neque quidquam viro dignum geſſit, Saracenis eminus, cominuſque eum vellicantibus, adeout gladio, haſta & clypeo miſſis Saraceno, pacem non minus ſibi turpem, quàm toti Chriſtianiſſimo propudioſam indignis conditionibns impetrarit. Sultanus enim ei quidquid inter Hieruſalem & maris littera Ptolomaidem, vſque interiacet, vnà cum Caſtris Ioppen; Sidone, Cæſarea, Torone Nazareth., & cum ruinis Hieroſolymorum euerſorum, ita reddidit, vt, quod ſanctiſſimum eſſe ſciebat, retineret, Domini ſepulchrum, relictis in eo Mahumethanæ impietatis non cuſtodibus tantùm ſed etiã præconibus & ſacrificulis Mahumeto litantibus. *H.Spondan. ex Blondo, Naucler. AEmil. &c.*

Acceſsit infortunio Chriſtianorum mors *Roberti* Imperatoris Conſtantinopolitani; obiit enim ille hoc anno, in Achaia dum Româ rediret, quo progreſſus fuit, à Pontifice Imperii diadema accepturus: Succeſsit ei Balduinus eius nominis ſecundus, ſiue filius primi, ſiue frater (nam quæcunque geneologia duarum habet authores aduocatos; prima Latinos, ſecunda Græcos). Is autem, quia iam tum minorennis erat, accerſitus eſt Ioannes *Brennus* Rex Hieroſolymitanus, qui curam Imperii gereret, dum Balduinus adoleſceret, cui interim deſponſauit filiam ſuam Martham virginem vultu pulcherrimam. *M.Pariſ. an. 238.*

Vt autem proſequar pro munere meo annales Redemptorum, cum genium quem in obſequium eorum præcedenti anno prætuli, iſto præſenti amplius prodam: Vnde huic anno, (etſi ambigue) adſcribam viros aliquot inſignes, qui in ambitu ſaltem eius, ac propinquitate floruerunt.

Ex iis fuit Fr. Fulconius Bonet, deinde Epiſcopus Maſſilienſis. Fuit Fr. Henricus, ratione ac nomine Alemannus, ſiue Teuto, Sac. Theolog. Doctor, quem Ioannes Anglicus, ſecundus Ordinis Miniſter Generalis monachum veſtiuit in domo dictâ S. Thomæ de Formis, in Vrbe anno 1216. V. Calend. Februari. Idem in Diuinis verſatiſſimus, magnus declamator ad populum, a VVilhelmo Scoto, anno hunc ſequente, factus Miniſter Prouincialis Scotiç, poſtea à Rogerio Dees quem dixi; Ordinis per Angliam Viſitator. *Altum ſ. 152. & 618.*

De hoc nolo diſſimulata quç apud quendam lego, tametſi ægrè authori

eorum accedam, in parte didymus. Sunt autem; hunc *Henricum* à dicto mihi Michaele Hiſpano, cum duodecim Religioſis Bizantium, (alias Conſtantinopolim) metropolim Imperii Orientalis, miſſos eſſe ad propagines Ordinis, atque ad ędificandum tam cœnobium, quam Xenodochium iuxta pręſcriptum Regulæ. Quo qum appuliſſent, humaniter excepti ſunt ab alio *Henrico*, germano fratre *Balduini* II. Imperatoris, qui & illis locum conceſsit, & ipſum Patrem Henricum aſſumpſit ſibi in Confeſſarium.

IV. Euenit interim vt Patriarcha Latinorum moreretur *Mathæus* nomine, & Imperator ſucceſſorem ei nominauit dictum P.Henricum; quam prouiſionem confirmauit *Gregor.* Pp.IX. an.1234. Pontificatus ſui octauo. Ille eâ dignitate ſanctè functus, Imperatorem induxit ſalutaribus monitis ad plurima præſtanda quæ Chriſtianum Principem decerent. In ſuburbio dicto Galatta monaſterium exſtruxit à fundamentis *S. Antonio* Abbati dicatum; idque tam ſumptuoſum vt in toto reliquo Ordine nullum ei æquale videretur, poſſetque inter miracula illius æui numerari. Adhuc hodie viſuntur rudera illius Imperialis & magnifici conuentus, quę amplitudinem eius validè teſtantur. Triclinum eſcarium eius tam vaſtum fuit vt in eo commodè refici poſſent quingenti Religioſi, Nunc verò, noſtris demeritis exigentibus, locus deſtinatus eſt ad vela, & nauticam ſupellectilem excipienda: Cœnobium ipſum Turcarum feritate deſtructum eſt an.1453.

V. Iſta Ego, vt nego impoſsibilia, ita aſſero difficilem fidem acceptura ab eo qui illius temporis tumultus, & miſeram ſortem Chriſtianorum in Oriente voluerit obiicere memoriæ. Valeant quam poſſunt: Ego ea vt reddere vera non poſſum, ita pergo optare, quorum etiam aliqua videor ſuperioribus annis perſtrinxiſſe. Cęterùm quod pro eodem anno addam, non habeo, niſi in eo erectum eſſe Ordini cœnobium *Leuicarum* in prouincia Prouinciæ Diœceſis Foro Iulienſis.

* * *

ANNVS

ANNVS

IESV CHRISI D.N.	1230.	FREDER. II. IMP. OCCID.	11.
GREGOR. P.p. IX.	4.	RELIGION. SS. TRIN.	33.
BALDVINI II. IMP. OR.	2.	INDICT.	3.

BREVIARIVM

1 *GRegor. Pontifex Frederico ſupplici ignoſcit, & diras vibratas reuocat.*
2 *Diuina vltio in contemptores Sanctiſſimi Sacramenti.*
3 *Aliud portentum Londini in Anglia, Epiſcopo ſolemniter celebrante.*
4 *Ordo Sanctiſſimæ Trinitatis Hiberniæ inductus, & extructum ibi cœnobium Atharenſe.*
5 *Quam probè ſe geſſerint Patres ibi.*
6 *Obitus, & virtutes Pat.* Eliæ de Vualle.
7 *Augetur æſtimatio eiuſdem.*
8 *Munificentia Munij, alias Nunni Comitis Roſſolionenſis in Patres Trinitarios egregie explicata.*

SEmper occurrit etiam inuitis nobis *Frederici* indigna memoria; nam hoc
anno ille, ſiue cenſuris Eccleſiaſticis compunctus, ſiue armis fœderato- I.
rum fractus, *Gregorio* Pontifici ſupplex fuit, ab eoque tum dirarum ſolutionem, tum pacem poſtulauit. Pontifex autem, neque ſurdum ſe ſupplici, neque facilem præbuit, ſed ſimul duos Cardinales Legatos deſtinauit qui cum Frederici Commiſſarijs conuenirent.

Eodemque apparuerunt tam naturæ quam Gratiæ miracula. Ad diem XI. II.
Idus Februarij orta eſt maxima tempeſtas ventorum, procella fulgurum, co- *Sigon. de Reg. Ital.*
ruſcatio & fragor tonitrui, quæ paſſim multas ædes vel incendit, vel ſubruit: *l.17.*
Inſuper tanta maris, inundatio orta eſt in Friſiâ, quanta à temporibus Noe non eſt viſa, inuoluitque omnem terram maritimam Friſiæ & Hadeleriæ. Cauſa totius, contemptus Corporis Domini in Sacramento dum ad fœminam quandam deferretur.

Non deſinunt hic portenta: Die Sacra Conuerſioni *S. Pauli* Apoſtoli, cui III.
princeps Eccleſia Londini dedicata eſt, qùm Rogerius Epiſcopus ſacris ve- *M.S.Vatican.*
ſtibus Sacrum celebraturus, in magnâ concurſantis populi frequentiâ altari adſtaret, totus repente aer tenebris obductus eſt, adeo vt quis vix proximũ ſibi diſcerneret. Intonuerunt deinde horrendè tonitrua, formidanda fulgetra emicarunt. Fætor quidam non ferendus naribus hominum aſperſus eſt, nihilque aliud homines quam aut Mundi interitum, aut certè ſuum expectabant; paſſimque ac tumultuariè è templo fugientes, in terram præcipites ruebant. Solus antiſtites cum vno Diacono altari immanſit, & deinde paulo, omni illâ tempeſtate ceſſante, cœloque ſereno rediit populus, & ille Sacrum abſoluit. VI.

Quod proprium eſt Ordini & huic anno, contingit etiam annalium au- *Gonzal. de*
thorem; eo enim labente, Trinitaria Religio inducta eſt Hiberniæ per quoſ- *Auil. in Compend.*
dam Patres Albionis ſeu Scotiæ, & præcipuè fratrem *Ioannem* Comynum, *c.24.*
Miniſtrum Dumbarenſem. Cœpit autem Athariæ, ſiue Atarre vulgo no-

ſtratum Atharab, diœceſis Limericenſis; ibi enim extructum eſt Patribus inſigne cœnobium, à Comitibus Kildariæ poſſeſſionibus ac prouentibus locupletatum.

V. Ibi illi ſtrennè incubuerunt ſui Ordinis ſcopo, ſcilicet redemptioni captorum, magnâ laude pietatis, ita vt aliqui venditorum aliquot agrorum vaſorum argenteorum, etiam calicum precia illis impenderent. Nobiles quoque ac populus ingentem vim pecuniæ contulerunt. In primam redemptionem ex ſex ſummè notabilibus, Comes Deſmoniæ (à quâ ſtirpe deſcendo) totum abaci ſui apparatum, qui bonâ parte aureus erat, maiori argenteus, ſed deauratus in parte ſaltem, & Comitiſſa monilia ſua aurea gemmis ornata, inaures pretioſis lapidibus contextas, armillas aureas vnionibus diſtinctas, cæterumque mundum muliebrem erogauerunt.

Vide Iacob. Varreus in l. ſtor. Hibern. f. 202.

Cæterùm ex illo cœnobio Atharenſi prodierunt multa huius Ordinis lumina, & patriæ ornamenta, vt etiam ex aliis illius domibus in eodem regno, quorum recenſum viſum eſt in ſequentem annum reſeruare, qùm non conſtet quidquam quod nos cogat affigere illa præſenti.

VI. Interim occupabit nos obitus, atque etiam encomium magni viri *Eliæ de Oualle*, hoc enim anno ille fatis conceſsit, magnâ Ordinis iacturâ, quem ille intrauit apud Cœnobium *Ceruifrigidi*, accepto habitu eius ab ipſo eius protoparente S. *Ioanne* de Matha; Cum quo etiam in Hiſpaniam conceſsit ad Religionem eò introducendam. Opportune ille, quando iam tunc Hiſpaniarum prouinciæ, magnâ ſui Mauris parebant. Appulerunt Burgos anno ſalutis 1205. Religionis cœptæ octauo; qumque ibi Alphonſus Rex cum ſuâ aula reſideret, ipſum acceſſerunt, & inuenerunt quem optabant, Ordini ſuo calidè additum. Etenim tam amicè eos admiſit, vt illis palatii ſui partem aſsignaret cœnobii ſtruendi fundum. Deinde autem, qum Toletani optarent nouos Patres, neque Rex vellet patriarcham Ioannem à ſe dimittere, hic ſubſtituit ſibi Eliam vt in Imperialem illam vrbem coloniam ſuorum duceret: quod & iſte fecit anno 1207. Archidiaconus autem nouellum cœnobium nouis prouentibus ditauit, & tredecennio deinde quidam nobilis Eques *Ferdinandus* Pantoia, inſtante P. Elia primo loci Miniſtro, contulit ſui domicilii partem ad augendum ſolū Eccleſiæ ſtruendæ aſsignatum, quæ proinde ad eam amplitudinē prouecta eſt vt in indice Regiæ vrbis paulò minus primas accipiat. Ipſe autem Elias qum videret votis ſuis tam copioſè ſatisfactū, non modo temporali profectu, ſed plurimò magis ſpirituali, per pietatē domeſticorum, & eorum æſtimationē apud ſeculū, tranſiuit ad Patres ſuos qui eū ad vitam immortalē præceſſerunt, magno aliorum dāno, ac doloris ſignificatione.

Altamef. 117. Hagrolog. Luſitan. f. 389.

VII. Certè autem neceſſe eſt magnum aliquid in Elia latuiſſe pro quo ſibi aſſerendo pugnanr prouinciæ Luſitaniæ, vt videre eſt apud *Gregorium. Cardoſa*, qui excogitatis & congeſtis vndique argumentis nititur eum ſuis vendicare, ob cognomentum de Valle, quod apud ipſos eſt frequens. Sanè autem illius iudicio debuit fuiſſe Sanctus iſte Elias, aliàs perperam eum adſcripſit ſuo operi; nam Hagiologium non promittit niſi Sanctos.

VIII. Denique hoc anno *Munius*, alias *Nunius* Comes Roſsilionis teſtamentum condidit, in quo aperuit affectum ſuum in hos Patres, atque etiam æſtimationem, quando inter alios paucos, eoſque ſummè charos ei, & coniunctos, voluit eos eſſe participes beneficentiæ ſuę, & hæredes bonorum. Tabulas

bulas teſtamenti his verbatim ſubdo, ad aliorum Principum exemplum, & huius Ordinis honorem. Ecce ipſas.

Sub Chriſti nomine, & eius gratia.

EGo Munius Sancij Comes Roſſilionenſis, & Contislentenſis, in articulo mortis poſitus, deſiderans miſericordiam D. N. *Ieſu* Chriſti, qui ex nihilo fecit nos, & redemptor omnium eſt, commendo ipſi Deo vero animam meam, & rogo B. Virginem ante filium ſuum Dominum noſtrum pro me oret. Corpus meum ſit humatum in ſede Helenſe, & dono Chriſto & Canonicis eiuſdem Eccleſiæ Villam de Canouas, vt in vnoquoque anno decantent pro animâ meâ Aniuerſarium in die S. Ioanni Baptiſtæ: Filio meo *VVilhelmo*, & de vxore meâ, dono Villam Alboloſam, & Caſtellum Furienſe, Comitatum vero reſtituo Domino meo Regi Iacobo, & ſucceſſoribus ſuis. Dono Hoſpitali Sancti Antonii Abbatis partem meam quam habeo in Villa Inſula Abbatum S. Geniſii: Fratribus Ordinis Sanctæ Trinitatis mãdo centum ſolidos ad redimendum captiuos qui ſunt in ſeruitute Maurorum: Filiæ meæ *Gaufreda* Villam Cauetenſem, & ſuas Salinas; &, ſi obierit ſine filiis, aut filiabus, reddat filio meo VVilhelmo. Filiæ meæ Mariæ Deo votæ Villam Berleſam; ſed poſt eius deceſſionem reddat filio meo VVilhelmo, vel ſucceſſoribus eius. Congermano meo *Richardo* dono Caſtellum nouum, cum ſuis pertinentiis. Hoſpitali Hieroſolymitano dono Tabulam Sanctæ *Mariæ* Orlenſis cum ſuis pertinentiis. Hoſpitali S. Lazari meam partem quam habeo in Pertuſa. Si aliquis homo violare voluerit hoc teſtamentum, ſit maledictus, & pariet Regi C. auri libras. Factum teſtamentum apud Helenam. IV. Calend. Vctobris anno Domini 1230.

Richardus teſtis.
Chamarus teſtis:
Rocafolius teſtis:
Petrus à Roca Notarius ſcripſit, & Signum † fecit.

ANNVS

IESV CHRISTI D. N.	1231.	FRED.II.IMP.OCCID.	12.
GREGOR. Pp. IX.	5.	RELIG. SS. TRINIT.	34.
BALD.II. IMP. ORIENT.	3.	INDICT. 4.	

BREVIARIVM.

1 *Dvo Sancti externi cœlo recepti, & in terra faſtis Beatorum adſcripti.*

3 *Erectio Monaſterij Hunſlouienſis in Anglia.*

3 *Glorioſa mors martyrum aliquot huius Sacri Ordinis.*

4 *Incerta aliqua de conuentibus eiuſdem in Hiberniâ. Ibidem de Daniele Epiſcopo Laonenſi.*

5 *Zelus Patrum Hibernorum pro captiuis redimendis.*

6 *Conſtantia eorum in fide aſſerenda Aliqui eorum Martyres, nominatim expreſſi.*

7 *Adhuc alij.*

I. HAc vice malo Lectorem æmænare Sanctorum memoriâ, quam *Frederici* ſceleribus percellere; eo interim magis quod meos proferam, ſcilicet *Antonium* à Patauio,(vulgo *Padua*), & *Eliſabetham* Thuringiæ Lantgrauiam; hanc tertij, illum primi Ordinis Seraphici S. P. N. *Franciſci*: Vterque enim hoc anno cœlum ſubierunt, tam certò ac ſolidè vt præter morem Apoſtolicæ Sedis, & Eccleſię Romanæ, ambo illati ſint faſtis, non expectatâ periodo annorum aliàs plerumque in apotheoſi obſeruatâ. Sancta enim quarto ſtatim anno relata eſt in indicem Beatorum, Sanctus etiam primo: Tot eorum virtutes, tot portenta fuerunt, *vt Gregorij* Pontificis iudicio ſingularitatem ptiuilegij præ alijs ſibi vendicarint: Nam *Antonio* extincto, priuſquam funus efferretur, quācunque infirmitate detenti tumbam eius contingebant, continuò optatam ſanitatem recuperabant. Qui verò accedere præ turba non poterant, ſalui coram omnibus, etiam præ foribus, fiebant:

L. Surius 13. Iunij 30. Vinctr. lib. Vvadding. in Annal, To. 1.

Eliſabetha autem non modo Sacri, ſed & ſeculares honores ſunt exhibiti; Nam tanto concurſu ſacrum eius corpus ſtatim ab apotheoſi eleuatum eſt, & aureæ thecæ incluſum præſente *Frederico* Imperatore, & innumeris tam Eccleſiæ quàm ſeculi Principibus, vt ad eam celebritatem tradantur duo decies centena hominum millia conueniſſe.

Bullar. Gregor. conſt. II. Tritbem. in Cronic. Hirſau.

II. Quoad propria huius Ordinis, annus hic ſat ſiccus & ſobrius eſt; vix enim aliquid dignum morâ occurrit præter

Fig. f. 71.

Monaſterium *Hunſlouienſe* (vulgo de Houſtout)in Angliâ fundatum in prouinciâ Midleſex, & Sanctæ Cruci dicatum, decem milliaribus Londino. Ante ortum hæreſis, redditus annui illius erant octoginta libræ, & quindecim ſolidi monetæ Anglicanæ,

III. Addo inſignem appendicem glorioſæ mortis, duorum huius Ordinis Patrum, *Galerani* de Perillas, & *Petri* Dalmao, qui Saldas, ſiue Algerium profecti ad redemptionem vinctorum, dum inde diuites illâ prædâ redirent, vnà cum ipſis captiuis, à Mauris in mare ſunt præcipitati.

IV. In quo vt definat annus, fere ſilentio contentus, ſubdam hic ex fide aliorum aliqua incerti anni, certò tamen vicini ex monumentis ad me tranſmiſſis, de meâ patria; nempe præſenti anno, aut certe propinquo deberi in Hibernia

nia Conuentus huic Ordini conſtructos Dublini, quod hodiè eſt regni me-
tropolis, Limerici, Kilkeniæ, Corcagiæ, Pontani(vulgo Drihidaeh) & Gal-
uiæ, in quibus domibus magnus Religioſorum numerus haud dubiè habita-
uit, eorumque plures tum litterarum peritiâ,tum vitę probitate inſignes.Cer-
te *Danielem* Leonenſem vitæ innocentiſsimæ virum,*Gregorium* clarum Diui-
ni Verbi præconem,(qui Athariæ in ſuo cœnobio iuxta aram maiorem ſepul-
tus iacet)*Iacobum* Armachanum Archiepiſcopum, Hiberniæ *P*rimatem,ine-
xorabilem ſui corporis caſtigatorem, tam multarum ſcientiarum ;ornamento
fulgentem, quàm Hebraicè. Gręcèque peritiſsimum,*Petrum* Butlerum(alias
Edmundum)Caſſeliæ Archipræſulem, viuum ac mortuum miraculorum opi-
ficem, omnes mirâ morum integritate, ſtudio Diuini cultus ac ſanctitate ve-
nerabiles, Athareienſis Archiuii liber M.S. commemorat, vt referunt Patres
quibus incumbit.

Præ multis autem inueniuntur noſtrates Trinitarii, hoc eſt Hiberni, vin-
ctorum libertati procurandæ addicti. Sola illa prouincia ſexaginta quatuor V.
redemptiones perfeciſſe creditur, quarum ſingulis ſi ſaltem nonaginta adſcri-
bas,(placet enim ſolitum aliis numerum deprimere potius quam excedere,)
exibunt ab Hibernis Trinitariis redempti, ſex millia tercentum captiui;ſit fi-
des penes aſſertores.

Sed quod palmare eſt in horum Patrum tam actibus quàm exemplis, iure
cenſeri debet, conſtantia eorum in profitendâ fide,& patientia tormentorum, VI.
vſque etiam mortem, quam illi non fortirer tantùm, ſed etiam auidè excepe-
runt. Liber quidam M.S.Conuentus quem dixi, de Atharre,diœceſis Lime-
ricenſis, refert horum quadraginta propriis nominibus. Eorum aliqui(ait nu- *Figuer.f.65.*
perus quiſpiam)noſtro calamo ſunt ab obliuione vindicandi, quod ipſe præ-
ſtare incipiens,ſubdit: Beatus Arthurus Onellus, Onelli Principis filius,ipſo
nomine magnum generis ſplendorem profert, ſed ſanctitate vitæ, religione,
honorificâ morte longè magis ſplenduit. Corpori ieiunio verberibuſque
domando,minimè parcebat; animo precibus litterarumque ſtudiis excolendo,
plurimùm vacabat. Doctoris apicem in Theologiâ, *I*ure vtroque vir ſapien-
tiſſimus facilè fuit aſſequtus; Religionis ſuæ prouinciam in Hiberniâ incredi-
bili omnium lætitia bis adminiſtrauit. In Albione, vel nouâ Scotiâ non-
nulla cœnobia extruxit.. Iam ſexaginta circiter annos erat natus, viribus ta-
men firmus, atque canis paucis albens,qùm declarandi Ethnicis Euangeliũ
cupido animum eius inceſſit.Adeundi diſcriminis comilitones ſecum adſciuit
Ferganamimum & Patricium ſuæ Religionis alumnos, ambos excellentes Di-
uinæ legis oratores; illum triginta, hunc ſex & triginta annorum: vterque
animi temperantiâ mirabili, aliquot annis fidem gentilibus viua voce, auſte-
ræque vitæ exemplo ſuadentes, qum longos terrarum anfractus peragraſſent,
multaſque gentes luſtraſſent,in Regiam Amara Presbiteri Ioannis magni mo-
nachæ tandem peruenerunt. Ibi menſes duos concionandi causâ commo-
rati,ab eo Principe honorificentiſſimè excipiuntur. Apoſtoli albi,à vitæ ve-
ſtiumque(ni fallor)candore nuncupati. Proficiſcentibus Princeps auri & ar-
genti magna dona offert. Religioſi veniam nihil accipiendi precantur, ex-
cuſantes ſe oportere imitari Chriſtum, Deum & hominem, eius ſacros di-
ſcipulos, qui pauperes & vixerunt, & veritatem docuerunt. Annis inde
paucis Babylonem Regiam adierunt; Ibi qum Chriſtum prædicarent, depre-
henſi laureâ martyrii coronantur. *B.Arthurus* ignibus traditus, alii duo ve-
rubus infixi 1282.Cal.Septembris. *Ge-*

VIII. *Geraldus* Hubertus Diuini cultus propagandi ſtudio flagrans, ex Hiberniâ profectus, Hieroſolymæ annos aliquot piç viuens, Ordinis etiam Sanctiſſimæ Trinitatis monaſterium condidit, vbi illi fuit magna familiaritas cum *Murochio* populari ſuo, qui ſimili causâ Chriſtianç pietatis amplificandæ, patriam fugens, Hieroſolymis ſanctitate, doctrinâque præſtans, corpus flagellis inædiâque coercebat, & fidem magno conatu pandebat, cui muneri *Geraldus* minimè defuit, donec in Iudçâ propter fidem ſpiritum intrepidè profudit capite obtruncatus anno 1291. die ſexta Maii.

Præterea *Gregorium*, *Chormacum*, *Ioannem* Lenſem, Doctorem *Redmondum*, *Thadæum* Ohiginum, alioſque ſeptem & viginti martyres omnes Atharienſis liber memoriæ commendauit: Hi omnes ante Anglorum acceſſum, Barbarorum furore pro redimendis captiuis ex eorum poteſtate (vt dixi) peregrè perierunt. Hæc ille, quæ apud me proinde maiorem fidem inueniunt, quia profert nomina ſolis noſtratibus, iiſque frequenter vſitata: quæ huic anno ſufficiant, vt incipiat mihi.

A N N V S

IESV CHRISTI D. N. 1232.	FREDER. OCCID. 13.
GREGOR. Pp. IX. 6.	RELG. SS. TRINIT. 35.
BALDVINI II. IMP. ORIENT. 4.	INDICT. 5.

B R E V I A R I V M.

1 *Ordo Seruorũ* B. Mariç *in Hetruriâ incipit: Floret noſter Franciſcanus.*

2 *Anguſtia* Frederici *Cæſaris in Oriente.*

3 *Surgit PP. Trinitarijs Conuentus Palmæ Balearium.*

4 *Qui lentè deſcribitur.*

5 *Qualis ille olim, & à quibus habitatus.*

6 *Templi eius ſanctitas, nominatim Oratorij.*

7 *Nobiles alumni eius aliqui deſcribuntur.*

I. EXhibet hic annus duos Ordines nobis, Eccleſiæ apprimè vtiles; vnum Orientem, alterum adultum. Prior ille Seruorum *B. Mariæ*, à Septemuiris nobilibus Hetruſcis inſtitutus eſt Florentiæ: Alter autem Minorum *S. Franciſci*, quorum operâ Germanus Græcorum patriarcha pœnè reductus eſt ad fidem, vnionem, & obſequium Romanæ Eccleſiæ. Cepit cum *Gregorio* Pontifice per litteras agere de concordiâ Græcç cum ipſa. Scripſit enim eidẽ, tum per ipſos, tum per alium deſtinatum à ſe latorem, atque etiam Cardinalibus in eandem ſententiam, vocans Gregorium veteris Romæ Epiſcopum, ſe ipſum nouç.

Archang. Giani in Chronic. Ord.

M. Pariſ. in Henr. III. VVadding. Tom. I. Spondan. hic.

II. *I*nterea rebus *Frederici* Imperatoris in Syria & Cypro valde periclitantibus, idem promittens omnia Hoſpitalariis & Templariis reſtituere quæ abſtulerat, egit cum *Gregorio* Pontifice vt mandaret eorum Magiſtris, rerum ſuarum patrocinium ſuſcipere, & commotos populi animos ſedare: Quando & Pontifex, vt tum de ſtatu rerum certior redderetur, tum de opportunis

reme-

remediis conferret cum illatum partium peritis, patriarcham Hieroſolymitanum, qui Legatum etiam agebat Apoſtolicæ Sedis, cum aliquibus prudentioribus, Templariis & Hoſpitalariis ad ſe venire iubens, Patriarcham interim Antiochenum Ptolomaidem ſe conferre iuſſit, & ibi authoritate Apoſtolicâ, ac prædictorum Magiſtrorum conſilio & auxilio reducendæ tranquillitati adlaborare.

Quoad res Trinitarias, hic annus Ordini attulit inſigne domicilium apud *Palmam* Balearium, erectum munificentia Dominæ *Conſtantiæ F.Petri II.* Aragonum Regis, & ſororis *Iacobi* Regis, cognomento *Conquiſtoris*, quam deinde duxit vxorem *Gulielmus* de Moncada Vicecomes Bearne in expeditione illâ conqueſtionis defunctus. Enimnerò ad preces Patrum eius Ordinis Conuentus Vingenniæ, qui proſtat penes Aitonam, Diœceſis Ilerdenſis: dicta Conſtancia dedit Ordini Sanctiſsimæ Trinitatis, & Chriſtianis captiuis domos aliquot ex illis quæ aſsignatæ fuerant marito eius Gulielmo in diuiſione ciuitatis. Atque vt fundatio illa fieret authoritate Capituli generali celebrati apud Montem Peſſulanum 1231. venerunt Palmam Balearium *Fr. Sebaſtianus* Robes, natione Anglus, gradu Doctor in Academiâ Oxonienſi, cum aliis quinq; qui omnes in poſſeſsionem acceperunt domos illas 12. Calend. Octobris an. 1232. III.

De huius cœnobii conditione placet exſcribere quæ habet Vincentius *Muis*, eius regni Chronologus, & Regiæ maieſtatis Poliorcetes. Refert autem ex I. Carpi, quod primi fundatores acceperint conuentum cum Eccleſia ſepulchri (vicinâ Monialibus Conceptionis) ex indulto *D. Conſtantiæ*; quodque deinde an. 1299. tranſiuerint ad locum quem hodie habitant in parochiâ *S. Michaelis*. Poſthac notabimus Eccleſiam ſepulchri ſpectaſſe ad Equites S. Sepulchri Hieroſolymitani. Quia autem illorum equitum pauci admodum ſuperfuerunt in Calatauniâ, & parùm durarunt Palmæ, fieri potuit vt Patres Trinitarii venerint in illam plateam, cuius pars maxima pertinebat ad *D. Gulielmum* de Moncada; & quod celebraſſent Diuina officia in illâ Eccleſiâ vſque ad an. 1299. vt colligitur ex eo quod ſcribit *Fr. Ioan.* Figueras, quia conſtat quod iam tùm an. 1280. omnes prouentus, iura, & domus Equitum ſepulchri deciderunt in manus Regis Balearium, qui ea conceſſit Gulielmo à Pigdorſila in feudum, vt deinde dicetur. Tametſi non repugnet quod Gulielmus de Puigdorſila tunc conceſſerit Eccleſiam Trinitariis. IV. *In hiſtor. Maior. cap.* 8. *In Chronic. Ord. S. Trinit. f.* 73.

Tranſiuerunt ad locum in quo iam degunt an. 1299. & iſte conuentus tunc erat Xenodochium dictum *de Roſſis*. Fuerunt in regno Aragoniæ tunc temporis aliquot Xenodochia *ab Innoc. Pp. III.* inſtituta pro infantibus expoſitis. Et vbi hodie ſunt Trinitarii, erat vnum in quo nutriebantur ſexdecim iuuenes qui ob veſtem berin (qui color apud Baleares eſt ruber) vocabantur Xenodochium Sancti Spiritus de Roſſos, & adhuc hodie vocatur Conuentus S. Spiritus. Olim ille erat quaſi quoddam generale repoſitorium pecuniæ pro redimendis captiuis depoſitę, à prouinciis Hiberniæ, Scotiæ Angliæ, Daniæ, Gallorum & Batauorum. Miniſtri huius Domus vi diplomatis cuiuſdam *Innocent. IV.* erant iudices conſeruatores Ordinis Militum Templi. Hodie illic degunt quatuor ſupra quadraginta magnæ obſeruantiæ, & eruditionis Religioſi. V.

Templum eius, tametſi non ſit amplum, eſt tamen accuratum, ad methodum modernam ſtructum. Habet Oratorium S. Mariæ doloroſæ, magno concurſu VI.

curſu frequentatum à fidelibus; atque ad inſtantiam Magiſtri *F. Petri* de la Puente,(quem Carol.V.Auguſtus magni æſtimauit,) aggregatum alteri eiuſdem Virginis Deiparę doloroſæ apud S.Ioannem Lateran. Romæ authoritate Canonicorum & Capituli eiuſdem Baſilicæ, præſide Cardinale Alexandro Epiſcopo Oſtienſi,IX. Cal April. an. 1521. & Pontificio indulto factum eſt particeps omnium gratiarum,immunitatum, & priuilegiorum primi illius Lateranen. Erecta ſunt ibi ſeptem altaria, fuitque conſecratum anno 1544. per Raphaelem de .... Carmelitanum. Aggregatio autem eius Lateranenſi confirmata eſt à *Leon.Pp.X.*Idem Oratorium olim habebat fontem baptiſmalem; fuitque in tantâ veneratione vt non potuerint eo ingredi alii quam Sacerdotes; Ad audiendas autem Miſſas, ſeculares fecerunt illi aperiri ſex portas, & ex omnibus Europæ prouinciis Chriſtiani eo peregrinationes inſtituebant.

VII. Conuentus autem ipſe habuit inſignes & eminentes alumnos: Ex illis fuit *F.Antonius* Serda,natus in oppido S. Marghatitæ, educator Regis Neapolitani, & prolium eius. Fuit idem Commiſſarius Generalis ſui Ordinis per Angliam,Scotiam, & Hyberniam. *Pius Pp.II.* eum vocabat magiſtrum & Principem Theologorum. Fuit deſignatus Epiſcopus.Ilerdenſis, etiam Archiep. Meſſanen.à Nic.Vereatus Card.an.1448.Procurauit pacē inter Alfonſum Regē & Florentinos; & denique ipſius doctrina & ſolertia plurimum profuit vniuerſæ Reſp. Chriſtianæ.Super quo conſuli poteſt *Placidus Samperi* lib.2.c.17.

Gallia Chriſtian. fol.69. Aliud his addere non poſſum quam quod iſto eodem anno *Godefridus* de Fontaines approbauit donationem Conuentus Trinitariorum de Andrigues in Epiſcopatu Cameracenſi.

A N N V S

IESV CHRISTI D. N.	1233.	FREDER. OCCID.	14.
GREGOR. Pp. IX.	7.	INDICT.	6.
BALD.IMP.ORIEN.	5.	RELIG. SS. TRINIT.	36.

B R E V I A R I V M

1 Concilium Græcor. *Nymphæ quo exitu celebratum.*

2 *Portenta aliquot in Anglia phænominum cæleſtium viſa.*

3 *Erigitur Ordini Cænobium in Occitaniâ.*

4 *Duæ inſignes redemptiones à PP. Trinitarÿs facta.*

I. *Pariſ. an. 1237. H. Spond. hic n.4.&c.* HVnc annum duo in primis notabilem reddiderunt: Vnum eſt Concilium celebratum *Nymphea* Bythiniæ oppido, ad Pontum Euxinum, idque ob Apocriſarios à *Gregorio* Pontifice in Orientem miſſos. In eo autem conuenientibus Patriarchis Conſtantinopolitano, & Antiocheno, cum aliis plurimis antiſtitibus Græcis, poſt multas diſceptationes, partes hinc inde conuenerunt vt Græci fidem ſuam de conſecrationis materiâ, Apocriſarii etiam ſuam de proceſsione Spiritus S. ſcriberent, & ſcriptas inuicem traderent: Eoque facto, poſtquam fruſtra de his diſputatum eſſet, Imperatorem valdè ſtudioſum vnionis tentaſſe ſeorſim perſuadere Apocriſatis quod concordia

cordia iniri poſſet, ſi Latini ſuam de proceſsione Spiritus Sancti ſententiam miſſam facerent, & Græci approbarent conſecrationem Latinorum in azymis. Sed negantibus illis quidquam de proceſſione à Filio tolli poſſe; & aſſerentibus, nequaquam reijci Græcos à Latinis ob vſum fermentati, habito colloquio cum Synodo, præſente vniuersa plebe & excitato tumultu eò aſperitatis vtrinque ventum eſt, vt ſibi anathema dixerint. Apocriſarii ſibi timentes, dolente quàm maximè Imperatore rem infectam manere, impetratâ ab eo facultate abeundi, ſeſe itineri commiſerunt. Sed nuncii Synodi eos inſequuti, minis & vi abſtulerunt ſcriptum de fermentato quod illis Græci dederunt. Dederunt autem profeſſionem fidei Patriarcharum & Synodi de proceſſione Spiritus Sancti ex ſolo Patre ad Pontificem Gregorium deferendam.

Alterum quod dixi eſt naturale, tametſi præter naturam. In Angliâ & finibus Herefordiæ ac VVigorniæ III. Id. April. ab ortu Solis vſque ad meridiē II.
apparuerunt in cœlo quatuor ſoles adulterini præter verum ac naturalem, rubri coloris, cum quibuſdam circulis ſeſe interſecantibus. Menſe vero Iunii in parte Auſtrali eiuſdem Angliæ, viſi ſunt in aere ſecus littus maris duo immaniſſimi dracones præliantes, & poſt diutinam pugnam alter alterum ſuperans fugauit in profundum abyſſi. Sequta ſunt autem bella crudelia per vniuerſam Angliam, VVualliam & Hiberniam, ſtrageſque maximæ hominum. *VVeſtmonaſt. & Pariſius.*

III.
Præter quę vix habeo quæ propinem Lectori de ſucceſſibus Religionis Sāctiſſimæ Trinitatis; ſiue quia bellorum tumultus impediuerunt piorum hominum tranquillitatem in erigendis Eccleſiis ac cœnobiis; ſiue quòd erecta pauci admodum poſteritati tranſmiſerunt, ſegnes ad ſcribendum. Quidquid illud, hoc certum eſt tria tantum à me poſſe hoc anno deſcribi: Vnum eſt (vt quidā ait) erectio monaſterii Mirapienſis in prouincia Occitaniæ Gallorū.

IV.
Alia duo ſunt totidem redemptiones; vna, qua creditur *Michael* totius Ordinis Miniſter Generalis trecentos & quatuor captiuos Chriſtianos Barbarorum carceribus eduxiſſe; alia quā Patres *Marcus* Chamar, & *Gulielmus* Ponce, eleemoſinis *Iacobi* Regis Aragonum, Algerio liberarunt fœminas ſexaginta, pueros viginti. *Epitom. Redemp. lib. 2. c. 2.*

ANNVS

IESV CHRISTI D. N. 1234.		FRED.II.IMP. OCCID.	15.
GREGOR. Pp. IX. 8.		RELIG. SS.TRIN.	37.
BALD. IMP. ORIENT.	6.	INDICT.	7.

BREVIARIVM.

1 *Par nobile Sanctorum vtriuſque ſexus, Regiæ nobilitatis & auguſtæ Sanctitatis.*

2 *Nouus Miniſter Generalis Ordinis Trinitarij, eiuſque virtutes.*

3 *Aliud par coniugum virtute eminentum.*

4 Ioannis à Sacro-boſcho *Mathematici, inſignis memoria.*

5 *Priuilegia à Rege Aragoniæ Ordini Trinitario collata.*

6 *Expenditur tenor Regij priuilegij.*

I. *H. Spond. an. 1243. n. 13.* Repetam quod ſupra feci, eſtque tacitâ Frederici Imperatoris fœditate gemellos Lectori proponere, vtrumque Regifici ortus, maſculum & fœminam, *Agnetem & Ludouicum*. Hic enim Regum Galliæ non modò nepos ſed & pater, poſt præclara bellicæ virtutis facinora, totum ſe pietatis exercitio dedit, corpus ieiuniis maccrando, miſeris ſtipe ſubueniendo, quorum etiam pedes lauabat, cibum ſumentibus miniſtrabat, & non paucos certo numero propriæ menſæ adhibebat. Tantâ æquitate in ipsâ etiam adoleſcentiâ regnum adminiſtrauit, vt in eo plebs parentem, nobilitas Principem, leges cuſtodem, Gallia regem, Religio vindicem ſentiret. Illa autem *Octocari* Bohemiæ Regis filia, poſthabitis *Frederici* Cæſaris nuptiis, virginitatem ſuam Deo ſolemnibus votis immolauit, & exemplo *S. Eliſabethæ*, hoſpitalem domum ac monaſterium conſtruxit, cui ſe cum alijs nobiliſſimis fœminis, ſub inſtituto S. matris noſtræ *Claræ*, incluſit. Fertur habuiſſe animum alienum à *Frederico* ob ſummam illius intemperiem, per quam D. Deus ab illo offenſus tradidit eum in contumelias ignominioſas, ita vt more Regum Ethnicorum, aleret pellicum greges, cum quibus ipſe, deuorato omni pudore, velut emiſſarium manifeſtum agebat.

Stad. in Chron. an. 1236. Dubrau. hiſt. Bohemor. l. 15.

II. *Guagin. in Chron.* Ex rebus autem noſtri Ordinis illud occurrit indicandum, quod cum eſſet acephalus obitu Reuerendiſſimi *P. Michaelis* Hiſpani, reintegratus ſit per adoptionem *P. Nicolai* Galli, qui ſextus numero huius Ordinis habenas cepit hoc anno tractare. Vir vitâ comendatus, non modò ſuis, aut fidelibus Chriſti, ſed & hoſtibus eius. Siquidem Mauri ſolebant ei captiuos Chriſtianos vendere leuiori precio quàm aliis: Quorum proinde plurimos ille libertate donauit: Et in eodem miſterio Redemptionis plures ſibi ſubſtituit eâdem charitate calentes, quippe ipſe conſcius miſeriarum quas capti ſufferebant eâ acrimoniâ Maurorum & crudelitate, vt ſubinde parum abeſſent fide Chriſti eiurandâ. Accepriſſimus fuit Sancto Regi *Ludouico*, & proceribus regni, qui libenter eum audiebant, & audito eo multa faciebant. Ille autem eorum ope ſubleuatus adiecit animum in primis reparando principi Ordinis cœnobio apud Ceruumfrigidum: Demolitus eſt vetus templum illius, & nouum ſtruxit eâ magnificentia, vt hodie illud vix cedat vlli alteri Galliarum.

Figuer. f. 73.

III. Eodem anno magnâ Sanctitatis laude vitæ curriculum abſoluit nobile par coniugum *D. Petrus* de Pedibus, & eius vxor, qui ob cæleſtis patriæ amorem nup-

munciūm deliciis remittentes, in huius Ordinis Conuentu *Scabalitano*, (alijs Famarenenſi) Donatos profeſſi ſunt, & verò totâ deinceps vitâ, magno profeſtû, & aliorum exemplo egerunt.

Eiuſdem *Nicolai* miniſterio floruit doctiſſimæ memoriæ vir *Ioannes à Sacrabosco*, quem proinde his inſero, quia plurium iudicio profeſſus eſt iſtud Inſtitutum, idque in Aberdonenſi Regio cœnobio prouinciæ Scotiæ. IV. *Idem f.81.* *Gregor. Iné lib.2. eſu to das. Ord.*

Cenſetur ortu Scotus, (Sed cuius Scotiæ? videris, maioris & priſcæ an minoris ſiue Albionis?) Quidam Scotus Albion eum ſuis adſcribit quòd apud ipſos vigeat familia Halybush; ſed ille non videtur vtrumque idioma calluiſſe; nam Sacroboſcho non rectè trans fertur Halybush, ſed Holyvvbode. Certam memoriam eius ſeruant Acta nationis Germaniæ apud D. Coſmi Pariſisj. Is primò Canonicus Regularis Ord. S. Auguſtini vixit in monaſterio Nitiſdaliæ, vulgò Haliuud, quod fūdauerat Deo *Virgilia* Comitiſſa Galloroidiæ. *Richard.* Gibbonus in Anglicâ hiſtoriâ Scotum vocat, incolam Halyvvod. Poſtea Deo diſponente inſtitutum Ord. Sanctiſſimæ Trinitatis ſuſcepit: Inde Lutetiam Pariſiorum vocatus à maiore Miniſtro Ordinis Nicolao, hæſit apud Marurinos ſuos, vbi etiam renunciatus eſt Doctor Pariſienſis.

Scripſit opuſculum toto Orbe celebre de Sphærâ; quod doctiſſimi viri comentarijs proſequti ſunt; *Gemma* Phryſius, *Petrus* Ramus, *Chriſtophorus* Clauius: item de Algoriſmo. lib. 1. De ratione anni. 1. De computo Eccleſiaſtico, 1. Breuiarium Iuris. Genebrardus, & Balæus dicunt eum floruiſſe an. 1255., ſed minus verè: Aubertus Myræus in Chron. aſſerit eum fatis ceſſiſſe an. 1256. & huic conſonat epigraphe Cippi ſepulchralis eiuſdem apud Maturinos Pariſijs vbi ille buſtum accepit, cui inſculpta ſphæra cum his verſiculis.

De Sacro Boſco qui computiſta Ioannes
Dempora diſcreuit, iacet hic à tempore raptus.
Tempora qui ſequeris, memor eſto quod morieris.
Si miſer es plora, miſerans pro me precor ora.

Iiſdem anno & Miniſtro prouenit Ordini Conuentus Muri veteris (vulgo Moruiedo) in Aragoniâ.

Denique eodem anno *Iacobus* Rex Aragonum effuſæ liberalitatis in iſtos redemptores, Reſcriptum edidit, quo non modò priuilegia à Rege *Petro* ſuo patre conceſſa, voluit eſſe rata, ſed & ipſe ſua addidir. Do ipſius diploma. V.

Pateat vniuerſis quod nos Iacobus Rex Aragonum, & Regni Maioricarum, Comes Barchinonæ & Vrgelli, & dominus Montis Peſſulani, attendentes quod inter cætera opera charitatis redemptio captiuorum fulget, & ad ſalutem maximam pertineat animarum.

1. Confirmamus priuilegium quod Dominus noſter..... recordationis inclytæ, Rex Aragonum indulſit fratribus S. Trinitatis ſuper eodem negotio liberaliter, & conceſſit cum præſenti.

2. Cum præſenti chartâ donamus, concedimus, & laudamus Miniſtro & fratribus Domus S. Trinitatis, præſentibus & futuris, quod in tempore pacis, & guerræ poſſint redimere & emere captiuos Chriſtianos & Saracenos, & extrahere Chriſtianos captiuos & Chriſtianas de terrâ Saracenorum, & adducere in terris noſtris, & captiuos ſimiliter Saracenos & Saracenus extrahere de regnis & terris noſtris, & ducere in rerram Saracenorum liberè & abſolutè ſine omni impedimento, & diſturbio, & grauamine quandocunque voluerint, & placuerit.

 3. Re-

3. Recipientes dictos fratres, & omnes captiuos & captiuas Chriſtianos & Chriſtianas, & Saracenos, viros ac mulieres in terrâ & in mari, & ligium inerint, & perſonas & res quæ ibi fuerint ſub noſtrâ protectione, cuſtodiâ, emparancia in noſtro guidatico ſpeciali; ita quod ſalui eant, ſalui redeant, & ſecuri cum redemptionibus et rebus quas ſecum duxerint & extraxerint vniuerſis.

4 Mandantes firmiter, & diſtrictè Vicariis, Baiulis, & noſtrum locatenenſibus, & ſubditis vniuerſis quod hanc conceſſionem noſtram & guidaticum firmum habeant & obſeruent, & non contraueniant in aliquo, ſi confidunt de noſtri gratia & amore. Quicunque autem dictos fratres ſupradictis in aliquo tentauerit aggrauare vel diſturbare, iram noſtram & pœnam mille Morabiuorum ſe nouerit incurſurum. Actum Ilerdæ IV. Non. Martii, an. Domini 1234.

Signum *Iacobi* Dei gratia Regis Aragonum, Regni Maioricarum, Comitis Barchinonæ & Vrgelli, ac domini Montis Peſſulani. Huius rei teſtes ſunt D. Infans *Petrus*, dominus Maioricarum, *Gulielmus* de Cardoua *Petrus* de Gramana; *Petrus* de Angula, *Berengarius* de Ceruaria, *Petrus* Cornelli, *Petrus* Maç Guermalendes.

Signum *Gulielmi* Sorreba qui mandato D. Regis Guliermo Rubert Notario
IV. ſuo hac chartam ſcripſit, loco, die & anno præfixis, cum ſupra poſitis litteris in octaua linea vbi dicitur, *& perſonas & res, quæ ibi fuerint*.

Super quo priuilegio illud eſt obſeruandum, quod non ſit reuocatum per vllum Ordini *S. Mariæ* de mercede conceſſum: quodque confirmatum ſit à *Iacobo I.* Rege an. 1389; poſtquam idem ille reuocauit quod anno 3388. die 2. Octobris conceſſit dicto Ordini de mercede, propterea, quod ſubretitiè fuerit impetratum..... Nec minus eſt aduertenda emphaſis verborum huius priuilegii: *Donamus, Concedimus, Leuidamus &c. Miniſtro & fratribus Domus S. Trinitatis, præſentibus & futuris*: quæ certè habent vim donationis perpetuæ, neque compatibilia ſunt cum eo quod dicitur *D. Iacobus* Rex dotaſſe Congregationem equitum de Mercede, à S. Eulalia fundatam an. 1228. ſexennio ante datum hoc priuilegium, cum excluſione eius à munere Redemptionis, & à mendicandis eleemoſinis ad eum finem.

A N N V S.

IESV CHRISTI D. N.	1235.	FRED. OCCID.	16.
GREGOR. Pp. IX.	9.	RELIG. SS. TRINIT.	38.
BALD. IMP. ORIENT.	7.	INDICT.	8.

B R E V I A R I V M.

1 GRegor. *Pontificis digna ipſo induſtria in hæreticis reducendis.*

2 *Notabilis vindicta cælitus accepta de oppreſſore pauperum.*

3 *Monaſterium de Tilleford, in Anglia erectum munificentiâ* Eduardi *Regis.*

4 *Diploma Regium plus ſemel productum.*

5 *Monaſterium Limericenſe in Hybernià, cum apendicibus ſuis.*

6 *Aliud Vrgellenſe eidem Ordini Trinitario erectum.*

7 *Inſignis redemptio Captiuorum.*

SOllicitudo omnium Eccleſiarum, quæ *Gregorio*(quippe vniuerſali Pontifici)incumbebat, applicuit eum extirpandis pluribus hæreticorum interim pululanrium ſectis. Itaqne emiſſis Inqniſitoribus perſequrus eſt Carharos, Pauperes de Lugduno, Paſſaginos, Ioſepinos, Arnoldiſtas, Speroniſtas, atque aliam nebulonum colluuiem, in quâ non infimi erant Burgares, ſiue Buggari, quos aliqui inrelligunr fuiſſe Sodomiras. Certe nomen illud apud pleroſque Septentrionales illum intellectum reddit. I. *Pariſ. an. 1236. Meyer item.*

Neque verò indignum relatu eſt ad coercendam diuitum violentiam, quod contigit cuidam nobili Sarmaræ, cui nomen *Micislao*, Cuiauię Principi erat. Hic, cum inopum, viduarum, & pupillorum bona diriperet, indeque aliquando conuiuium multis inuitatis pręberet, ab ingenti multitudine murium inuaſus, fruſtraque naui fugiens, muribus eriam peraquas ſequentibus miſerabiliter periit. II. *Cromer. lib. 8*

Iam quoad Ordinis extenſionem, iſte annus fęliciter ei illuxit; in ipſo ſiquidem ſurrexit ei in Angliâ præclarū monaſterium dictum *de Teleford*; ad cuius magnificentiā capiēdam ſufficeret vel leuirer lirreras legiſſe *Edvvardi* Regis, longiſſimè prolixas, in quibus tamen vix aliud audirur qnam confirmatio bonorum legatorum Patribus Ordinis Trinitarii de redemptione captiuorum Conuenrus de Teleforde &c. Fuit autem iſte Edvvardus huius nominis ſextus, ſed vocabulo numerario tertius, in indice Regum quadrageſimus tertius. Regnauit ab anno 1327. ad an. 1377. Dabo ſegmenta aliqua diplomatis, vt appareat ſolida aſsertio huius cœnobij Patribus Trinitarijs erecti. Corpus ipſum rotum(ne Lectores grauem) reticebo hic interim, contentus in partibus produxiſſe, infra fortaſsè in Regeſto cum alijs plenè proferendum: Air igitur. III. *Monaſtic. Anglic. Tom. 2. f. 831.*

Edvvardus Rex omnibus ad quos &c. Salutem: Donationem & conceſſionem quas VVilhel: filius VValteri de Chærlecore per ſcriptum ſuum fecit Deo, & S. *I*oanni Baptiſtæ, & Bearæ Virgini Radegundæ de tredecim acris terræ de dominico ſuo de Charlecote, propinquioribus vię de Cherlecore, quę ducit ad pontem de Tesleford, cum pratellis ſuper eundem riuulum ad eaſ- IV.

dem

dem tredecim acras pertinentibus, & cum parte eiuſdem riuuli ad eaſdem tredecim acras pertinente: Et etiam de totâ terrâ ex alterâ parte prædictæ viç verſus Orientem, quæ eſt inter ipſam viam, & terram arabilem, quæ fuit Gerardi de Cherlecote, inpuram & perpetuam eleemoſinam, liberis & quietis ab omni ſeculari ſeruicio & exactione, ad conſtruendam ibidem Eccleſiam in honore prædictorum Sanctorum, & domum hoſpitalem ad pauperum recreationem, & peregrinorum ſuſceptionem, & Religioſorum virorum ibidem in perpetuum Deo ſeruiturorum ſuſtentationem. Confirmationem etiam quam idem VVilhelmus per idem ſcriptum ſuum fecit Deo & ſanctis prędictis de donatione dimidiæ virgatæ terræ in villâ de Cherlecotte cum omnibus pertinentiis, quam Cæcilia mater ipſius VVilhelmi fecit eiſdem. Confirmationem inſuper quam idem VVilhelmus per chartam ſuam fecit eiſdem Sanctis, necnon fratribus Ordinis S. Trinitatis & Redemptionis captiuorum, & eorum ſucceſſoribus de totâ domo de Theulisforde, cum giardinis, & croftis, & cum omnibus pertinentiis ad dictam domum pertinentibus, vnà cum aduocatione Eccleſiæ de Cherlecote, cum omnibus iuribus & poſſeſſionibus tam in ſpiritualibus quàm in temporalibus ad dictam Eccleſiam ſpectantibus.

Et infra in fine: Remiſſionem inſuper, & quietam clamantiam quas VVilhelmus de Naford iunior per ſcriptum ſuum fecit præfatis Miniſtro et fratribus et eorum ſucceſſoribus de ſeminando totam illam terram quę vocatur à BlaKebet in campo de Bereford, quotieſcunque ſibi viderint expedire, abſq; contradictione vel impedimento ipſius VVilhelmi et hęredum ſuorum. Donationem inſuper, conceſsionem et confirmationem quas VVilhelmus de Oddungesheles per ſcriptum ſuum fecit prędictis fratribus de totâ terrâ illâ quã Robertus Porſtelle tenuit in Hundeshute, in manerio ipſius VVilhelmi de Solehule, cum petia terræ iacente in angulo inter viam extendentem verſus Flahesford iuxta eandem terram, cum communibus paſturis, et libertatibus, et vitiamentis ad prædictam terram pertinentibus in liberam & perpetuam eleemoſinam. Conceſſionem etiam et confirmationem quas VVilhelmus de Campo dudum Comes de VVarunihyæ per ſcriptum ſuum fecit præfatis Miniſtro et fratribus de tribus culturis terræ, quarum vna le Cleiputtes, et alia le Beretroff. tertia Sternuforlonge vocantur etc.

V. *Figuer. p. 64.* Lego etiam apud ſcriptorem quendam Ordinis, circa eundem annum monaſterium Limiricenſe in Hybernia S. Cruci dicatum, à Comitibus Deſmonię erectum intra mœnia vrbis iuxta pontem qui diuidit ciuitatem à ſuburbiis Deſmoniæ partibus. Huic monaſterio Comes conceſſit vt in ipſo eſſet cacabus magnus, et in eo piſcatores in flumine Limiricenſi exiſtentes ex piſcibus, vulgò Salmones, certam quantitatem Religioſis darent: Quod qui non præſtarent, ſingulares pœnas luebant.

VI. Dixi annum diuitem eſſe monaſteriis, vide quam verè, nam vltra iam dicta, in ipſo excitatum eſt Ordini Vrgellenſe, idque ab Epiſcopo loci, vt patet ex ipſius Reſcripto quod hic exhibeo.

Ego Petrus. Epiſcopus Vrgellenſis miſi ad ſedem meam fratres, & monachos S. Trinitatis, vbi volo circa palatium meum erigere hoſpitalem, & dono eiſdem fratribus vectigalia mea quæ habeo in Palaribus, & in Valutre in Eccleſiâ S. Iacobi &c. Actum eſt hoc in ipſo Palacio meo de Palaribus octaua die menſis Maij. an. Domini 1235.

VII. Denique eodem anno Patres *Gulielmus* Ponſ. et Gulielmus Corbera, eleemoſinis

moſinis *Iacobi* Regis, Epiſcopi *Ilerdenſis*, et Abbatũ Catalauniæ,ex mancipiis Algerii redemerunt centum et viginti; tres Clericos, centum viros, decem pueros, ſeptem mulieres.

A N N V S

IESV CHRISTI D. N.	1236.	FREDER. OCCID.	17.
GREGOR. Pp. IX.	10.	RELIGION. SS.TRIN.	39.
BALD. II. IMP. OR.	8.	INDICT.	9.

BREVIARIVM

1 Frederici *Cæſaris anguſtiæ, filium ſuum dolentis contra ſe rebellare.*

2 *Alia moleſtia eius ab alio* Frederico *Duce Auſtriæ, cuius impietates & ſcelera perſtringuntur.*

3 *Erectio celebris Cœnobij Cordubenſis Ord. Sanctiſſimæ Trinitatis. Vbi enumerati viri aliquot inſignes, alumni eiuſdem.*

4 *Sereniſſima Infans* Conſtantia *initium in ſemetipsâ dat Monialibus Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis.*

5 *Inſtrumentum conuentionis inter ipſum &* Nicol. *Ordinis Miniſt. Generalem.*

ISto,atque etiam præcedenti anno cepit D. Deus reddere talionem aliquã perfidię et iniuriarum *Frederico*. Priori enim *Henricus* eius filius ac hæres, Rex Romanor. conſilia contra eum agitauit cum aliquibus Germaniæ Principibus, et ciuitatibus fœderatis Inſubrum; vt proinde Fredericus debuerit ad Gregorium Pontificem recurrere, quo ei auxilio eſſet contra filium. I. *Chronic. Baſan. Bzou. hic n. 5.*

In Germaniâ etiam agendum ei fuit cum alio *Frederico*, et ipſo turbulenti ingenii viro, qui vires Imperii, regnorumque Hungariæ et Bohemiæ diu fatigauit, tametſi ſæpe interim fugatus ac ſpoliatus; qui nec victor quieſcere potuit nec victus, vnde ei bellicoſi cognomen inditum; verius rixoſus, veriſſimè ſacrilegus diceretur, qui vna die cuncta Auſtriæ cænobia expilauit, theſauris aliò abreptis: Impius adhuc in parentes, qui matrem cuſtodiæ mancipauit: Impurus qui ſpecioſas ſuorum vxores ſtuprauit. Perfidus in Principes, quibuſcum icta fædera turpiter violauit. A Frederico ob contumaciam proſcriptus, ſententiam ſpreuit, et copias contra ſe emiſſas eluſit ipſumque Cœſarem compulit ad ſe in Auſtriam concedere. II. *Cuſpinian. in Freder. 2.*

Attulit autem iſte annus Sacro Ordini Redemptorum inſigne cœnobium Cordubæ: Ibi enim Sanctus Rex *Ferdinandus* vnum illis erexit, aſſignato illi fundo ſui palacii. Primus illius Miniſter fuit P. Bernardus quem ſecum eſſe,atque alios aliquot eiuſdem Ordinis Religioſos,ſemper ille Rex volebat. III. *Figuer. f. 73.*

In eo cœnobio floruerunt viri ſanctitate, litteris, et honorum gradibus inſignes: P. *Nicolaus* à Corduba fuit Prouinciæ Vicarius, et multarum virtutum exercitio perfectus. P. *Antonius* de Meſa et Infantas, ſanguine nobilis,ſed probi-

bitate nobilior. *P.Petrus* de la Hoya ſingularis obſeruantiæ, et reuerenter affectus in Sanctiſſimum Sacramentum. Habuit ſpecialem emphaſim in componendis ſcrupulis cuiuſuis conſcientiæ, & per eum D.Deus plura miracula patrauit. Præſciuit diem & horam ſui obitus. Iacet ſepultus in Conuentu dictæ vrbis, & qùm deinde pluribus annis exactis, obtuliſſet ſe occaſio ſitum illum effodiendi, explicarunt eius cadauer, & deprehenderunt incorruptum, tractabile, & ita non infectum, vt etiam ſuaue oleret. Tranſtulerunt itaque illud in locum eo digniorem.

Accedit Illuſtriſſimus & Reuerendiſſimus D. Fr. *Ioannes* de Almaguerra, egregiè Theologus, & inſignis Eccleſiaſtes. Fuit huius Miniſter, poſtquam egiſſet *Philippo IV.* prædicatorem: Peregit aliquando copioſam redemptionem captorum. Dicitur fuiſſe Epiſcopus Ariquipæ in Indijs, & deinde Archiepiſcopus Limenſis, in quâ vrbe obiit, cum odore ſanctitatis, & inſigni laude liberalitatis in egenos. Reliquit typis vulgandas homilias aliquot ſuper Euangelia Quadrageſimalia.

Adhuc alius Illuſtriſſimus item & Reuerendiſſimus Don. Fr. *Alfonſus* Bernardus de los Ryos y Guſman; egit etiam huic eidem prouinciæ Miniſtrum, & Apoſtolicum viſitatorem. Deinde etiam euaſit Epiſcopus S. Iacobi in Habana, & poſtea Ciuitatis Roderici, nunc cũ ſumma laude viuit Achiep. Granatenſis, eminenter Theologus, et nobiliter natus.

Reuerendus admodum *P.Ioan.* Morin, Theologiæ ſcientiâ, et prudentiæ laude illuſtris. Bis prouinciam rexit ſuo Miniſterio, ſemel Vicariatu prouinciali.

Denique illius filius ac fœtus eſt *Fr.Gregorius* Lopez, Religioſus Conuerſus, ſed tanti meriti interim, vt perſuaſum fuerit indubiè arbitro conſcientiæ eius in Sacris Confeſsionibus, quod cum pluries alloqueretur icon quædam Chriſti Crucefixi in Choro.

*I*dem ille annus incepit Sanctimoniales huius almi Ordinis: Quod fœlix
IV. fauſtumque. Certè autem inſigne auſpicium accepit in primâ Veſtali, quæ fuit pietate nobilis, et nobilitate Regalis, *Conſtantia Petri II.* Aragonum Regis F. cui hac ærâ Conuentus Auignaniæ reſignatus eſt à Reuerendiſſ. Ordinis Miniſtro Generali Nicolao, ad erigendum ibi clauſtrum ſanctimonialium, quarum ipſa princeps, et moderatrix eſſet. Ego autem ad clariorem memoriam illius ſacri Inſtituti, ſtatui his inſerere inſtrumentum conuentionis quæ facta eſt inter ipſam Sereniſsimam Conſtantiam, et Reuerendiſsimum M. Generalem, eſt enim iſtud.

In nomine Sanctæ Trinitatis.
& indiuiduæ Vnitatis

§. I.

V. VNiuerſis pateat præſentem paginam inſpecturis quod nos *Fr. Nicolaus* Miniſter maior huius Ordinis S.Trinitatis et captiuorum, licet indignus, cum aſſenſu et voluntate *Fr.Petri*, Miniſtri Cataloniæ et Aragoniæ, et *Fr.Petri* procuratoris Domus in Auingana, et aliorum frattum Conuentus eiuſdem loci, videlicet Fr.Berengarii de Segars, et Fr. Arnoldi de Burgos, et aliorum frattum, videlicet Angulariæ et *Ilerdæ*, habito etiam conſilio nihilo-

hilominus fratr. Prędicat. et Minor. quorũ prudentia et moderamine à rigore Ordinis noſtri nos temperauimus, & ad miſericordiam àmodo flexi fuimus.

§. 2. Concedimus ad petitionem veſtram Vobis Domina *Conſtantia*, ſorori Domini Regis Aragoniæ, domum veſtram Auingania, cum omnibus pertinentiis ſuis in Cataloniâ, & cum pertinentiis quas habet apud Fragam, & Villelam, mobilibus & immobilibus, plantatis & heremis, ipſam poſſidendam, ſicut melius dici, ſcribi, & intelligi poteſt, ad honorem veſtrum, & vtilitatem Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis & Captiuorum.

§. 3. Hoc videlicet modo quod conſtruatis ibi monaſterium Dominarum, in quo loco & ordine vos ipſa, cum Deus vobis inſpirauerit, ſub habitu Ordinis noſtri, & obedientia Regulari, pœnitentiam faciatis; interim perſoluatis ſeptingentas manzas in auro directas, incefactas, & ducentos ſolidos iacentes.

§. 4. Si vero plura debita apparerent, nos mandamus pręſentialiter Miniſtro Cataloniæ & Aragoniæ quod perſoluat ea, & ab omni obligatione expediat Domum Auinganiæ, quod poſſit eam in aliquo impedire, ita quod vos creditores vlterius non moleſtent.

§. 5. Et qùm ibi eundem habitum noſtrum receperitis, vt remedium animæ veſtræ, et in remiſſionem veſtrum omnium peccatorum, cum omnibus melioramentis factis ibidem ſpecialiter, tam de mobilibus quàm de imobilibus, totum cedat & redeat ad vtilitatem monaſterii ſupradicti, & ad redemptionem etiam captiuorum.

§. 6. Idem etiam volumus & mandamus fieri quod ſi forte (quod abſit) aliquo caſu contingente antequam habitum noſtrum ſuſceperitis, Vos Dominus de hac vitâ euocaret, eodem modo omnia melioramenta quæ in prædicto monaſterio feciſſetis, ſine impedimento & contradictione aliqua monaſterio cederent ſupradicta.

§. 7. Iterum Dominæ quas Vos ibi poſuiſtis vſque ad numerum duodecim dominarum, Nobis, vel Miniſtro Prouinciali, quæque fuerint, obedientes erunt, ſecundum Ordinem, & Conſtitutiones Capituli noſtri Generalis.

§. 8. Et ſi forte (quod abſit) in aliquo exceſſerint, correctioni Miniſtri Maioris, vel Prouincialis per omnia ſubiacebunt.

§. 9. Si fortè verò aliquæ honeſtæ dominæ, completo numero duodecim dominarum, precibus inſtarent quod modis omnibus reciperentur, & tales eſſent ex quibus honor magnus & vtilitas ex eis domui proueniret, tunc Prioriſſa, vel illa quę maiorem locum inter alias teneret, cum aſſenſu & voluntate Miniſtri maioris, vel Prouincialis, poſſit eas recipere.

§. 10. Nec non malitioſè impedire poſſent, vbi honeſtas & manifeſta vtilitas appareret.

§. 11. Concedimus etiam Vobis Domina *Conſtantia*, omnibus diebus vitæ veſtræ, & Prioriſſæ quæ Vobis ſucceſſerit, & dominabus eiuſdem in perpetuum, & damus plenariam poteſtatem adminiſtrandi omnia temporalia, quæ ibi ſunt modò, erunt, datâ nobis tertiâ parte, quæ ſemper, ſecundùm conſuetudinem Ordinis noſtri dari ſolet, in redemptionem Captiuorum; omnia alia pro voluntate veſtrâ miniſtretis, ad vtilitatem tamen monaſterii ſupradicti.

§. 12. Illa vero quæ per induſtriam, & prouidentiam veſtram meliorare potuiſtis, quamdiu habitu nutes ſeculari, pro voluntate veſtra in piis cauſis

& honeſtis, ſicut vobis placuerit, expendatis.

§. 13. Et,ſi aliqua perſona,quæ Ordinis noſtri ibi vellet habitum ſuſcipere c honorem, vel hæreditatem vel pecuniam aliquam appararet,ſecundùm Regulam noſtram, partem tertiam ſeparet in redemptionem,vt diximus,captiuorum, & hoc dicimus tam de fratribus, quam de ſororibus.

§. 14. Fratres verò quoad ibi fuerint, obedientiam Miniſtro in ſpiritualibus, ſicut & alij fratres Ordinis eiuſdem, curam temporalium habeant & gerant,ad mandatum veſtrum,& Prioriſſæ quæ vobis ſucceſſerit.

§. 15. Volumus inſuper & mandamus, quod Regulæ noſtrę & conſtitutionibus Fratrum Ordinis Sanctæ Trinitatis, & captiuorum, obedientes ſint Ordinis ſupradictæ, in correctione videlicet, & in aliis quæ ad ſalutem pertinent animarum.

§. 16. Cæterùm quia quanto fragilius vas muliebre quàm virorum ſexus ab omnibus cognoſcatur, tantò miſericordius ſororibus concedimus ſupra dictis, quod tam Nobis & fratribus noſtris omnibus adnegamus, videlicet quæ diſpenſatiuè concedimus eis, & miſericorditer,quæ vtantur camiſijs et ſupertunicalibus latis, et rotundis et honeſtis, ſicut Religioſis conuenit mulieribus, et honeſtis pellitiis,agninis etiam vtantur, et mantellis, etiam cum pernis agninis ſcapularibus ad laborem; Concedimus etiam eis coopertoriis lineis, linteaminibus,et culcitris.

§. 17. Volumus inſuper et mandamus Vobis Dominæ *Conſtantiæ* et aliis quæ ibi erunt ſucceſſiue, prout Dominus per nos ordinauerit,Prioriſſis,quòd nunquam per vos, vel aliquam perſonam Religioſam, vel ſecularem,à D.Papâ, vel Cardinalibus, vel Legatis, vel collectalibus eorundem, vel Archiepiſcopo Tarraconenſi, vel Epiſcopo etiam Ilerdenſi, vel Vicariis, vel officialibus eorundem priuilegium aliquod impetretis per quod in prædicto monaſterio ius noſtrum in aliquo ſecũdum Regulam et Inſtitutiones noſtri Ordinis deperiret.

§. 18. Et nos ei promittimus, nec per aliquem fratrem noſtrum, nec perſonam aliquam,ſecularem videlicet, vel maiorē,impetrabimus vnquam priuilegium aliquod à D.Papâ, nec aliquo ſupradictorum omnium per quod à vobis, vel dominarum ibidem Prioriſſarum iam dictæ domus dominium eximatur,Vobis ſecundam Regulam & conſtitutiones Ordinis noſtri, et dominabus ibi poſitis ſupradicta omnia volentibus obſeruare.

§. 19. Et Ego Dña *Conſtantia* promitto Deo et vobis Fr. *Nicolao* Miniſtro maiori fratrum totius Ordinis S. Trinitatis, et captiuorum, quod omnia hæc ſupradicta per me ipſam,poſtquam habitum veſtrum ſuſcepero,obſeruabo,concedente Domino fideliter et deuote, et interim faciamus quod ab aliis ſupradicta omnia obſeruētur,præcipuà videlicet quæ ſub obedientia,caſtitate, et paupertate ſpirituali, et viuam confidente Domino, et alias viuere faciam.

§. 20. De ieiuniis, vero, abſtinentiâ,diſciplinâ et aliis rigoribus Ordinis, eo modo ponimus et permittimus,et volumus nos habere ſicut in Regulâ fratrum ſupradicti Ordinis continentur, exceptis diſpenſationibus, vobis miſericorditer à Nobis conceſſis, et alijs diſpenſationibus, ieiunijs et abſtinentiis pro cauſis neceſsarijs et honeſtis, quæ nec etiam fratribus pro loco et tempore denegantur.

Quod eſt Datum III. Non. April. Anno Domini 1236. in præſentia F.Arnal-

naldi Prædicatoris Domus Ilerdæ, et Fr. Arnaldi Prædicatoris Minorum Domus Ilerdę.

Signum Fratris *Nicolai*, Maioris Miniſtri totius Ordinis *S.* Trinitatis & captiuorum. Signum † F. *Petri* Miniſtri Cataloniæ & Aragoniæ. Signum † Fr. *Petri* procuratoris Domus Auinganæ. Signum † F. *Berengarij* † de Sagars. Signum F. *Arnaldi* † de Rapruina. Signum † F. *Ioannis* de Burgos: qui hæc firmamus & concedimus, teſteſque firmare rogamus.

§. 21. Vt igitur hæc conceſſio firmior in perpetuum habeatur, præſentem chartam fecimus Sigilli noſtri munimine roborare.

Signum Dominæ *Conſtantia* quod hoc firmo & concedo, teſteſque firmare rogo. Signum Guillermi † de Rubrone militis. Signum Guillermi de Periano † militis. Signum † Pontij de claris vallibus qui hoc ſcripſit, cum ſupra poſito in tertiâ lineâ ſub eiſdem. Signum † Bernardi de Zaeartera. Signum † Boni Mancipiſcete teſtium.

Signum meum Ignati Nouelli, authoritate Regiâ Notarii publici, ciuis Lealis ciuitatis Balagarii, qui hoc exemplum teſtis.

Signum meum † Petri Pauli Lixameno, authoritatis Apoſtolicæ atque Regiæ Notarii publici &c.

A N N V S

IESV CHRISTI D.N. 1237.		FREDER. OCCID.	18.
GREGORI Pp. IX.	11.	INDICT.	10.
BALD. II IMP. ORIENT. 9.		RELIG. QVADRAGESIMVS	

B R E V I A R I V M.

1 *Mixta miſeria fœlicitas temporum: Conuerſio Orientalium. Occaſus* Ioannis Brenni *ex Rege ac Imperatore monachi Frãciſcani.*

2 *Erectum Ordini Trinitario Monaſterium* de Heſton *in Anglia.*

3 *Eiuſdem Ordinis multorum martyrum palma.*

4 Frederici *Cæſaris furor in Regulares, Eccleſiam, & Chriſtianum, accerſitis ex Africâ Mauris.*

5 Gregor. *Pontifex conſcribit in eum milites, in quibus plurimi Trinitarij.*

6 *Nefanda ſauitia Frederici in Regulares Trinitarios &c.*

7 *Eiuſdem horrenda blaſphemia in Chriſti D. Crucem &c.*

QVem aggredimur annus dubio me ſuſpendit, num velim eum proſperis rei Chriſtianæ, an infauſtis annumerare. Eccleſiaſtico foro illuxit inſignis, ex conuerſione Patriarchæ Iacobitarum Orientalium, qui cum magno Epiſcoporum & monachorum ſuæ ſectæ comitatu (præerat ille Chaldæis. Medis, Perſis, Armenis, aliarumque prouinciarum à Saracenis captarum Chriſtianis), Ieroſolymam veniens, operâ potiſſimum cuiuſdam Ordinis Prædicatorum, abiuratâ hæreſi, & promiſsâ obedientiâ Romanæ Eccleſiæ, eiuſdem

1. *Godefrid. Olim. in Annal. M. Pariſ. in Hērico III.*

dem Ordinis habitum aſſumpſit. In abiurando ſciſmate & ſtipulandâ obedientiâ imitati ſunt eum duo alii Archiepiſcopi, alter Iacobita, alter Neſtorianus.

Idem tamen ſeculo miſer acceſſit; tum ob amiſſum *Ioannem Brennum*, qui ex Comite Viennenſi euaſit Rex Hieroſolymorum, ac deinde Conſtantinopol. Imperator; atque hoc anno mortem obiit in habitu ac Inſtituto Franciſcano. Ita enim ei diuinitus imperatum eſt, & ipſe humiliter expleuit: Tum denique ob inuaſam Italiam a *Frederico*, & plurimos tormentis ſubiectos.

Blond. Parſ. F. Vadding. an. 1240.

De rebus Trinitariis parum ſuppetit addendum; (ſolum inuenio erectum illis monaſterium *de Heſton* in Anglia propè Oxonium), quod intellige quoad locorum ac prouentuum acceſſum; aliàs enim hoc eodem anno tot palmas illi acceperunt, & tranſmiſerunt in cœlum victores.

Figuer. ſ. e.

Enimuero furia illa *Fredericus II.* vſque adeo contra ius & fas inſaniuit vt poſt tot beneficia à Sede Apoſtolicâ *S. Petri* accepta, poſt ſponſiones & ſacramenta chartis ac ceris commiſſa, nihilo ille minus arma quæ debuit in Saracenos, voluerit in Chriſtianos conuertere, atque ipſum patrimonium *S. Petri*.

Platin. in Gregor. IX. Naucler. Gen. 42. Sigon. lib. 18.

Gregorius Pontifex non potuit ſibi deeſſe; quin miſſis Legatis voluit intimatum populis quàm eſſet Fredericus exauthoratus, & diris deuotus. Quod qùm ille in Oriente reſciuiſſet, protinus in Italiam properauit, vbi poſſet parta tueri. Ad quod præſtandum accerſiuit ex Africâ Mauros, quorum operâ exercuit incredibilem crudelitatem in Chriſtianos.

Qùm prope Venetias appuliſſet, demolitus eſt ſacras ædes, Eccleſias & monaſteria expilauit, addendo hominum, etiam inſignium cœdes. Tum autem, deſperato vrbis ingreſſu vertit ſe Mediolanum, & in Marchiam Taruiſinam, deinde Hetruriam ingreſſus, minatus eſt Romæ obſidionem. Quod qùm credidiſſet *Gregorius* Pontifex, cepit rerum ſuarum ſatagere, & conſcriptum militem obiicere impio inuaſori. Fuit autem exercitus ipſo dignus, magnâ ſui Eccleſiaſticus, & potiſſimum Regularis. In illis præ aliis numerati fuerunt Patres Trinitarii Redemptionis: nam *Gregorius* Pontifex ſcripſit *Nicolao* Gallo, ſexto Ordinis Miniſtro Generali vt tranſmitteret ei ſaltem octoginta Religioſos ex ſuis, qui deberent addi iis quos Romæ eiuſdem Ordinis inuenirent. Factum; conuenerunt enim ex prouinciis Galliç, Hiſpaniæ, Hyberniæ, Angliæ, Scotiæ, & Belgii ad eum numerum plurimi, prompti ſanguinem fundere, animas expirare ad ſeruandam ſarto-tectam authoritatem & iura Apoſtolicæ Sedis Romanæ.

Fredericus autem nihil territus; tanto apparatu, caſtra Vrbi admouit; ſed exceptus eſt eo nimbo Cruceſignatorum qui perfidum terruit, & attonitum ſuſpendit admiratione: neque tamen compeſcuit; præcepit enim ſuis, iam rabie temulentus, vt ipſos etiam Cruce ſignatos aggrederentur: Qui quidem egregio Marte perfuncti obſtiterunt aliquamdiu inuadentibus; non impunè tamen; nam plures eorum ibi animas poſuerunt, alii adhuc viui in ordinem redacti carceres impleuerunt. Ex his fuerunt ſexaginta Trinitarii, in quos impius ille ac Deo inuiſus Imperator, Neronibus et Diocletianis peior, incredibili crudelitate graſſatus, ad contumeliam Crucis quam præferebant, iuſſit eos in formam illius diuidi à vertice ad calcem rectâ, & denuo per pectus tranuerſim. Aliis capita ipſa ſimili methodo, & impacto ferro diuiſit, nempe in Crucis formam decuſſata.

R. Guagin. Petr. Lop. Altun lib. 2. Chron. c. 7.

Quæ

Quæ qùm fierent, impius ille ac Dei deſertor improperat cæſis infirmitatē Crucis, & inutilem geſtationem: Miſeri, aiens, iam vos videtis captiuos, qui tanto opere captorum libertatem procuraſtis. Hoc tamen à me habetis ſolatii quòd mortem in Cruce excipitis qui iactatis eam ad vos è Cœlo delatam. Iam iam ſanguine veſtro ſolum hoc tingam, quando tam inepti fuiſtis, vt illam præferretis defendendi. Hæc & alia blaſphemabat furibundus ille, & Satanæ in prædam datus; qui tamen dictis plura, hoc eſt peiora fecit; nam ex Patribus quoſdam iuſſit vri candenti ferro, in Crucis ritum ſe ſeçante; alios fecit inijci faſcibus fæni ardentis. Hęc tyrannus adhuc ſpirans minarum & cædis, ſed caſſis conatibus, imo in oppoſitum actis; nam, (vt quiſpiam de typo horum Herode et Innocentibus notauit) *prophanus hoſtis nunquā beatis tantum prodeſſe potuiſſet obſequio, quantum profuit odio.* Ego idem aliter aio cum Ethnico Romano. *Auguſtin. Serm. 10. de Sanct.*

Si non erraſſet, fecerat ille minus,

In quo, quia ſcio me intelligi, deſino, et claudo currentem annum, vt incipiat mihi. *M. Martial. Epig. l. 1. ep. 21.*

B R E V I A R I V M

IESVS CHRISTI D. N.	1238.	FREDER. OCCID.	19.
GREGOR. Pp. IX.	12.	RELIG. SS. TRINIT.	41.
BALD. II IMP. ORIENT.	10.	INDICT.	11.

A N N V S.

1 *SVperbia* Frederici *Cęſaris. Item calliditas, opportunè præuenta à* Ludouico *Rege.*
2 *Erigitur Ordini Monaſterium* Sendac.
3 *Recenſentur viri illuſtres huius Ordinis.*
4 *Item fœminæ.*
5 *Introductum æternum regimen Miniſtrorum in Conuentum Arelatenſem, & deinde repulſum; atq; à quibus?*

QVàcunque pergimus menſium et annorum, ſemper circumferimus *Frederici* Cęſaris feritatem, et nequitias; Hoc enim anno ille inſoleſcens ob victoriam quam ab Inſubribus, non Marte tantùm, ſed arte et inſidiis reportauit, oblatam pacem etiam nimiâ ſubmiſsione partium, ſuperbè reſpuit; ſed ſuo damno, qui neſciuit fortunâ vti. *S. Ludouicum* Francorum Regem inuitauit ad colloquium apud Vallem coloris ad Moſam inconfiniis regnorum, acturus de ſummis Chriſtianæ Reipubl: negotiis. Mox vero vt comperit Regem cū delectiſſimâ ſuorum manu proficiſci, tantoque apparatu, vt etiamſi armis res agenda eſſet, par aut ſuperior futurus videretur, excuſatâ valetudine abfuit ipſe; qui putabatur, vt erat fide vacuus, et dolo plenus, ſi Rex ſui poteſtatem facturus, mediocri comitatu acceſsiſſet, eundem detenturus, quē ſibi aduerſarium ſciebat in oppugnatione quam moliebatur Pontificis, et Eccleſiæ Romanæ. *Sigon. lib. 8. regn. Spondan. hic n. 1.* *Nang. in vita S. Ludou.*

Ex

Ex rebus Ordinis noſtri inuenio hoc anno circiter fundatum eſſe monaſterium *Sendas* in Campaniâ; quod tamen parum illi profuit, qùm deinde fuerit publicis cladibus deſtructum.

Cæterùm ipſe Ordo floruit interim inſignibus viris æque ac fœminis. Ex illis fuit *P. Petrus*, tertius Prouincialis Miniſter Aragoniæ, Doctor Theologus Sorbonæ Pariſiorum, verbi Dei validiſſimus præco. Obiit autem Auinganiæ anno mihi excurrente. Fuit etiam *F. Petrus* de Moncheron primus Miniſter S. Mariæ Magdalenæ. Hic ſuis precibus mortuum ad vitam reuocaſſe dicitur, & cuidam cæco lumen rediddiſſe, impreſſo oculis eius ſigno Sanctæ Crucis. Denique autem bonis operibus abundè diues, in præfato Cænobio, mortalem vitam æternâ mutauit.

Ex fęminis, moniales aliquæ in monaſterio Auinganienſi ſuauitatem odoris ſanctiſſimæ vitæ effuderunt. *D. Conſtantia* Petri II. Aragonum Regis *F. Iacobi I.* ſoror, mortuo marito *D. Gulielmo* de Montecatheno, eiuſdem Aragonici regni Prætore ſagato, huius Ordinis habitum induit in Auenganienſi Parthenopęo, vbi ſancto fine viam vniuerſę carnis expleuit. *Ibidem D. Guillerma* Villalta de Montecatheno, prima Prioriſſa domus illius, nobiliſſimis natalibus oriunda, ipſo virenti flore ætatis, ſe Deo in eodem Ordine, & aſceterio mancipauit, multiſque dotibus, & pię conuerſationis praxibus inſignis, migrauit ad cœlos, acceptura tot virtutum & meritorum mercedem.

In Conuentu Arelatenſi ab eius erectione per S. Patriarcham *Ioannem* vſque ad præſentem annum, deprehenſum eſt per plura inſtrumenta publica, & varias tranſactiones, præfuiſſe quatuor Miniſtros, à triennio in triennium ſucceſsim electos. Quidam Fr. Bartholomæus fuit qui incepit perpetuum Miniſterium vnius eiuſdemque ibidem. Tenuit enim loci adminiſtrationem ab hoc decurrente mihi anno 1238. vſque annum 1248. hoc eſt pleno decennio. Fr. Augerio ei ſuccedens, eo quem dixi vltimo decennij, imperauit vſque ad 1272. & ſuccedentes habuit in eodem regimine ſex perpetuæ adminiſtrationis Miniſtros, qui præfuerunt cęnobio ab an. 1272. vſque 1335. quo primùm cœpit deſinere illud æternum regimen, & redire arbitraria ac triennalis electio. Incidit illa in *P. Philippum* de Pigune primò, et deinde tranſiuit ad ſex, quorum ſinguli tribus annis contenti, anno 1352. acceperunt ſucceſſorem *Fr. Ioan.* de Pernotto. Hic autem reuocauit perpetuum regimen; imperauit enim ab an. 1352. vſque ad 1368. Fuit vir induſtrius, et prouexit ſtatum conuentus ad meliorem frugem, qùm eum reperiſſet magnâ paupertate depreſſum. Qùmque ciues ac Senatus eò induxiſſent Religioſos Ordinis Seraphici S. P. N. Franciſci, (cauſam neſcimus); obſtitit ille, et oppoſuit aduerſantibus potentiſsimum virum *Galfredum* le Meingre Comitem Beufortij, Franciæ Caſtrorum Pręfectum, Proregem Delphinatus.

A N N V S

IESV CHRISTI D. N. 1239.		FRED..IMP.OCCID.	20.
GREGOR. Pp. IX.	13.	RELIG. SS. TRINIT.	42.
BALD.II. IMP. ORIENT.	11.	INDICT.	12.

B R E V I A R I V M.

1 FRederici *Cæſaris inſolentia,& luſus poeticus in Pontificem: qui etiàm Vaticanus reſpondet.*

2 *Nobile portentum ſacrorum corporalium Conuentus Darocæ.*

3 *Adhuc plura portenta eorundem, redeuntium ad dictum Conuentum.*

4 *Memoria viri inſignis* Richardi *VVVltoni Angli.*

5 *Magnificum priuilegium* Iacobi *Regis Aragonum, Ordini Sanctiſſimæ Trinitatis indultum.*

6 *Inſignis redemptio captiuorum à PP.Trinitarijs exercita.*

7 *Inſtrumenta donationum duarum Infantum Aragoniæ, Sanctimonialium, huic Ordini factarum.*

APparet quam verè ille: *Peruerſi difficile corriguntur.* Ita enim *Fredericus* I.
in reprobum ſenſum datus, qùm quotidie peſsimis peiora adderet,ne- *Eccle.I.V.15*
que aliud intendiſſe videretur quam vt Eccleſiam Romanam, eiuſque iura 4.
ſubuerteret; toties à Pontifice ſalubriter monitus, quaſi fomentis tentatus,
qùm ſuauitatem remedij ſuâ contumaciâ ſuperaret, effecit vt *Gregor.* Ponti-
fex, in eum diras ſuas, quas antea cominatus fuerat, validè diſtringeret. *Ita*
eum publicè ac ſolemniter anathematis fulmine ſcrijt, ſoluitque omes ei ſub- *Pariſ.in Honor.III.*
ditos, à iuriſiurandi religione, quâ ei, ratione Imperij, aut regni, fuerunt *Krantz.7.*
quomodocunque obſtricti. *Metrop.52.*

Fredericus autem ſui inſtar, hoc eſt inſolentior factus, inter alia acida, hoc diſtichum Pontifici ſcripſit.

Roma diu titubans, longis erroribus acta
Corruet, & Mundi deſinet eſſe caput.

Cui Pontifex iſtud reſcripſit.

Niteris incaſſum nauem ſubuertere Petri;
Fluctuat, at nunquam deſinet(alias *mergitur*)*iſta ratis.*

Supra in loco egi de Cœnobio Darocę, cui Sanctus fundator ſitum accepit II.
an. 1208: in Xenodochio *S. Marci* Euangeliſtæ, illudque *Innoc. III.* Pontif.
dicto Ordini ſuo diplomate confirmauit, cum omnibus prouentibus et prædiis quæ ad ipſum ſpectabant: Redit tamen hoc anno, et meritò mihi illius memoria, quippe quo illud illuſtratum eſt notiſsimo portento mulæ baiulę ſacrorum corporalium(vt vocant). Qum enim ambigerent ciues vbi Eccleſiarum reponenda eſſent ſacra illa lintea quæ corpus Domini ambierunt, et deinde viſa ſunt ſanguine eius imbuta, ſtatuerunt ea iumento imponere, illudque *Malleafol.*
ſine ſeſſore, ac duce dimittere, perſuadentes ſibi eò appulſurum, quò D. Deus *166.*
vellet ſacrum eius onus deponi. Et factum, impoſuerunt enim illa quaſi *Lanuca in Annal. Aragon. Tom.2.*
Arcam Teſtamenti mulæ cuidam candidi villi, quam deinde incomitatam emiſerunt vrbe Luchenſe regni Aragonici. Illa autem, tanquam conſcia itineris, non expectauit ducem, ſed recto tramite ſe ipsâ perrexit; neque interim ſubſtitit vſque conuentum horum Patrum Daroca. Qùmque appuliſſet ad

por-

portam Ecclesiæ, flexit poplites exoneranda. Fuit tunc dierum miniſter Conuentus *P. Bernardus* Tabaça, prouinciæ Aragonenſis, & Catalauniæ *P. Ferrarius* Grait; Sacræ autem telæ in Sacrario collocatæ. Quod vbi factum, aut potius anterius adhuc, mula exonerata crepuit protinus & expirauit Nonis Martii, anni quem comentamur 1239. hæſeruntque ibi pleno quadriennio ſarto tectæ, & vicinorum reuerentiâ celebratę.

III. Tum autem Cathedrale templum Darocæ, tanti theſauri auarum, extulit ea conuentu, & intulit ſibi; ſed non volente euentu; illa enim poſtera die redierunt ad priſtinum ſacrarium Conuentus. Neque tamen Canonici illi per hæc compeſci potuerunt, quo minus adhuc ſecundò idem tentarent: ſed & ſecundò experti ſunt cœlum conatibus ſuis aduerſum; illa enim iterum in loculum ſuum redierunt. Quod qùm etiam tertiò feciſſent, nihilominus illi perſtiterunt in iis ſibi vindicandis. Nam &, neſcias quod, votum vouerunt, & ſacellum magnificè exſtruxerunt capiendis illis ac colendis. Quà eorum piâ importunitate inclinatum cœlum, deinceps illis permiſit ea poſſidenda:

IV. Floruit hac tempeſtate, & obiit hoc anno, in iſto Ordine P.F. *Richardus* VViltonus, Anglus, primus Prouincialis Miniſter eius per Angliam, & Scotiam, Doctoris Theologi inſignia adeptus Cantabrigiæ. Primus ſui Ordinis ſacras litteras Pariſiis, Oxonii, et Cantabrigiæ eſt interpretatus. Dicitur ab *Honorio III.* Archiepiſcopus Armachanus, Primas Hyberniæ creatus, et à *Gregorio IX.* Cardinalis S. Stephani in Monte Cœlio. Recenſentur etiam aliqua eius ſcripta in Magiſtr: Sententiar: in Geneſin, et Hieremiam. Ex quibus qum nullum ſit fide indignum, tamen primum reddit mihi cætera incerta; non enim Hyberni aut tam pauperes ſunt virorum eminentium, aut tam parci æſtimatores ſuorum, vt paterenter principalem ſedem regni ab extero occupari. Quidquid illud, de quo fortaſsis legar in ſequentibus, Richardus diem extremum duxit Londini, fuitque XII. Cal. Ian. Funus delatum ad Monaſterium de Montynduno, comitatus Cantiani, vbi depoſitum eſt cadauer.

F. sacr. fol. 61.

V. Quacunque pergimus annorum, ſemper nos ſequitur Aragoniæ Regum munificentia: nam et hoc eodem *Iacobus I.* emiſit Reſcriptum, Regia authoritate cauens; ne quis huius Ordinis, aut redemptoribus, aut redemptis faceſſat negotium, vel audeat eſſe moleſtus: Do diploma: eſt enim iſtud.

Nouerint vniuerſi quod nos Iacobus Dei gratia Rex Aragonum, Maioricarum, ac Valentiæ, Comes Barchinonæ, & dominus Montis Peſſulani, 1. conſiderantes & occulariter videntes quod Religioſi Sanctæ Triadis ad redimendum captiuos Chriſtianos tantum fructum faciunt. 2. Recipientes eos in noſtra protectione, & Regali Imperio, tribuimus & mandamus vt de captiuis quos vſque nunc liberauerunt ex ſeruitute Barbarorum, et de illis quos futuris temporibus traxerint, et ab iis liberati fuerint, quod nemo ſit auſus eos moleſtare, leui causâ, vel magnâ occaſione capere, retinere, ratione itineris impedire; Et mandamus ſenioribus, maioribus, Bajulis, Zaualmedinis, Zalmedinis, et Moſtazafis, Iuſticijs, Iuratis, Curis Iudicibus, Alcaldis, et alijs quibuſcunque perſonis quod hoc priuilegium à nobis conceſſum ſit in roboritate et firmiter obſeruatum. Quicunque autem contra hanc conceſsionem noſtram eos, vel procuratores, aut nuncios, ſeu ſeruos ſuos in aliquo tentauerit aggrauare, iram noſtram, pœnam duo mille morabatiuorum ſe nouerit abſque omni remedio incurſurum. Datis apud Montem Albaneum, menſe Decembris, anno Domini 1239. Scripſerunt Rex et alij.

Hæc

Hæc ille et maiora, ac meritò; Iſti enim PP. continuò pergebant in praxi ſuę profeſſionis, hoc eſt redemptione captorum. Hoc ipſo anno PP. *Arnaldus* Çuyones, & *Vida* Dalmao, inſtructi dicti Regis largitionibus, itemque Epiſcoporum, & Abbatum regni, exemerunt Mauris carceribus Chriſtianos centum quadraginta; viros centum & vnum, fæminas viginti ſex, Clericos ſeptem, pueros ſex.

Et Ego, quia paulo ſuperius nobilitaui Veſtales huius Sacri Ordinis, aſſignando illi illuſtriſſimas primitias, nempe Sereniſſimam Infantem *Conſtantiam*, Petri Regis filiam, hic oſtendam quàm verè illa id egerit, quàm ſolidè Ego ſcripſi. Producam enim publica inſtrumenta, quibus euincam, non modò illam, ſed & ſororem eius D. *Sanciam* ſanctimoniales fuiſſe in monaſterio huius Ordinis Auenganę: Ecce ipſa; (Eſt autem duplex donatio ab vtrâque facta, qùm iam eſſent Ordini adſcriptæ), deſcribo enim diplomata.

In nomine Sanctiſsimę Trinitatis &c. Ego Infans Dña *Conſtantia*, illuſtri Regis *Aldephonſi* Aragonenſium filia, quondam vxor *Guliermi* Raymundi Seneſcalli, nunc vero Deo vota in monaſterio *de Auengana* facio chartam donationis & aſſertionis Tibi filio meo Guliermo Raymundo de Maneata.... quam mihi dedit in arrham dominus meus, & maritus meus ipſe Guillermus Seneſcalis, & totum quod mihi dedit in donatione pater meus, illuſtris Rex *Aldephonſus*, vt ſit ſemper in tuâ poteſtate, Tibi atque ſucceſſoribus tuis. Datis Ilerdæ in præſentiâ Domini *Lupi*, eiuſdem Eccleſiæ Epiſcopi, & totius Capituli, & aliorum nobiliorum, decima die Menſis Septembris, anno Domini MCCXXIX. Signum † *Lupi* Epiſcopi, & Signum † *Gullermi* de Graio. Signum † *Petri* Callellis. Signum *Raynaldi* de Rebellis † Canonici, & notarii Dominæ Conſtantiæ.

Ego *Sancta I*nfans, ſoror Dominæ *Conſtantiæ* & Prioriſſæ in monaſterio de Auingania, dono nepoti meo, nomine Gulierm: de Moneata, domus meas in Montiſſone, & ſunt iuxta Eccleſiam *S. Mariæ*. Datis vt ſupra.

A N N V S

IESV CHRISTID. N.	1240.	FREDER. OCCID.	21.
GREGOR. Pp. IX.	14.	RELG. SS. TRINIT.	43.
BALD. II.IMP. ORIENT.	12.	INDICT.	13.

B R E V I A R I V M.

1 *NEfanda ſcelera & immanitates Frederici Imperatoris.*
2 *Iacobi de Vitriaco Cardinalis teſtimonium de ſanctitate Ordinis Trinitarij.*
3 *Donatio Bernardi ab Angularia facta Conuentui Trinitario eiuſdem loci.*
4 *Memoria quorundam inſignium Patrum huius Ordinis, & luculenta redemptio 482. captiuorum.*

Blend. Cracon. Krant. apud Bzou hic num°1.

NOn poſſumus excutere occurrentem nobis malo omine Rogerium *Fredericum*;(quanquam eum Ego videor debere poſthac dimittere,quippe Imperii faſtigio ac dignitate depoſitum.) At enim iudicaui nihilominus loquendum cum multis, vt intelligar. Hic enim qùm tot facinoribus ſeſe obſtrinxiſſet, Longobardos Eccleſiæ Romanæ filios & vectigales contra ius & fas oppreſsiſset, ferro & flamis vaſtaſſet: Pontificem ipſum pacis authorem cõtempſiſſet, Legatorum Sedis Apoſtolicæ ſaluberrima conſilia reieciſſet; Cardinalium animos, & Romanorum procerum affectus *Gregorio* ſubtrahere tentaſſet; In ipſa Vrbe contra eundem plus ſemel ſeditiones excitaſſet;Extra Vrbem apud Interamnam, prælio cum Guidone Caſtello pro Eccleſiâ Romanâ Vicario, eiuſque filio Iacobo conſerto, vtrumque occidiſset; Cenſum regni Siciliæ pendere renueret; Clericos omnes et Eccleſias grauiſsimè affligeret; FF. Prædicatoribus, Minoribus, Hoſpitalarijs,et Templarijs,monachis et Epiſcopis regni Siciliȩ intolerandas calamitates inferret, quibuſdam igni traditis, alijs alio mortis genere extinctis; Ex Epiſcopis, aliquos relegaſset, alios proſcripſiſſet, nonnullos ſacerdotijs exuiſſet: multa Rom. Eccleſiæ oppida, ciuitates & arces occupaſſet, in vitam *Gregorij* conſpiraſſet; parum eſt dignitatem Apoſtolicæ Sedis quà potuit abrogare, In ipſum Chriſtum Dominum omnium redemptorem conuitia iaceret; Per Italiam more immaniſsimi latronis baccharetur; agros vaſtaret, oppida diriperet, Ciuitates ad arma contra Eccleſiam ſollicitaret, Tuſciam,Vmbriam,& reliquas prouincias diſſidijs ac factionibus miſceret, gladium & ignem in omnia ſibi obſtantia explicaret: non ſexui,non ætati vlli parceret, ſed cædibus ac ſanguine omnia compleret; *Gregor.* Pontifex ex munere ſuo Reſp. conſulturus, apud Cryptam Ferratam habito Cardinalium ſuffragio,Concilium Generale Romæ celebrandum indixit.

In Regeſt. Gregorij. an. 4.

Multo dignior eſt memoriâ ſui in his annalibus, vir Eccleſiaſticus & egregius *Iacobus* de Vitriaco Epiſcop. Cardin. Tuſculan.olim Ordinis Canonicorum S.Auguſtini, ex monaſterio *S. Mariæ* de Oignecs, qui hoc anno omnes ſuos abſoluit. Huic ergo placuit aliquam vicem referre gratitudinis ob tam luculentum teſtimonium quod perhibuit huic Sacro Ordini, Enimuero is in

ſua

ſua hiſtoria Orientali *cap.24.pag. 329. ſcribit : Eſt & alia Regularium fratrum & laicorum Sancta & Deo accepta Congregatio, in omni loco habitationis ſuæ, ſub titulo Sanctiſſimæ Trinitatis Domino militantium, Vnde & fratres Sanctiſſ. Trinitatis appellantur; vni & ſummo huius Ordinis Priori per obedientiam humiliter ſubiecti. Habent autem in diuerſis Regionibus Priores, & Congregationes particulares; Caput autem Ordinis in Eccleſia Sanctæ Trinitatis Maſſilienſis præfecerunt. Hi ſiquidem viri Sancti arctam Religionis viam ingreſſi, carnibus, non veſcuntur, exceptis diebus Dominicis, & quinque magnis ſolemnitatibus. Vinum vero ſecundum Ordinis Inſtituta licèt eis bibere, emere autem non licet. Camiſijs non vtuntur, neque linteaminibus, aut plumis. Humilitatis Chriſti formam expreſſius imitantes, aut pedibus ambulant, aut ſuper aſinos equitantes incedunt; alijs autem animalibus ad opus equitandi non vtuntur. Albis autem, & laneis tunicis, diebus & noctibus induti, Cappis albis, exterius crucem bipartitam, ex rubro & nigro in medio pectoris affigunt. Et quoniam ad comparationem pietatis exercitatio corporis ad modicum valet, adeo miſericordiæ operibus affluunt vt de omnibus bonis ſuis ſemper in honorem Sanctæ Trinitatis tres faciant partes; vnam ad redemptionem captiuorum qui in vinculis Saracenorum detinentur; aliã ad ſuſtentationem pauperum infirmorum, quos in domibus ſuis miſericorditer recipiunt, in proprijs perſonis humiliter miniſtrantes; tertiam partem ad vſus ſuos reſeruant, vt ſobriam & pauperem vitam vtcunque valeant ſuſtentare. In hac igitur amplitudine charitatis, & affluentia pietatis velut ſpeculum facti ſunt multis Regularibus auaris, & imitationis exemplum meticuloſis fratribus, & filijs diffidentiæ, qui ſemper in anxietate & ſolicitudine de craſtino cogitantes, curis huius ſeculis prægrauantur dicentes in cordibus ſuis, quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Modicæ fidei quare dubitaſtis? Quis vidit iuſtum derelictum, aut ſemen eius quærens panem? Qui ſe ipſum tibi tradidit, neceſſaria Tibi negabit? Qui volucres cæli paſcit &c.*

Quòd autem vir vinerandus ait in hoc Ordine domum Maſſilienſem eſſe principalem, propterea illi perſuaſum eſt quia ob bellum Aſiaticum, & comoditatem redemptionum, ibi plerumque reſidebant Miniſtri Generales Ordinis, & illius redemptores.

Eodem anno facta eſt donatio conuentui Angulariæ, à quodam D. Bernardo inde cognominato. Do ipſam in Inſtrumento.

Nouerint Vniuerſi quod ego Bernardus filius Berengarij de Angularia, dono Hoſpitali Angulariæ quod ædificauit illuſtris pater meus, Adolium meum in Angularia, ſcilicet illud quod cauſatur in platea eiuſdem villæ in die Mercurio. Facta charta anno milleſimo, ducenteſimo, quadrageſimo: prima die Menſis Martij. Subtus autem leguntur iſta Hiſpana. *Figuer. fol. 359.*

Son teſtigos muchos caualleros de ſu caſa.

Item *Concuerda con ſu original, que eſta nel archiuio del Conuento di Anglaſola, de donde ſi ſacò alla letra bien, & fielmente.*

Ex Patribus ipſis duos inuenio, qui hæc tempora & Ordinem ornauerunt. Vnus ex noſtratibus P. *Gregorius* Hybernus; alter Hiſpanus Fr. *Gulielmus* Miniſter Burgenſis, etiam ſanctitate celebris, ac captorum redemptione famoſus. Quo in genere alius etiam ſibi huius anni laudem vendicauit P. *Robertus*, primus Prouincialis Miniſter Caſtellæ, qui ſeruitute liberauit Chriſtianos quadringentos octoginta duos, captiuos. *Idem f. 81.*

ANNVS

IESV CHRISTI D.N.	1241.	FREDER. OCCID.	22.
GREGORI Pp.IX.	15.	RELIG. SS. TRINIT.	44.
BALDVIN. II. IMP. OR.	13.	INDICT.	14.

BREVIARIVM.

1 *Ceaſus* Gregorij *Pp. IX. atque eiuſdem encomia.*
2 *Tartarorum in Polonos & Hungarus nefanda ſæuitia.*
3 *Extructum monaſterium Honoris Dei.*
4 *Inſtrumentum Gualteri de Chaſtilon. ſuper legato eidem conuentui facto.*
5 *Repetuntur, ex fide authoris eâ digni, encomia aliqua dicti D. Gualteri &c.*

I. *Pariſ. Sigon. Onuphr.* PVllis veſtibus excipiendus eſt annus, tot Europæ cladibus funeſtus. Nam *Gregorius* Pontifex fractus dolore, & impat ferendo, occaſione *Frederici* omnia ſus deque miſcentis, hoc anno X. Cal. Octobr. extinctus eſt, dignus longiore vitâ, tametſi propemodum centenarius. Obijt Romæ, & ſepulchrum accepit proximum Magno, & Santo Gregorio huius nominis primo. Vir etiam magnus prudentiâ, pietate, dexteritate; cui nihil ad fęlicitatem deforet ſi ſimilem ſibi Cæſarem, aut redderet, aut inueniſſet.

Micheu. in deſcript. Sarmatia. Cromer. in hiſtor. Polonic. Eodemque anno Tartari Poloniam & Hungariam cædibus & incendijs vaſtarunt. In conſpectu parentum & coniugum liberos & vxores eorum omni contumeliâ afficiebant; Oppida incenderunt; Templa Deo dicata ſanguine ſacerdotum, & promiſcuis libidinibus impleuerunt: atque alia aliaque cogitatu fæda, dictu nefanda, quę quia dolet animus, horret ſtylus, vtrumque potius transferam ad vnum ſolum quod video ex rebus Sacri Ordinis occurrere.

Dan. in hiſtor. Barbar. f. 467. Monaſterium Honoris Dei, vulgo *Honneur Dieu*, alias de Cheles, cuius erectionem, aut præſenti anno, aut propinquo aſſignandam probat inſigne factum nobilis ac militaris viri *Gualteri* de *Chaſtilon*, qui nouennio ab hinc fundauit legendum in eo Sacrum idque perpetuò, pro ſuâ, & ſuorum animabus. Do Inſtrumentum ex fide & veteri vernaculâ Gallorum, vt eo magis conſtet me veritati litare.

Ex P. Dan. 408. *Ie Gualtier de Chatillon, Sire di S. Aignan. en Berry, faits a ſçauoir a tout ceux que ces lettres verront, que je bai donne en pur aumoſne & perdurable pour le ſalut de mon ame, de mon pere, de mamere, & de mes anteceſſours à la maiſon del Honneur Dieu del Ordre de la Trinite, qui ſiet deſſous Montgaij vingt liures Tournois de rente, a prendre chacun an en ma Preuoſte de Montgaij, aux buitumes de Noel, pour vn frere qui lifreres, de la deuante dicte maiſon doiuente tenir auec eux qui ferà in icelle maiſon le ſeruice di noſtre ſeigneur, a touſiours et perdurablemente pour le ame de moy, de mon pere, dema mere, & de mes anteceſſeurs. Et pource que eette choſe ſoit ferme, & ſtable perdurablement, ej'ay en ay donne mes lettres ſeellees a mon ſeel a frere Nicole General Miniſtre de la Trinite, & aux freres. Ce fait in Egypte au ſiege deuant la Maſſore, l'an de la Incarnation deuxcens quarante neuf, au mois de Mars.*

De

De hoc Gualtero ſæpe refricat memoriam author dictus *Ioinuille*, apud quem apparet ille fuiſſe vnus ex primoribus Ducibus qni in exercitu *S.Ludouici* Regis contra Saracenos militarunt. Procurabat extrema Caſtrorum quando Sanctus Rex captus eſt ab hoſte victore. Quod contigit prope Caſſelium, vbi iſte Mars Gallicus deſertus à ſuis, diu ſolus ſuſtinuit impetum inimicorum; maluitque mori, viribus & armis ſuis vſus quam Barbarorum miſericordiam expectare.

A N N V S

IESV CHRISTI D. N. 1242.	FRED. IMP OCCID. 23.
SEDIS VACAT. 1.	INDICT. 15.
BALD. II. IMP. OR. 14.	RELIG. SS. TRINITAT. 45.

B R E V I A R I V M

1 *Obitus Celeſtini Pp. IV. Solis deliquio prauentus.*
2 *Expenditur cauſa Sedis Apoſtolica diu multumque vacantis.*
3 *Patribus Trinitarÿs ſtruitur canobium Valentia.*
4 *Sepulchra Magnatam aliquot in Eccleſia dicti Canobÿ.*
5 *Perſtringuntur auſpicia dicti monaſterÿ.*
6 *Item. Eremitor. B. Virg. de Rememedio. Memoria P. Andrea ab Agrimonte.*

S. P. N. Franciſcus *Gregorio* Pontificatum prędixit, Gregorius Gaufredo Cardinali Caſtilionco, qui deinde poſt menſem euaſit *Celeſtinus* IV. octodecim dierum Pontifex. Obiens autem magnas ſpes irritauit, quarum iacturam videtur cœlum ipſum luxiſſe: nam biduo ante eius obitum ſol Eclipſin ſuſtinuit, & ſtellæ per diem apparuerunt. I. *VVadding. Tom. I. an. 1237.*

Vacauit autem Apoſtolica Sedes à morte Cęleſtini viginti amplius menſibus. Cuius diuturnæ viduitatis cauſam, qùm aliqui in diſcordias paucorum Cardinalium, quòd alij *Frederici*, alij Eccleſiæ cauſam in ſuffragio ferendo ſpectarent, quidam in Frederici hoſtilitatem; *Platina* inde proceſſiſſe ait quod Cardinales cenſuerint Pontificem non prius eligendum quàm alij apud Fredericum captiui laxarentur. Blondus ex qnodam Theologo Parmenſi Ordinis noſtri Franciſcani, qui inter fuiſſe negotio videtur, refert tentos carcere Cardinales proteſtatos eſſe ne ipſis abſentibus fieret electio, ijſque collegas facile aſſenſiſſe, videntes Italiam omnem Frederici motibus quaſſatam. *Author Cronici Auguſtenſ.*

Vnum multorum inſtar exhibet hic annus monumentum Sacri Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptorum, eſtque erectio inclytæ domus Valentinæ tum enim cępit, concedente quodam Guliermo Seruia dicto Ordini Xenodochiũ *S.Gulielmi* ab eo conſtructum in Suburbio (tum dicto S. Bernardi ad ripam fluminis Turiæ). Hanc fratribus deinde abſtulit Regina *Maria* anno 1444. eamque nunc incolunt Moniales S.*Clara*. Non tamen ſpoliatis fratribus defuit animorum conſtantia; nam in manſiunculâ prope manſerunt per *Gaſpar Eſcolan. in Hiſt. r. Valent.*

plu-

plurium annorum curricula,expectantes Regiæ pollicitationis fidem de nouo domicilio ipſis erigendo. Quod tamen non eſt præſtitum vſque ad tempora Catholici Regis *Ferdinandi*, qui anno 1504. conceſſit monaſterium erigendum in fundo quo nunc viſitur,titulo ac nomine Virginis Remediatricis,inſigni opere conſtructum, ſumptibus Illuſtriſſ. D. Guliermi Raymundi de Moncada,Epiſcopi Tiraconenſis, & Sacrę familiæ Redemptorum magnifici Mæcenatis.

Cæterùm domus illa dedit odorem ſuauitatis & Religioſę famæ. Inter alia monumenta habet tumulum ex marmore ſubtus chorum parieti immerſum, in quo repoſitum eſt corpus filij celebratiſſimi Ducis *Gregorij Caſtriotto*, alias *Scanderbergij*, Epiri(vulgo Albanię)Regis,qui Turcarum terror fuit,& Chriſtianiſmi ſingulare præſidium.

Ibidem in concauo duorum arcuum ſunt duo ſacella admodum elegantia, & in illis totidem alia ſepulchra. *In* primo ſunt inſignia familiæ de Moncada,& Marchionum de Vilargut, cum elegantibus & varijs inciſuris ac limbis; & in peripheriâ hæc inſcriptio aureo charactere.

Nobilibus D. Ioanni de Moncada, *&* Marqueſæ *de Villàragut, parentibus dulciſſimis, ex D. Franciſci templo huc tranſlatis, pientiſsimus filius* Gulielmus Ray, *Tiraconenſis Epiſcopus hæc B.* M. *fecit;qui & has Sanctæ Trinitati, opiferæ Virgini, Diuo Michaeli aras dicauerat, anno* M. D. XVI.

In altero etiam aureę litteræ erant, quę hanc ſententiam formabant:

Caſtandus de Moncada *eſt qui obijt VII. Calend. Septembr.* 1515.

Qui idem Caſtendus de Moncâda inſertus eſt cauitati dicti marmoris, ſtatuâ ſolidâ, exprimente ipſum armatum, baltheo pręiunctum & enſe, flexum poplites ſupra duos puluinos.

Eſt & aliud ſepulchrum in dicto ſacello *B. Mariæ* de remedio, in latere Euangelij cum hoc Epitaphio.

C. h. R. Opt. Max.
Ex antlatis terra marique laboribus
Innumeris, ſub Ferdinando Catholico,
Et Carolo V. Siculorum
Pro Regia dignitate; & omnibus
honoribus in hac Republica
Functus, contra ſæuam Gallorum
Tyrannidem Parthenopem
Cum Regno ſeruans nauali prælio
inuicto animo dimicans
Pro P. liber, pro Cæſare
Pro nomine tandem occubuit glorioſe
D. Hugo à Monte Catino
D. Gulielmus frater pientiſſimus
F. B. M. D. S. P. F. C.
à puerperio MDXXXVII.

Ibidem etiam ſepulchrum accepit Reuerendiſſimus P. *Gabriel* Mançano, ad cornu Epiſtolæ, exaduerſo altaris cum vnâ epigraphe inſculptâ candenti marmori, his verbis.

R. P. Fr. Gabriel Mançano Phil. Theol.
Magiſter: Doct: Profes. Aragon: Prouinc: ſer;
Domus huius bis Præſul, Sacrarium hocce ſacra-
uit, Bibliothecam erexit, ornauit iconibus, cen-
ſibus annuis ditauit: Auxit domum doctri-
na, pietate, Conſilio clarus, Ætate ſexa-
genarius, IX. Calend. Martij, anno
M. *D. CXXIV. obijt*

Vt

Vt autem paulò lentius proſequamur tam inelyti eonuentus auſpicia, (ago de eo in quo hodie degunt PP. huius Ordinis,) notum volui Lectori vt ad annum Domini 1444. Regina *Maria* coniux *Alfonſi* Aragonum Regis V. eognomento Sapientis, etiam Magnanimi, qùm iam ſtruxiſſet Monaſterium Veſtalibus S. *Claræ* titulo Spiritus Sancti, ad erepidinem montis qui interiacet Puzol, & Muruiedo, qùmq; plauè diſpiceret nequaquam expedire ſanctimoniales illas degere vſque adeo ſemotas ab hominum conſortio, qùm etiam imminerent eis pericula quę ſolitudini inſidiantur, ſtatuit illas inducere compitis habitatis. Quo conſtituto, tum ne Religioſæ illę Virgines deberent expectare moras nouæ fabricę, tum etiam quia interim debebant luctari neſcias quot moleſtijs, petijt à PP. Sanctiſſimæ Trinitatis Conuentum quem iam tum habitabant, etiam titulo eiuſdem Sanctiſſimæ Trinitatis conſecratum, obſtringendo ſe ipſam ciuieâ ſtipulatione ad prouidendum Patribus aliud cœnobiũ adhuc melioris ſtructurę. Propter quod PP. illi relicto conuentu ſuo, anno 1444. tranſiuerunt ad Eremitorum quoddam dictum *S. Michaelis*, ſitum extra portam maris, & extructum *à Iacobo* Rege conquiſtore, in actionem gratiarum pro ſingulari gratiâ quam fatebatur ſe tunc cælitus aeeepiſſe, qùm in profeſto, (vulgò primis Veſperis) dicti Archangeli, profligatis Mauris, Valentiam victor, etiam triumphi pompâ intrauit, anno 1238. Illud ergo, quãuis non nimis amplum, & vix dignum Regiâ appellatione, dedit PP. Regina aſſignando ei territorium à dicto Eremitorio vſque quoddam molendinum vulgò dictum, *de Pilares*. At enim irrumpente illac mari, & moriente interim Reginâ, deſiit Conuentus PP. abſolui.

Ioſeph. Rodrig. in Nouennar. SS. Ioan. & Fel.

Toti autem Eremitorio vicinè adiacebat aliud titulo B. Virginis de Remedio, quod aſſenſu poſſeſſoris, aecedente etiam placito *Ferdinandi* Regis Catholiei, apud Medinam Campi, III. Id. Octobr. anni 1504. obtinuit Miniſter loci pro tempore, & cępit ibidem fabricare cænobium, quod deinde ampliauit, & prouexit in illam magnitudinem quâ hodie pollet Illuſtriſſ. Gulielm. Ramon de Moncada, Epiſcopus Taraconens, Regi Conſiliarius, cuius officii ergò ille debuit degere Valentiæ, vnde erat oriundus; eiuſque ſubſidiis abſoluta eſt fabriea anno 1516. quo etiam PP. eæperunt poſſidere & habitare domum.

Denique ipſo hoc anno articulum vitæ abſoluit P. *Andreas* ab Agrimonte, primus Miniſter & fundator Domus Santarenenſis, ac totius prouinciæ Luſitaniæ. Huius appulſum Vliſſiponem, & moram Diuino miraeulo adſcribendam, ſupra proprio anno deſcripſi, vt non ſit operæ precium aliud addere quam ſingulares viri virtutes, & tranſitum ipſi vtilem, aliis luctuoſum ac defletum.

Alua. f. 154. Magi. l. Luſit. 415. An. 1217.

ANNVS.

IESV CHRISTI D. N. 1243.		FRED. OCCID.	24.
INNOC. Pp. IV.	1.	RELIG. SS. TRINIT.	46.
BALD. IMP. ORIENT.	15.	INDICT.	1.

BREVIARIVM.

1 FRedericus *Cæſar,(in ſpeciem ſaltem), vrget noui Pontificis electionem.*

2 *Vrget eandem ſeriò* Balduin. *Imperator Conſtantinopol. Et denique euadit Pontifex* Sinibaldus *dictus Innoc. IV.*

3 *Memoria Fratris Rudolphi, & Fratris Thomæ VVricht, Patrum Ordinis Trinitarij.*

4 *Nobile exemplum conuerſionis editum a nobiliſſimis coniugibus* Petro *de Pedibus, &* Maria *Suarij.*

5 *Chronologia aliqua Conuentus* Clari Viuarij *huius Ordinis.*

HOc anno poſt diuturnam Eccleſiæ vidiuiduitatem à morte *Celeſtini*, per viginti menſes, *Frederic I*mperator malè habens vulgò iactari ſe impedimento eſſe quo minus Sedi Apoſtolicæ, diutina vacatione languenti pontifex daretur, ſemel atque iterum Cardinales qui ſupererant pungentibus litteris vrſit ad id coire, qùm tamen ipſe obicem poſuerit. I. *Petr. de Vin. 1. Epiſt. 14. & 17.*

II. *Platin. in Celeſt. IV.* Inter hæc Balduinus Imperator Conſtantinopolitanus, in tantas anguſtias à Græcis redactus, vt etiam de retinenda Conſtantinopoli deſperaret, probèque ſciens auxilia à Latinis Chriſtianis fruſtra expectari, quibus deeſſet Romani Pontificis opera & aurhoritas, in Italiam veniens cum Frederico egit vt Cardinales quos vinctos habebat, dimitteret, quoniam cæteris fixè conſtitutum erat ad electionem non procedere niſi alij etiam comparerent. Vnde denique omnes Anagniæ conuenientes conſenſerunt in *Sinibaldum* Fliſcum Ianuenſem, qui deinde Innocent: IV. audiuit.

III. *G. Iñes de fundat. Ord. cap. 1.* Quoad propria noſtri Ordinis; pauca ſubtexam: Floruerunt enim in ipſo, iam tunc temporis, aliquot inſignes viri, vtriuſque claſſis, puta Martyrum & Confeſſorum. Fr. *Rodulphus*, & Fr. *Barengarius* pro Monaſterijs Scotiæ & Angliæ profecti ad proxen ſanctæ redemptionis captiuorum, Tuniſij (alias Cartagine) poſtquam ducentos ſexaginta captiuos libertate donaſſent, pro exploratoribus Regis Angliæ habiti, in carceres detruſi ſunt, deinde in ardentem rogum coniecti die 9. Sept. anno 1243.

Eadem tempeſtate celebris fuit eiuſdem Ordinis P. Fr. *Thomas* VVrigth Anglus. Monachum induit in Monaſterio Montendinenſi in Cantio. Pariſiis auditor fuit Magni illius Alexandri de Ales Ordinis Minorum *S.* P. Franciſci: Condiſcipulos etiam habuit celebres, partim eiuſdem Ordinis, partim aduerſi, Sanctum *Bonauenturam* Seraphicum, & alios tam ſui Ordinis quàm externi. Ipſe Conuentus Pariſienſis Miniſter, ad inſtantiam S. Regis *Ludouici* hoc iam labente anno 1243. deinde inrer Doctores Vniuerſitatis Pariſiẽſis adſcriptus, poſt Miniſter prouincialis per Angliam electus eſt; ab ea tamen dignitate ſe humiliter abdicauit. Ab Innoc. IV. an. 1244. Pontificatus ſecundo in Concilio Lugdunenſi dicitur à creatus presbiter Cardinal. Tit. S. Crucis in *Fig. f. 72,*

Hieruſalem,ac deniq; Archiepiſcopus Tuamenſis;ſed neutrũ conſtat.Scripſiſſe dicitur plura,quorum indicem non texo, quia non videntur hucuſque vllius typis vulgata. Viuere deſijt IX. Calend. Nouemb.an.1249. ætatis ſexageſimo ſexto, ſepultus in ſuâ Eccleſiâ.

IV. *Figuer.f. 73.* Eadem tempora & terras Luſitanas,bello humilitatis exemplo ornauerunt *Petrus* de *Pedibus*, & eius coniux *Maria Suarij*, huius Ordinis Donati (vt vocant) Domus Scabalitanæ, in quo vterque magna pietate vitam fæliter abſoluerunt.

V. Denique *ex Antonio Sandero* colligo hunc annum diu præceſſiſſe Monaſterium huius Ordinis dictum *de Claro Viuario*, quia nimirum iſto iam decurrente ditatum & dotatum eſt a *I*oanne & Margaretha Comitibus. Ex quo dictus author non ineptè colligit Bergam *S. Vinoci* Caſtellaniæ & Tribunali iam tum in ſolidum ſubiaciſſe; quia nimirum Comites illi non erant facturi illas donationes niſi ipſi interim rerum potirentur, qũm nulla (vt fieri conſueuit) mentio dominorum loci adhibeatur.

A N N V S

IESV CHRISTI D. N.	1244.	FREDER. OCCID.	25.
INNOC. Pp. IV.	2.	INDICT.	2.
BALD.IMP.ORIEN.	16.	RELIG. SS. TRINIT.	47.

B R E V I A R I V M

1 *Monſtra aliquot à Natura hoc anno edita.*

2 *Perfidia* Frederici *Cæſaris contra pacta conuenta,per plur Oratores ab eodem Romam deſtinatos.*

3 *Inſidiæ ab eodem Innocentio Pontifici tenſæ, ſed eluſæ.*

4 *Fundatio & fabrica Monaſterij Perinenſis, Ord. Trinitarij.*

5 *Notata aliquot epigrammata, de hoc Sac. Ordine SanctiſſimæTrinitatis.*

6 P. Auguſtini *Galgano eiuſdem Inſtituti,virtutes & fortuna.*

I. QVod notâ dignum extra ordinem iſte annus habet, eſt monſtrum infantis Laudæ nati, gemino capite prediti. In Tuſciâ item colluuies locuſtarum quæ omne viride abſorbuit. Denique Mediolani peſte & fame adeo laboratum eſt,vt repletis vrnis, ac locis Sacris, paſſim peragros chariſſimorum cadauera indefleta humarentur.

II. *Regiſt. Innoc.101. Gül. de Podio. Laurent. Chronic. cap.46. Spondan. hic num.1.* At enim furia illa *Fredericus* non permittet nos aliud æque ac ipſius nequitiam admirari. Hic enim poſtquam Raymundum Comitem Toloſanum, & alios procuratores ſuos Romam deſtinaſſet, per eos apud *Innoc.*Pontif die, Cœnæ Domini, præſente *Balduino* Imperatore Conſtantinopolitano, Cardinalibus, multiſque Prelatis, Senatoribus Romanis, ac populo, ſolemniter irauit ſtaturum ſe iudicio Pontificis ſuper omnibus articulis, iniuriis, damnis & offenſis,ante & poſt excommunicationis ſententiam, quas Eccleſiis & Eccleſiaſticis intuliſſet. Et tamen ille idem paulo deinde ad genium ſuum rediens, contendit, & vero noluit iuramento ſtare; quippe ſibi (vt aiebat) pernicioſo.

Neque his contentus inſidias Pontifici ſtruxit: quibus *Innocentio* delatis, ipſe accitis trimeribus Ianuenſium,ad portum Ciuitatis veteris, vigiliâ SS.Petri & Pauli Apoſtolorum, nocte adultâ, & altum ſilente, atque (vt quidam aiunt)veſte militari, ne à Cæſareis interciperetur, Sutrio ſe cum aliquot Cardinalibus ſubducens, ad claſſem concitatis equis peruenit, indeque mari Ianuam patriam ſuam. III.

In monumentis ad me tranſmiſſis inuenio hoc anno factam eſſe fundationem monaſterij Perrinenſis, vulgò *la Perine*, huius Ordinis, qui tamen totius IV.
ſcitum quàm maxime debet vni ex noſtris. Is eſt *Arthurus* Rhotomagen.Recollect. ex quo proinde Ego omne deſcribam. Igitur cænobium eſt Ordinis *Artur. in Neuſtria Pia fol. 931.*
Redemptionis captiuorum in diœceſi Conſtantienſi,inter templum Diui Laudi, & Carintomen, viæ Regiæ, ad rubeum foſſatum, fundatum ab illuſtri heroinâ D. Euſtachiâ, nobiliſſimi viri D. Gulielmi *du Humet*, Normanniæ Stabuli Comitis vxore, tempore *S. Ludouici IX.* Regis Franciæ, dicatum S. Catharinæ Virgini & Martyri. Horum meminit Necrologium huiuſce domus his verbis. *Non Maij, anno Domini* 1254. *obijt Domina D. Euſtachia fundatrix iſtius domus. Anima eius requieſcat in pace*. Item.X. *Cal. Septembr. Obitus D. Gulielmi de Humetto Comeſtabularij Normanniæ, cuius vxor domum iſtam fundauit.*

Qui autem fuerint alii eiuſdem monaſterii benefactores, explicandi ſunt. Sanè hæc domus olim ſpectabat ad Eccleſiam Baiocenſem; quapropter Pontifex Baiocaſſinus,intuitu pietatis omne ius vltrò dimiſit; quod conſtat ex chartulario in theſauro Epiſcopali aſſeruato, talis tenoris. G. *Epiſcopus Baiocēſis conceſſit in puram eleemoſinam Miniſtro & fratribus domum S. Catharinæ de Perina Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis captiuorum Conſtantienſis diœceſis, anno* 1275. Præſules quoque Conſtantienſes non minori deuotione hunc locum ſunt proſequti, de quibus habetur memoria in eiuſdem Obituario; ſed maximè qui ſequntur. *Calend. Martij anno Domini* 1247. *obijt vir bonæ memoriæ Ioan. Epiſcopus Conſtantien. qui dedit nobis centum libras Turonenſes ad emendos reditus*. De eo iterum III.Non.Maij:& II.Calend. Nouembr. item VI*I*. *I*dus Auguſt. *An. Domini* 1291. *Obijt C. quondam Epiſcopus Conſtantiens: qui dedit nobis triginta libras ad emendos reditus*. Sed loco litteræ maiuſculæ C apponēda eſt G.tunc enim Gillanus,ſeu Gillius qui etiā AEgidius ſeu Euſtachius dictus eſt, huic Cathedrali Eccleſiæ præſidebat. *Item IX. Marty an. Domini* 1314. *Obijt vir bonæ memoriæ Robertus Conſtantiens: Epiſcopus, qui dedit nobis centum libras Turonens: ad emendos reditus*. *I*tem X.Calend. Decembris: *Obitus D. Gulielmi Epiſcopi Conſtant. qui dedit nobis centum libras.*

Memoratur etiam fr. *I*oan. Maior, primus Cænobiarcha huius aſceterij, cuius commemoratio bis recolitur in anno, in hunc modum: *III*. Non.Maij, Fr. *I*oan.Maior. Miniſter primus obijt anno 1392. Mendum hic irrepſit; Scribendum eſt;anno 1292. Item Calend. Decembris,Obitus Fratris Ioannis Maioris Miniſtri primi.

Qua occaſione deſcribam duo epigramata quæ in ijſdem M. SS. mihi occurrerunt, de Sacro Ordine Sanctiſſimæ Trinitatis; ſuntque Franciſci Modij,adiecta iconibus Religioſorum Ordinum quæ cuſa ſunt Francoſurti, anno 1585.

ORDO TRINITATIS
SEV
DE REDEMPTIONE

V. *A Triade eſt nobis, quæ continet omnia, nomen.*
Nomine quo nullum gratius eſſe poteſt
Hiſpanis certe longè notiſſimum in oris,
Quàque ſuam Betis, quà viam Iberus habet

FIGVRA RELIGIONIS

Stipem vbi dum redimi quà poſſunt Turcicà colla
Geſtantes, Sanctam ob, Mauraue vincla fidem,
Cogimus, in certam ſpem ſurgimus, & fore quondam
Noſtra etiam à Stygio libera còlla iugo.

VI. Sub idem tempus floruit *P. Auguſtinus* Galgano, nepos Cardinalis Gregorii de Galgano, qui Siciliam Prorex adminiſtrauit pro Frederico II. neque ſolum ab ipſo ſed etiam ab *Innocentio Pp. III.* multo antcrius iſtud officium accepit. Quamdiu dictus Cardinalis Romę degit, Auguſtinus cum ipſo habitauit: Qùm autem in Siciliam conceſsit iſte, Deo vocanti reſpondens ſubiuit Sacram Religionem Sanctiſsimæ Trinitatis, Romæ apud *S. Thomam de Formis* Contigit autem Cardinali vt opus foret ei legationem quandam inſtruere ad Philippum Sueuiæ Ducem, auunculum & tutorem dicti Frederici, quam prouinciam ille impoſuit Patri Auguſtino: iſte etiam exequutus eſt tam dexterè, tam bonâ gratiâ Philippi, vt hic eum apud ſe retinuerit diu multumque hoc eſt vſque ad extremum vitæ ſuæ. Tum vero Auguſtinus in Siciliam traiecit, vbi apud Cardinalem perſtitit quouſque Fredericus à Septem viris Germaniæ electus eſt Imperator; Tum enim ab ipſo Cæſare inſtitutus eſt Confeſſor Auguſtæ coniugis ſuæ *Conſtantiæ*, filiæ Regis Caſtellæ.

Altuna ſol. 156.

Idem fæliciter defunctus prælio contra Othonem, ipſum Auguſtinum deſtinauit in Gallias ad imploranda ſubſidia à Philippo Rege; quod etiam iſte prꝗſtitit ſummâ dexteritate. Adhuc etiam tertio Fredericus voluit eundem comitari filium ſuum Henricum dum Aquiſgranum pergeret coronam Regiã accepturus: Et denique eundem inter alios deſtinauit Oratorem Romam ad *Honorium Pp. III.* Quibus & aliis laboribus, non modò annorum ſenio, fractus, ille ſpiritum Deo reddidit, decurrente hoc anno 1244.

ANNVS

A N N V S

IESV CHRISTI D.N. 1245.	IMP.OCCID. VACAT.
INNOC. Pp. IV. 3.	INDICT. 3.
BALD. II IMP.ORIENT. 17.	SANCTISS. TRINIT. 48.

B R E V I A R I V M.

1 INnoc. *IV. nauigio Lugdunum Galliarum appellit, vbi Concilium œcumenicum indicit.*

2 Frederici *Cæſaris conatus contra Innocent. Pontificem.*

3 *Ordini Trinitario erigitur monaſterium Lerchenſe.*

4 *Præclara facinora digniſſimi Patris* F.Stephani *Menelao Ordinis Trinitarij.*

5 *Vberrima redemptio captiuorum facta ab ipſo, & P. Roderico à Penalua.*

6 *Querela Authoris de deſidia priſcorum omnis generis authorum in re præſertim hiſtorica.*

DE induſtria omiſi Fredericum inter Principes memorandum, quippe I.
hoc anno ex authoratum. Nam *Innocentius* Pontifex aduerſo Rho- *Blond. 2.*
dano Lugdunum ingreſſus eſt ipſo menſe Ianuarij, ibique à Regiis Miniſtris *Decad. 7.*
S.Ludouici ſummo honore exceptus, ibidem indixit Concilium Generale ad *Collenut. lib.*
proximum diem natiuitatis S. *I*oannis Baptiſtæ, vt de ſubſidio Terræ San- *4.*
ctę, atque *I*mperii Conſtantinopolitani, repulſu Tartarorum, pace Eccleſiæ, *Spondan. & Bzion hic:an.*
rebuſque Frederici, ac morum reformatione tractaretur, datis de hoc lit-
teris ad omnes Reges, Præſules, Principes, Abbates, & Capitula: Nomi-
natim autem Fredericum, idque ſæpius, & elata voce citauit, vt vel per ſe,
vel ſuos nuncios compareret in Synodo, ſuper ijs quæ ei obiicienda erant
reſponſurus.

Neque defuit ſibi Fredericus, quin qùm ſe ad Concilium vocari intellexiſ- II.
ſet, Paſchate Capuæ celebrato diſceſſit, & Romam prætergreſſus, Viterbien-
ſem agrum (iam ſecundò) populatus eſt, tum Ameriæ Aquenſibus, Senis, Pi-
ſis, Parma pertranſitis denique Veronam acceſsit, ibique Conuentu Prin-
cipum indicto, ſeque excuſato apud omnes, *Innocentium Po*ntificem grauiter
accuſauit.

De rebus Religionis duo tantùm habeo quæ Lectori propinem, ſuntque III.
ortus & occaſus totidem ei occurrentûm. Huic enim anno auſpicia ſua de- *Figuer. f. 75.*
bet monaſterium Lerchenſe, vulgo *de Lerche*, in Arteſia, fundatum iam
tunc per *I*oannem Toparcham Lerchenſem.

*I*demque ille videtur extuliſſe (ſaltem de propinquo) funus magni viri, *Ste-* IV.
phani Menelao, qui Religionem hanc, etiam Eccleſiam, pluribus beneficiis *Altuna lib.*
deuinxit. Nam *S. Ioanni* a Matha poſtulanti probos Religioſos Cerui frigi- *c. . . . ff. 117.*
di, miſſus eſt à *S.Fœlice V*aleſio ad incolendos nouos illius *In*ſtituti Conuen- *122. &c.*
tus in Aragonia & Caſtella, quod & fecit ad ingens ſuum meritum, & alio-
rum exemplum.

*I*demque anno 1212. qùm fulmen illud Africum Miramolinus Marochii
Rex, tanto apparatu Hiſpaniç occupandæ immineret, quingentis millibus

pu-

pugnatorum inſtructus, is inquam in primis adfuit huic tam ancipiti prælio, bono omine illius; nam & *Alfonſus* Rex præcepit milites omnes inſigniri Cruce quam Menelaus & ſui geſtabant; & præterea cœlum ipſum idem ſalutare ſignum redemptionis in aere expreſſum oſtendit tam Mauris quam Chriſtianis.

V. *An. 1212. n. 4. & 5.* Non repletam quam latè ſupra in loco deſcripſi victoriam noſtratum; ſufficit addidiſſe in præſenti quod *Alphonſus* Rex fœlicitatem ſuam parte aliquâ acceptam referens PP. Trinitariis, Conuentum eorum Burgis nouis prouentibus ditauit, indultâ etiam licentiâ alios nouos vbique extruendi. Ad hæc, ille cum aliis duobus Regibus ingentem vim auri eis contulit ad vinctorum libertatem: Quæ etiam peracta eſt magnâ induſtriæ & charitatis laude à noſtro Menelao, comite P. Roderico de Penalua, qui eo ſubſidio freti eduxerunt carceribus, & exuerunt vinculi tercentum Chriſtianos captiuos.

VI. Cæterà plerumque neſcimus quę egit, non illius otio, ſed aliorum qui neglexerunt ea chartis comittere ad doctrinam poſterorum, ſiue quia ipſi ſimiliter diuites virtute, non æſtimarunt illius facinora quaſi ſingularia; ſiue quia contenti Deo teſte, maluerunt à ſuis virtutum exercitia edi quam iactari. Quidquid illud, hoc certum eſt eorum ſilentio poſteros paſſos eſſe iacturam, non ſolum ſcitus, ſed & exemplorum quæ exprimerent deinde ipſi & imitarentur. Indoluit olim ſimilibus *Arnobius*, & conqueſtus eſt de ſuorum ſilentio. Qùm AEneis eſſet ſupprimenda tabulis teſtamenti ipſius *Virgilij* authoris, oppoſuerunt ſe legibus Romani proceres. Tucca, Varus, ipſe etiam Auguſtus. Tacitus *I*mperator hiſtoricum Tacitum in omnibus Bibliothecis collocari iuſſit, ſingulis annis decies deſcribendum pollicitus. Tanti eſt virtutum praxes & præclara opera non elicere modò, ſed extendere, & poſteritati communicare.

Flauius Vopiſc.

Vide Sabell. En. 7. lib. 7. Egnat. lib. 6. c. 17.

ANNVS

ANNVS

IESV CHRISTI D. N. 1246.		HENR. IMP. OCCID.	1.
INNOC. Pp. IV.	4.	RELIG. SS. TRINIT.	49.
BALD. II. IMP. ORIENT.	11.	INDICT.	4.

BREVIARIVM.

1 INnoc: *Pontifex Fredericum olim Cæſarem, adhuc contumacem exuit Imperiali dignitate: nec tamen alter cedit.*

2 *Contra eum coniurant Principes, qui deprehenſi à Frederico ſumma crudelitate vindicantur.*

3 *Surgit PP. Trinitarijs inſignis Conuentus Vbeda, egregijs alumnis facundus.*

4 *Recenſentur adhuc plures ex prolibus eius notâ digni.*

5 *Etiam Martyres.*

6 *Memoria aliqua Conuentuum aliquot ijſdem exſtructorum in Hybernia & Anglia.*

7 Innocent. *Pontifex ijſdem addictus oſtenditur diplomate eius prolato.*

8 *Eoſdem alios diplomate eximit à ſolutione decimarum.*

9 *Adhuc tertiò concedit immunitatem à pœnis, niſi nominatim in litteris Apoſtolicis exprimantur.*

I.

ABſit deinceps vt impius Frericus ſit nobis in ſigna aut tempora, aut dies aut annos; quin imò delendus eſſet de libro, nequam & refractarius; qui à Pontifice in pleno Concilio depoſitus, exauthoratus, Imperio & regnis omnibus, omnique honore ſpoliatus, tantum abeſt vt cederet, aut ſententiam æſtimaret, vt etiam contempſerit, & multa indigna in ſupremam Eccleſiæ authoritatem nō tantùm euomuerit ſed etiam att entarit. Nam contra Interdicti ſententias, coram ſe præcepit Sacris operari; recuſantes ſacerdotes in vincula coniecit. Eccleſiæ terras occupauit, nihilque non egit vt clauium illius authoritatem in contemptum adduceret, & ſacræ fidei titulum aboleret.

Petr. de Vin. l. ep. 1. H. Spondan. hoc an. nu. 23. ex M. Pariſ. &c.

II.

Sed non impune; irato Deo pericula ei præparante. Dum enim in ora Senenſi aucupio indulgeret, Procerum quorundam conſpiratione pœne interemptus eſt. Qui detecti, pars fugâ pœnam præuenerunt, Plures loca aliqua Apuliæ occupantes, obſidione capti, oculo, manu, naſo, & tibiâ mutilati, inſuper culeis inſuti, cum ſingulis canibus, ſimijs, gallis, ac viperis, ſupplicio paricidarum, in mare proiecti ſunt.

Collen. hiſtor. Neapol. l. 4.

III.

Idem annus ditauit ſacrum Ordinem Redemptorum inſigni domicilio apud Vbedam munificentia *Ferdinandi III.* Regis in quodam eremitorio *S. Sebaſtiani* dicto extra muros. Primus illius Miniſter fuit Reuerendiſſimus P. Auguſtinus de Caſtro, qui poſtea fuit deſtinatus Epiſcopus Pampelonenſis. Habuit idem locus alios aliquot domeſticos, diuino Spiritu, & forenſi dignitate inſignes, *Illuſtriſſ.* D.Fr. *Antonium* de Porto, localem miniſtrum eius, deinde etiam Præſulem Dinatenſem: Qui qùm polleret notanter S. Theologiæ ſcitu, & gratiâ in predicando, poſtulatus eſt ab Epiſcopo æque ac Capitulo ad ciuitatem Baecæ vt ibi prædicaret Hebræis, quorum ille plures ad Chriſtum conuertit: Eâque occaſione fundauit conuentum ſui Ordinis ibidem, anno 1539. Sepulchrum accepit in clauſtro, adiecto hoc epitaphio,

Sub

Sub hoc gelido lapide iacet in Theologia Doctor Fr. Antonius à Portu, huius cœnobii Vbetenſis Mi*niſter, & Epiſcopus Dinatenſis, qui charitate feruens requieuit in Domino, anno* 1533.

Alius item P. Fr. Enccus *Porcel*, proſapiâ nobilis, virtute nobilior, & eruditione. Egit Prouincialem Caſtellæ & Bæticæ, & adhuc totius Ordinis Reformatorem; eiuſque Conſtitutiones diu ſunt obſeruatæ: Ipſe reliquit opus à ſe ſcriptum, cui titulus: *Flos obſeruantiæ*.

Addendus iſtis P.Mag. *Didacus* Ocon, item rigidæ honeſtatis; apud ſcholas Baecę Doctor, Cathedraticus item & Decanus iiſdem. Fuit Miniſter Barcinonæ. Sepultus Hiſpali apud ſuos, reuerentiam ſancti promeruit.

Item P. Magiſtr. *Franciſcus* de Codoy & Nauaretto, cuius nobilitati teſtimonium præbent indigenæ Baecę. Fuit egregiè doctus tam humanas litteras quam Diuinas. Scripſit iuſtum volumen ſuper hiſtoriâ Iudith: quod tamen non prodiuit ob ipſius anteriorem mortem.

Venerandus P.Fr.*Chriſtophorus* Ruis, Fuit multorum Conuentum Miniſter; qùmque eſſet Anduxarenſis, tranſtulit eum in eum locum quem hodie occupat. Obiit apud *S.Bonauenturæ* Baecæ, vbi inſtar Sancti colitur.

IV. Similiter Vener. P. Fr.*Petrus* de charitate, quam ille egregiè exercuit erga inopes & infirmos obortâ peſtilentiâ Baecę, ſuſtentando tam Vrbē ipſam quàm eius territorium dum peſtis ſæuiret. Qumque die quâdam inopia arctius premeret, apparuit ei paruulus formâ ſpecioſus (qui ſe eſſe ſanctum Archangelum Raphaelem affirmabat) amictus huius Ordinis habitu, qui qùm expreſſo S.Crucis ſigno panes augeret, iuuit virum Dei ad pauperes alendos: Qùmque fatis ceſſiſſet, triennio ab epidimiâ extinctâ pauperes ad buſtum eius conuenerunt, & elatis vocibus: Da, (dixerunt) P.Petre ſtipem filiis tuis, ecce enim fame perimus. Reſpondit defunctus: Iam intellexi; & exertâ manu, diſtribuit illis panes, ſingulos ſingulis concedens: quo facto retraxit eandē, & reddidit ſepulchro, quod ille apud Vbetam accepit.

Neque verò diſſimilandus eſt hic interim Illuſtriſſ. D.Fr.*Ludouicus* à Corduba & Ronquillo, qui adhuc in probatione (vulgo nouitiatu) ſitus, prædixit omnem fortunæ varietatem quam deinde eſt ſortitus. Fuit egregiè Theologus, & maturi iudicii; Vitâ mundus, ſemperque conatus ſubducere aliorum aſpectibus virtutum ſnarum praxes. Dum ageret Miniſtrum Conuentualem Malacæ, electus eſt in Prouincialem: Fuitque Viſitator Generalis. Dum degeret Hiſpali Miniſter, electus eſt Epiſcopus Carthaginenſis in India, quo in munere explicauit egregias ſuas dotes. Deinde regreſſus eſt in Hiſpaniam, & a *Philippo* IV. nominatus ad Epiſcopatum Teuxellenſem, relicto ingenti ſui deſiderio apud oues ſuas. Granatæ redditus, mortem fœliciter oppetijt, & ſepultus eſt retro chorum. Quo loco qùm diu deinde, neſcias quæ, fabrica fieret, poſt 33. annos inuentum eſt incorruptum cadauer eius, ipſa etiam paramenta quæ geſtabat; quamuis egeſtæ inde ſint quatuordecim ſportæ calcis, quæ deſuper fuſæ ipſum infra premebant. Proſtitit extra ſepulchrum à die VI. Maij anno 1672. vſque XII. Aprilis 1674. ſequentis, ſemper ſibi conſtans incorruptum, vt liquidò videre eſt in proceſſu Iuridico ſuper his confecto. Et pręterea Deus Opt.Max. per ac propter eum plures gratias cælitus mira-

miraculosè præſtitit ſupplicibus qui ſe eius meritis commendarunt.

His accedat Magiſtr. Fr. Sebaſtianus Caretto, iam tunc Prouinciæ illius Miniſter, cuius deinde ſepulchro inſcriptum epitaphium legitur.

Hic iacet Illuſtriſsimus Dominus Fr. Ludouicus
A Corduba & Ronquillo, huius Prouinciæ,
Ordinis Sanctiſsimæ Trinitatis Redemptorum,
Epiſcopus Carthaginenſis, electus Truxil-
lienſis. Obijt XVI. Nouembr. ann. 1640.
& deprehenſus eſt incorruptus corpore, atque
ipſis etiam indumentis, 6. Maij an. 1673.
Translatus an. 1674. ab admodum Reu. Patre
Sebaſtiano Carreto huius prouinciæ Miniſtro.

Accedit P. Prędicator Antonius de Molina Cathedraticus profeſſor S. Theologiæ in Conuentu Granatenſi. Fuit vir notæ virtutis, & ingenii delicati. Obiit ibidem relicta ſanctitatis ſuæ opinione.

Item adhuc alius P. Fr. *Ioannes* de Medina, multis virtutibus precioſus, præſertim, humilitate, paupertate, ac patientiâ. Qui etiam vitam abſoluit in eodem Granatenſi Cænobio an. 1678. V.

Vtroque potior Fr. *Ioannes* de Palacio, qui cum alijs duobus, Magiſtro P. Fr. *Bernardo* de Monroy, & Preſent. P. Fr. *Ioanne* de Aquila, martyrij coronam meruit. Conſtatque fuiſſe huius domicilij alumnus (non vero Burgenſis) ex codice profeſſionum qui in eius archiuio ſeruatur.

Regnante in Caſtella *Petro* cognomine *Crudeli* an. 1369. Mauri Vbiedam intrarunt, ibique huius Ordinis cænobium ingreſſi, quadraginta duos Religioſos, & præterea Prælatum, morte mulctarunt; alios vinctos Granatam duxerunt, vbi omnes pro tuenda Catholicâ fide non minus quàm priores illi martyrio coronati obierunt.

Neq; deeſt qui dicat huic Ordini, Galuiæ in noſtrâ Hiberniâ hoc anno erectum eſſe cęnobium; adhuc aliud Kildariæ à Comitibus Deſmoniæ, maioribus meis. Et denique Collegium Cantabrigiæ in Angliâ, quæ proinde leuiter perſtrinxiſſe volui, quia non ſuppetunt vllius fabricæ ex tribus authentica inſtrumenta. VI.

Innocentius etiam Pontifex, quamuis tot curis diſtrictus, ex fraudibus ac perfidiâ Frederici, interim tamen animum adiecit huius Ordinis ornamentis. Do diploma illius, in quo eum non modo ſummis laudibus effert, ſed fauoribus ditat, præter eius profeſſores, ipſos etiam confraternitatum eius collegas. VII.

INNOCENTIVS EPISCOPVS
Seruus Seruorum Dei,

Vniuerſis Chriſti fidelibus ad quos litteræ iſtæ peruenerint, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Eccle. 31 v. 2. Si iuxta ſententiam ſapientis, tempus ſeminandi decernimus, & metendi, ſeminare debemus in cælis, facientes nobis de mammona iniquitatis amicos, qui qum defecerimus, in eterna tabernacula nos admittant. Sic enim theſauriſamus nobis theſauros in cœlo, vbi fures non effodiunt nec furantur, neque terrena in cœleſtia, & tranſitoria in æterna fidei comercio comutamus. Cum autem indigentibus vniuerſis aperire teneamur viſcera charitatis; illis tamen ſpecialius, & abundantius quodamodo liberalitatis debemus gratiam exhibere qui poſſint copioſius ſubuenire, dum tanquam nihil habentes & omnia poſſidentes volunt penutiam pati, & abundare didicerunt, abundantes pauperibus egent, & in ſe aliorum egeſtatem aſſumunt, vt exigentia liberius miniſtrent hoſpitibus & egenis. Hæc vero quamuis multi laudabilitet exequantur, illi tamen ſtudent laudabilius adimplere qui hoſpitalitati vacautes, non ſolum recipiunt hoſpites ſed etiam trahunt, illud propheticum exequentes,
Iſay 58. V. 7. *Frange eſurienti panem tuum, & egenos vagoſque induc in domum tuam; qum videris nudum operi eum, & carnem tuam ne deſpex eris*; hi enim qum paſcunt eſurientes, ſitientes potant, colligunt hoſpites, nudos veſtiunt; & non ſolum infirmos viſitant, ſed in ſe eorum infirmitares aſſumunt, miniſtrant in catcere poſitis, in infirmitate participant comunicanti, in ſepulturâ defunctis, illa omnia exequutur propter quæ Dominus in vltimo diſtrictionis examine remuneraturum ſe bonos, & malos afferit puniturum.

Cum igitur dilecti filij, Miniſter & fratres Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis & captiuorum, ad hoc totis viribus elaborent vt vndique confluentium egenorum pariter, & ægrotorum neceſſitatibus, nec non & captiuorum redemptionibus ſe exponant, Vniuerſitatem veſtram monemus & hortamur in Domino, & in remiſſionem iniungimus vobis peccatorum, quatenus vt cooperatores ſitis operum pietatis, accedentes ad vos eorum nuncios, benignè recipere, & honeſtè tractare curetis, eis grata ſubdia & pias eleemoſinas confetentes, vt quod pauperibus contuletitis, per manus eorum in terris, vel per manus pauperum theſauriſetis in cœlo, cum Apoſtolo ſentientes; *Qui parce ſeminat, parcè & metet, & qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus &*
2. Corinth. 9. V. 6. *metet* vitam ęternam. Nos enim de omnipotentis miſericordia, & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum eius authoritate, ac eâ quam Dominus Nobis indulſit poteſtate confiſi, omnibus qui de facultatibus ſuis ipſis ſubuenerint, & in ſanctam confraternitatem ſtatuerint ſe collegas, eiſque beneficia præſtiterint annuatim ſeptimam partem iniunctæ eis pœnitentiæ relaxamus, authoritate Apoſtolicâ ſtatuentes vt qui eorum fraternitatem aſſumpſerint, ſi Eccleſiæ ad quas pertinent fuerint interdictæ, ipſoſque mori contigerit, niſi excommunicati, vel nominatim interdicti fuerint, aut etiam publici vſurarij, ſepultura Eccleſiaſtica non negetur. Receptores quoque Fraternitatis & collectorum ipſorum ſaluo iure dominorum ſuorum, ſub *B. Petri*, & noſtra protectione ſuſcipimus, ſtatuentes vt ſi quis fratrum ipſorum qui ad eaſdem fraternitates miſſi fuerint, vel collectas fecerint in quamlibet ciuitatem, Caſtellum vel vicum interdictum aduenerint, in eorum iucundo aduentu ſemel aperiantur Eccleſiæ annatim excõmunicatis, & nominatim interdictis, diuina officia celebrentur, & ſuper eleemoſinis adquirendis Verbũ exhortationis ad populũ pro-
Luca 11. v. 41. ponatur, ſaluâ in omnibus ſupradictis declaratione Cõcilij Generalis. Date igitur eleemoſinas vt omnia munda ſint vobis quoniã eleemoſina à morte liberat,

&

& ipſa eſt quæ purgat peccata, & facit inuenire vitam æternam; quoniam ſicut aqua extinguit ignem ardentem, ſic eleemoſina peccatis reſiſtit. Dat. Lugduni, V.Id. Aug.Pontificat.noſtri anno tertio. Tob. 12. v.9. Ecli. 3. v.33.

Idemque Pontifex non contentus hac ſpirituali munificentia alio Reſcripto exemit eoſdem Patres, atque eorum Cœnobia à ſolutione Decimę ſiue vigeſimæ bonorum ſuorum ad ſuſtentationem Imperij, vel Terræ Sanctæ; Ecce ipſum. VIII.

INNOCENTIVS EPISCOPVS

Seruus Seruorum Dei,

Dilectis filijs, maiori Miniſtro, & fratribus Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis captiuorum ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Vobis ad hoc tota virtute ſollicitis vt conditori omnium per humilis deuotionis obſequia placeatis, & operibus miſericordiæ fouendo miſeros, & de paganorum vinculis redimendo captiuos, in gratia quam nos dignè poſſumus, nos beneuolos libenter exhibemus. Sanè qùm huiuſmodi charitatis operibus duas partes omnium veſtrorum prouentuum (prout aſſeritis) ſecundùm inſtituta veſtræ Regulæ deputetis, vobis parte tertia remanente, adeo exiliet tenui vt ex illa multoties vix poſſitis ſine mendicitatis adminiculo ſuſtentari; pium ac decens eſſe dignoſcitur vt contribuendo ſuper Decima & Vigeſima quæ pro ſubſidio Terræ Sanctæ, ac Imperij Romani colliguntur, de mandato Sedis Apoſtolicæ veſtræ paupertatis humilitas non grauetur. Vt itaque circa tanta ſalutis opera, veſtra feruentius poſſit inuigilare deuotio, nos veſtris ſupplicationibus annuentes, vos ad contribuendum ſuper Decima & Vigeſima memoratis, de ſpeciali gratia volumus non teneri. Dat.Lugduni, anno Incarnationis Dominicę 1246.VII.Cal.Octobris, Pontificat. noſtri anno quarto. IX.

Et denique aliis duobus Reſcriptis Lugduni datis, totidem Pontificiæ munificentiæ argumenta exhibet illis: Vnum, ne intelligantur comprehendi litteris Apoſtolicis quæ in præiudicium eorum vregerent, niſi nominatim exprimantur: Alterum, vt ſuperiores Ordinis poſſint a cenſuris Eccleſiaſticis abſoluere eos qui illis volunt aggregari. Vtriuſque exemplar infra in Regeſto deſcribam, ne tot vnius diplomata hic aceruentur.

A N N V S.

IESVS CHRISTI D. N.	1247.	RELIGIONIS	
INNOC. Pp. IV.	5.	SANCTISS. TRINIT.	50.
BALD.II IMP. ORIENT.	10.	INDICT.	5.

B R E V I A R I V M

1 F*Redericus Ex-Imperator à Legato Pontificio fuſus, & caſtris exutus.*
2 S.Ludouicus *Galliarum Rex promptus magis quam paratus ad expeditionem Terræ, à Pontifice coercetur.*
3 *Ordini Trinitario ſurgit Monaſterium Viendenenſe in Ducatu Luxemburgen. Item Dumblanenſe.*
4 *Notata diuerſitas calculi in Arâ. & cæt.*

I. PRæſeus iſte eſt ſecundus annus obſidionis Parmenſi à Frederico ceptæ, animosè magis quam fortunatè. Nam *Gregorius* quidam Cardinalis, *Innocentij* à Latere Legatus, cum præſidio ſociarum Ciuitatum, eruptione factâ Fredericum nihil tale metuentem fudit, fugauit, & caſtris exuit. Sunt qui ſcribant Fredericum ea clade & diadema maximi precii, & vaſa aurea maximi ponderis amiſiſſe, ægrèque ex tantâ calamitate ad Cremonenſes confugiſſe; neque tamen auſum vrbem intrare, eo quod multi Cremonenſes cum eo militantes, eo prælio cecidiſſent.

VVeſtmonaſt. in Florileg. hoc an. Krantz. 8. Saxon. lib. 4. Petr. de vin. 2. Epiſtola 41. & c. Apud Spondan. hic.

II. *In* Galliâ, longè alius *S. Ludouicus*. Vigeſimum annum regni agebat, pacè domeſticâ, ætatis robore, matre, vxore, fratribus, liberis, opibus, nomine fœlix. Tot proceres in Syriam, Phœnicem, AEgyptum nauigarunt, ipſe deſidere viſus, qùm morbo grauiſsimo correptus, promortuo plangeretur, Vocis vſu amiſſo, ereptis ſenſibus, animus eum defecerat, cum omnium miraculo ad ſe rediens, primam eam vocem emiſit: *Crucem Sacræ militiæ ſignum poſco*. Eam qùm à Pariſiorum Epiſcopo accepiſſet, atque ab infirmitate conualuiſſet, toto animo in eam expeditionem incubuit, & tam citò quam ſpoponderat, traiicere feſtinabat. Cum autem necdum ſatis regni rebus proſpexiſſet, neque valetudine firmus eſſet, & Crucefignati adhuc plurimi deeſſent, laudauit quidem Pontifex *Innocentius* promptam eius voluntatem; prohibuit tamen ne tam feſtinanter pergeret, ſed ad diem à Sede Apoſtolica deſignatam, nempe imminentis tum Martij initium ſe compararet.

Ioinill. & Nang. in vit. S. Ludou.

III. Ad hunc annum videtur ſpectare erectio Monaſterii Viendinenſis (vulgo *Vienta*l) in Ducatu Luxemburgenſi ab *Henrico* Comite ſuâque conthorali, ac filio Philippo, cuius auſpicia hæc quæ ſubdo, fuerunt. Dicti Comitis Henrici pater, dum Terram Sanctam iret viſitatum, fortunâ nouercâ à Barbaris captus, arctiſsimæ cuſtodiæ traditus fuit. Quâ incluſus ille nõ deſtitit per carceris cuſtodem adiacentium Chriſtianorum opem implorare. Quod qùm percrebuiſſet, fratres Ordinis Sanctiſsimę Trinitatis, viri nobilis miſeriis moti, numeratis pecuniis eum liberarunt, ac domum deduxerunt. Ipſe autem Comes optimâ fide omnem pecuniam curauit Ordinis Generali Miniſtro, Nicolao nomine, reddi, & deinde paucis annis ſuperſtes, ad manes migrauit. Filius autem eius Henricus cùm vxore ſingularem affectum in Ordinem Trinitarium

Breuib. l. in hiſtor. Comitat. fol. 153.

tarium conceperunt, & ob patris ac ſoceri memoriam dictum monaſterium ſub ſuo Caſtro extrui curarunt.

Ex legibus fundationis, vnus Religioſus eiuſdem cœnobij, loci paſtorem agit; Et cœnobii Miniſter authoritatem habet octodecim parochiis totidem ex ſuis Religioſos parachos præficiendi, in Treuirenſi Diæceſi, nempe in Metenderf, in magna Campena, in VVherlirche, &c. Huic monaſterio deinde anno 1425. ab *Eugenio IV.* fuit vnita Eccleſia parochialis de Nouauilla. Eodemque præſenti quem comentamur fundatum lego cœnobium *S. Andreæ* in Scotia, atque aliud Dublanenſe.

Diuerſus calculus annorum AEræ Chriſtianæ, & *Innocentij* Pontificis facit vt eredam ad hunc annum pertinere priuilegium eiuſdem Innocentii quo PP. Trinitarii eximuntur à Decimis & Vigeſimis ſoluendis. Pontifex enim ſignat in diplomate annum Incarnationis Dominicæ 1247. licet Pontificatus ſui non niſi quartum. IV.

A N N V S

IESV CHRISI D.N.	1248.	GVLIELMI IMP. OCCID.	1.
INNOC. Pp. IV.	6.	RELIGION. SS. TRIN.	51.
BALDVINI II. IMP. OR.	20.	INDICT.	6.

B R E V I A R I V M.

1 *Fredericus ex-Cæſar à Parmenſibus turpiter fugatus, & ſpoliatus.*

2 *Ferdinandus IV. Rex profligatis Mauris, concedit in eorum vrbibus erigi PP. Trinitarijs cœnobia.*

3 *Portentum in Hiſpalenſi eorum cœnobio, cadaueris è ſepultura emergentis.*

4 *Eiuſdem cœnobij inclyti aliquot incolæ.*

5 *Eorundem ſanctimonialibus erigitur monaſterium in Canoa.*

6 *Ibi abbatiſſimam egit D. Maria Infans Hiſpan: ibidemque ſepulchrum accepit.*

7 *Miniſterium Conuentus Arelatenſis redit ad perpetuitatem.*

EXimperator; & ex-rex Fredericus, qui iam per ſeptem menſes obſidionem Parmæ proſequtus eſt, rerum omnium ſecurus, dum ſcortorum gregi colluderet per nemora, mulctatus eſt à Domino Deo inſigni iacturâ & pudore: Parmenſes enim obſeſſi hac diù expectatâ occaſione vſi, poſt inuocatum Deum, præcedente vexillo cum Beatiſſimæ Virginis imagine, magnis animis erumpentes, Victoriam vrbem adorſi, cuſtodibus oppreſſis, & fortiſſimè diſſipatis, magnâ inermium ac armatorum promiſcuâ cæde, vrbe ipsâ caſtriſque potiti ſunt, occiſo etiam Thadæo Frederici iudice, & Victoriæ Cuſtode, qui videns ciues erumpentes, ſubſannans inquiit, auſos eſſe mures egredi cauernis. Fugatis ergo aut captis ceteris hoſtibus, ipſoque Frederico fugâ turpiter elapſo, ingens præda intercepta eſt, in quâ theſaurus Frederici, & prætioſa ſupellex, ipſum etiam Imperiale diadema magni ponderis & precii, auro gemmiſque intertextum, Captum etiam Carrocium Cremonenſium, & Victoria igne abſumpta. I. *Blond. 2. Decad. 7. Paduan. Chronic. l. 2.*

II. In negotio noſtri Ordinis illud eſt æſtimandum, quod iſto anno Rex *Ferdinandus*, dictus à ſuis cognomento Sanctus, ingenti fiduciâ animoſus, ſtatuit tres ciuitates quæ tunc Maurorum erant, inuadere, Cordubam, Malacam, & Hiſpalim; quod & fecit eâ fælicitate, vt omnes tres in poteſtatem ſuam redegerit. Habuit is ſecum in caſtris quendam huius Ordinis Patrem, cui nomen *Ludouico* de Frexa, qui etiã alios quinq; ſibi adſciuit in exercitu ad obſequium militum, & miniſterium ſacramentorum. Qùmque Patres iam haberent collectam ſummam pecuniæ ſatis pinguem, ad redemptionem captiuorum, iuſsit dictus P. Ludouicus eam ſecum in caſtra deferrent, ad eos redimendos qui in prælio à Mauris interciperentur. Quia tamen victoria à noſtris ſtetit, non fuit vſus illâ: Et Rex *Ferdinandus* tot obſequiis Patrum volens vicem rependere, conceſſit vt in tribus illis vrbibus, omnibus ſingulisq; poſſent ſibi extruere cœnobia: Quod etiam ceptum eſt fieri, Hiſpali præſertim, operâ & opulentiâ Sancti Regis, qui non ſolum licentiam fabricæ, ſed etiam ſumptus ſuppeditauit, addidit prædia ac prouentus alendis domeſticis in æternum.

Alphonſus Morgardis fo. 129.

III. *I*n clauſtro huius cœnobii viſitur vnum ſacellum, eiuſdem tituli cuius eſt Eccleſia, ſcilicet Sanctiſsimæ Trinitatis, in quo qùm ſepultus fuiſſet quidam ex domeſticis defunctus, poſtridie viſum eſt eius cadauer ſupra ſepulchrum proſtare. Propter quod Patres omnes orationi ſe addixerunt, ſupplices D. Deo vt dignaretur illis innuere quid voluerit eo oſtento ſignificare. Ac proinde vni eorum cælitus ſignificatum eſt, id ideo factnm, quia in ſolo illius ſacelli repoſita fuerunt corpora SS. Virginum *Iuſtæ, & Rufinæ*, quibus Deus nollet alios addi aut æquari, qum etiam fuerint inclytæ illius Vrbis patronæ.

IV. Illius cænobii primus Miniſter fuit Pater ille Ludouicus, dicto Regi à ſacris confeſsionibus: Alumni autem plures ac præſtantes P. Fr. *Michael* Garejo Magiſter, Fr. *Melchior* Manuel, de quibus AEgidius Gonzales de Auila & Fr. Ioannes Fælix Guſman, de quo Altuna, Fr. Ioannes Nauarro primus Prouinciç Miniſter Fr. Gaſpar de Eſcalante ſecundus, Fr. Hieronimus de Soto, diſcipulus P. Magiſtri Garifa. Fr. Ioannes Perez Prouincialis Caſtellæ & Luſitaniç Sacellanus, & Conſiliarius Regis *Alfonſi* ad annũ 1313. Magiſter Fr. Ferdinandus de Eſcalãte Prouincialis Bæticẽ (vulgò Andeluſiæ) egregie doctus, & author operis cui titulus: *Clypeus concionatorum*. Fuit Cathedraticus Prim. in Academia Hiſpalenſi. Pater Magiſter Bernardus de la Vaſtida Cathedraticus Veſper: eiuſdem; illic ſepulchrum accepit ſub idem tempus quo Magiſter Eſcalente, itemque epitaphium huius tenoris.

Hic iacet ingenij acumine inſignis, litteris ac Religione digniſſimus, Magiſter Fr. Bernardus de la Vaſtida. Obijt anno 1609. *die* 21. *Martij.*

Ac-

Acceſſit iſtis M. Fr. Didacus de Auila, egregiè doctus, neque minus religioſus, à ſcriptoribus celebratus, prout videre eſt apud *Figueram* in Chronico. Vitam abſoluit 22.Aprilis 1611.Sepultus ibidem Hiſpalenſi cænobio, adiecto epitaphio.

Egregius Verbi Diuini præco, domuſque.
Filius iſtius, ſaxa ſub iſta iacet.
Calluit is linguam Hebream Græcam, atque Latinam,
Aſſidua tenuit Biblia ſacra manu
Doctrina primus, nulli virtute ſecundus,
Omnibus ingenijs artibus eximius.

Denique huius eſt M.F.Chriſtophorus Aarion.Cathedraticus Veſperarum dictæ Academiæ Hiſpalen. Fuit eminenter Theologus, acutiſſimus in argumentando.

Habet idem cœnobium ingens ſegmentum è ligno Santiſs. Crucis, & inſtrumentum authenticum ſuper certitudine aut ſubſiſtentiâ eius;Item caput, atque os prægrande *S.Rufinæ*, & S. *Iuſtæ*, cum ſimili inſtrumento;& denique carcerem, intra quem ipſæ Sanctæ martyrium ſubierunt.

Neque verò prouidentia cœleſtis huius temporis ſubſtitit in dicto conuentu, aut aliis duobus virorum, quin addidit aliud fœminarum.Tum enim ſurrexit illis egregium Parthenopæum Virginum illius Ordinis in vrbe Canoa., diœceſis Elnenſis; in medio comitatu Ronſilionis; cuius amplitudo reſpondet magnitudini earum qui illi ſe incluſerunt; erectum eſt enim titulo Dominarum. Fundator fuit Petrus Tarrojas Epiſcopus Elnenſis,vt conſtat ex quâdam epigraphe in Eccleſiâ illius deſcripta in hanc ſententiam, atque his verbis: *Conditum eſt hoc cænobium Sanctæ Trinitatis Ordinis. anno Domini milleſimo duceнteſimo, quadrageſimo octauo: Orate pro Epiſcopo fundatore noſtro.* V. *Malleaf.* 107.

Hic abbatiſſam agit, *D.Maria* Infans Hiſpaniarum, filia *Iacobi I.* Regis, vt legitur in ſaxo quodam eiuſdem Eccleſiæ,hoc tenore:*Obijt Venerabilis Abbatiſſa Domina Maria filia illuſtris Regis Iacobi anno Domini* 1307.*pridie Non. April.Orate pro anima eius vt requieſcat in pace.* VI.

Denique hoc eodem anno Fr. Augerius repetiuit miniſterium perpetuum cœnobij Arelatenſis, quod ante ipſum incepit Fr. Bartolomæus anno 1238.& tenuit vſque ad præſentem 1248. quo ei ſucceſſit dictus Augerius vſque annum 1272. quod videor ſupra præmiſiſſe,vt non ſit operæ precium in eo hic extendi; VII. *An.* 1238. *n.*5.

Neque

ANNVS

IESV CHRISTI D.N.	1249.	GVLIEL. ELEC.OCCID.	2.
INNOC. Pp. IV.	7.	RELIG. SS. TRINIT.	52.
BALDVIN. II.IMP.OR.	21.	INDICT.	7.

BREVIARIVM.

1 *Frederici Ex-Cæſaris ſæuitia.* Gulielmi *electi Reg. Roman. beneficentia.*
2 *Idem veneno impetitus crudeliter in reos animaduertit.*
3 S.Ludouici *Gallorum Regis pietas,*
4 *Item* Ferdinandi *III. Hiſpan. Qui PP. Trinitarijs cœnobium extruit.*
5 *Referuntur inſignes alumni illius cœnobij.*
6 *Extruitur ijſdem monaſterium Valis Scoticum.*
7 *Item fundatur ijſdem celebratio perpetui Sacri, apud* Honor. Dei.

I. ANnus ideo alijs fælix, quia Frederico infęlix excurrit. Hic enim *Entio* Rege Sardiniæ filio ſuo, cum firmâ manu militum Germanorum apud Inſubres relicto, in Siciliam traiecit, vbi tam intolerandis exactionibus, quàm inſolenti crudelitate *In*ſulanos, Eccleſiaſticos quàm maximè, afflixit. Rapacitatem & ſæuitiam tyranni certiſsimo portento præceſſerant agmina locuſtarum, quæ ipſas etiam frondes in Apuliâ ſunt depaſtę.

Ex aduerſo *Gulielmus* electus Rex Romanor. ex Caſtris apud Ingelheim ſcripſit, atque bellâ Cereâ ſignauit priuilegium, quo *Innocentio* Pontifici & Romanę Eccleſiæ iura, Sacramento coram Legatis dicto, confirmauit.

II. *Volaterrar. lib. 23. Antrop. Sigon. lib. 18.* Fredericus interim graui morbo correptus, qùm potionem veneno dilutam ei Petrus de vineis Curiæ illius iudex & Cancellarius, per ſuum medicum paraſſet, occultæ fraudis ab amicis monitus, iuſſit eam propinari quibuſdam morte damnatis; qui cùm protinus expiraſſent, medicum ſuſpendio extingui, Petro oculos erui mandauit, eundemque per multas ciuitates in oſtenſionem circumductum, Piſanis illi inimiciſsimis, tradidit cruciandum. Ita deſinunt qui ad Principum fauores per contemptum Eccleſię graſſantur.

III. *Henr. Spond. hic n. 4.* Longè aliæ actiones *Ludouici* Galliarum Regis his diebus: Interim enim ad oram Nili appellens, quanquam oſtia eius firmiſsimo, triremium, nauiumque præſidio munita conſpexiſſet, nihilo tamen minus poſterâ die, ſigno exſcenſionis dato, prævioque de more in vna nauicula S. Dionifii vexillo, quod Auriflamma dicitur, & ſemper exercitui anteferri conſueuit, ipſe mox alia cymba, ſacratiſsimo ſigno Crucis nudo, & apertè erecto, vnà cum Legato Apoſtolico incedens, fratribus Regis cum cæteris proceribus circumquaque comitantibus, atque aliis omnibus, omni nauium genere, quantum illæ ferre potuerunt, ad littus prorumpentibus; vbi in iuſtum numerum coacti pedem pedi, virum viro conferre, ac Chriſtianæ triremes ad hoſticam claſſem tendere cœperunt, tum pedites hoſtium, tum claſſiarii fugam inire, & ad vrbem properare conſpecti ſunt, vix vllo Chriſtianorum deſiderato, magna autem fugentium Saracenorum ſtrage edita, in qua cecidit etiam ſatrapas ille cui vrbis & littoris cuſtodia fuit à Sultano credita.

Splendidè & Chriſtianiſsimè Gallus; neque tamen ei ceſsit Hiſpania, quæ
IV. etiam ſanctum Regem ſortita, *Ferdinand. III.* iiſdem PP. erexit inſigne cœnobium,

bium, vulgo Iaen in Fund, alias Giennenſe, in quo magna fidelium religione ſeruantur reliquiæ aliquæ *S.Blaſij*; vt conſtare cuilibet poteſt ex publico inſtrumento, quod in archiuiis eiuſdem ſartum, tectumque tenetur.

Habuit etiam iſte Regius Conuentus nobilem prolem; intra ipſam hanc Religionem; in primis P. Magiſtrum *Fr.Ioannem* de la Suca, eo gradu inſignitum ab Academiâ Complutenſi. Fuit eiuſdem Conuentus Miniſter, prouexit Eccleſiæ fabricam, etiam à fundamentis. Viſitauit & fecit redemptionem centum quinquaginta captiuorum anno 1657. VI.

P. Magiſtrum F. *Didacum* Lopes de la Bella, eâdem authoritate Magiſterii lauream aſſequtum; qui etiam impetrauit diuiſionem prouinciarum Caſtellę, & Bęticę (vulgò Andaluſię) vt conſtat ex archiuiis dicti Conuentus.

Ad hæc *P.Antonium* de la Bella, qui inſigni gratitudine reſpondit beneficiis ſuæ Religionis. Bis captiuos liberauit, ſemel 185. ſecundò 259. acquiſiuit etiam Reliquias aliquas ſanctorum; Agn. Dei, cum vnâ ex ſpinis coronæ Chriſti Domini.

P. Fr.*Lupum* Montanes, virum notâ dignum: Fuit admodum obſeruans ſui Inſtituti, & in pœnitentiis rigidus, quibus ille maiorem temporis partem impendebat: amaſius ſolitudinis, quò totum ſe Deo impenderet. Ferebatur magno affectu in dulciſsima nomina *Ieſus, Maria*, vt apparuit in eius morte. Deprehenſus eſt enim iam defunctus, flexis genibus incumbens, manibuſque præferens eiuſdem Beatiſsimæ Virginis effigiem. Obiit Rondæ anno 1672.

Eidem anno, ſecundū quoſdam, debetur erectum monaſterium Valliſ. Scoticum, alias Fontis Scotiæ, in illo regno. VII.

Deprehendi etiam in antiquis monumentis hoc anno fundatum eſſe celebrationem perpetui Sacri in Conuentu huius Ordinis quem ſupra retuli, dicto *Honoris Dei*, aliàs *Cbelles*. Do deſcriptum autographum legationis & Inſtrumenti, eo magis quod veteri vulgari, ſiue vernaculo idiomate Galliarum illius ſeculi, ſit deſcriptum, ac proinde maiorem faciet fidem. *P.Don. in hiſtor.Barbar. fol.468.*

Ie Gautier de Chatillon, Sire de S.Aignan en Berry, faits aſçauoir à tous ceux que ces lettres verront; que Ie ay donnè en pure aumoſne & perdurable, pour le ſalut de mon ame, de mon pere, & de ma mere, & de mes anteceſſeurs, a la maiſon de'l Honneur-Dieu del Ordre de la Trinitè qui ſiet deſſous Montgay vingt liures Tournois de rente, à prendre chacun an en ma preuoſtè de Montegay, aux huitaines de Noel, par vn frere que les freres de la deuant dite maiſon doiuent tenir auec eux qui feront en icelle maiſon le ſeruice de noſtre ſegneur à touſiours, & perdurablement: I' ay en ay donnè mes lettres ſcellees à mon ſeel a frere Nicole General Miniſtre de la Trinitè, & aux freres. Ce fait en Egypte au ſiege deuant la Maſſore'l an de l'Incarnation mille deux cens quarante neuf, au mois de Mars.

ANNVS

IESV CHRISTI D. N. 1250.	BALD. II. IMP. OR. 22.
INNOC. Pp. IV. 8.	INDICT. 8.
GVLIEL. REG. ROM. 3.	RELIG. SS. TRINITAT. 53.

BREVIARIVM

1 *IMpij Frederici ex-Imperatoris dignus vitâ obitus.*

2 *Fredericus impoſtor detectus, & morte mulctatus.*

3 *Ordinis Trinitarij cœnobium inſigne deſtructum; & quinquaginta tres Religioſi martyrio laureati.*

4 *Recenſus notâ dignus de vxore Gofridi III. Baronis Caſtri Brienſis, atque ipſo marito.*

5 *Miſeria S.Regis* Ludouici *in Oriẽte; induſtria PP. Trinitariorum in eo iuuando.*

6 *Inſignis captiuorum liberatio per PP. Trinitarios hoc anno exercita.*

I. AGgredimur annum quinquagenarium, quaſi Iubilæum, qui Catholicam Eccleſiam magno onere liberauit, *Frederico* II. ex imperatore, ex authorato Rege. Iſto enim extinctus eſt (vt communius creditur) à Manfredo filio ſuo, qui proprijs manibus puluinari intruſo ori eius iam tum ægri, & compreſſo ſpiritu occidit eũ, æquiſſimâ talione Dei vindicis, vt qui matrem ſuã Eccleſiam toties læſit, & conatus eſt omni bono ſpoliare, idem filium carnificem experiretur. Obijt autem. Idibus Decembris, apud Florentinum oppidum, vulgo Firenzola; Per quod augur aliquis videtur firmaſſe ſuum vaticinium. Prædixit enim quiſpiam Frederico eum Florentiæ moriturum. Vnde iſte cauit ſibi sũmopere ne vnquam Florentiam Hetruriæ metropolim ingrederetur. At enim fata eum aliò duxerunt, vbi illum interitus expectabat, dęmone ſic illudente ſceleſtis.

Mart. Polon Chronic. Monfort.

II Et tamen parum aberat quin periculum duraret, nam paulò deinde inuentus eſt impoſtor quidam magus, apud Nuſſiam Germaniæ oppidum infra Coloniã Agrippinam, qui ſe Fredericum Imperatorem eſſe mentitus, & arcanis aliquot patefactis Frederici miniſtris, mùltos etiam ex nobilibus ſeduxit, donec ab electore Colonienſi captus, fraudemque confeſſus, publico igni eſt iniectus.

Siffrid. Epitom. lib. 2. Auentin. Annal. Boyor. l. 7.

III. Ordini autem redemptorum annus iſte attulit plura tam ornamenta quàm emolumenta, tametſi etiam nonnihil nocuerit; nam cœnobium quod anno proximè elapſo dixi à S. Rege *Ludouico* conſtructum, iſto Saraceni deſtruxerunt, atque ex domeſticis alumnis quinquaginta tres Religioſos, in odium Chriſtianæ fidei, capitibus plexos occiderunt, non ęque profuturi illis ſi pepercìſſent. At enim eorum feritas Eccleſię, & in primis Ordini Trinitario fænerata eſt, quia illis cædibus triumphanti Eccleſiæ ciues, militanti aduocatos tranſmiſit.

IV. Ad hæc, iſto eodem *Geofridus Baro* (quod nomen lubens deſcribo quia eo appellatus eſt quidam ex germanis fratribus meis, qui in Aula Gallica nuper egit Hibernię Oratorem) Caſtri Brienſis, ſimul cum D. Petro Merclero Duce

Britanniç minoris, in expeditionem Terræ Sanctæ penes S. Ludouicum pro-
fectus, cum eodem in poteſtatem Saracenorum deuenit. Sed Patres Trinitarii
compaſſi captiuo, ipſum à Turcis, & illi mulum emerunt, quâ in patriam ve-
heretur. Ille autem qùm appuliſſet, priuſquam domum ſuam ingredetur, per
nuncium monuit coniugem, iam tum in arce Caſtri Brienſis degentem, vt eū
iam reducem accederet. Quod illa promptè præſtitit, atque vt eum aſpexit
& amplexa eſt, impar gaudio expirauit. Baro autem in rei memoriam, in
eo loco Eremitorium, ſiue ſacellum extruxit, dicatum B. *Mariæ* titulo compa-
tientis, vno Lapide diſsitum à prædicto Caſtro, Deinde etiam aſſentienti-
bus Religioſis, mulam qua vectus eſt dimiſit effrenem, ſiue ſine habenis, ad
paſcendum; ſpondens ſe illis exſtructurum cęnobium vbicunq; mulus ſubſti-
tiſſet. Illa autem ſtetit & paſci cæpit vno milliari procul Caſtro, vbi Baro Pa-
tribus inſigne cœnobium erexit, annuis reditibus ac poſſeſsionibus amplè do-
tatum. Sed & ipſe ibidem cum Religioſis aliquam diu ſanctè vixit, ac ſepul-
chrum accepit. Et in teſtimonium totius idem ille Baro in vitreis feneſtris
ibidem depictus eſt cum ornamentis & apparatu Baronis, & penes ipſum hu-
ius Ordinis Religioſi qui cum ibi ſpectantur captiuum redimere.

Cæterum S. Rex *Ludouicus*, in teſtimonium tantæ virtutis ac fidei, *Geofrido* V.
dedit pro inſigniis ſua lilia inaurata loco pini, etiam aureæ, qua familia eius *Dan.ſ.§467.*
catenus in ſcuto vtebatur. Ipſe autem Sanctus, ſecreto permiſſu Dei pecca-
tis noſtris irritati, eodem anno à Barbaris captus eſt: Robertus eius frater
Comes Atrebatenſis cæſus, totus exercitus morbis & penuriâ confectus; quæ
proinde à me opportuit referri, quia in eius Regio exercitu hoc anno, ſicut
alias in illo Philippi Auguſti, Religioſi Trinitarii inſignem operam nauarunt
miniſterio Sacramento, prædicatione Diuini Verbi, curando læſos, liberan- *Ioinuille ſ. 160.*
do captos. Ipſe Reuerendiſſ. Miniſter Generalis *Nicolaus* continuò adhęre-
bat lateri Regis Sancti, & proinde cum eo captus eſt. Quod ne quiſpiam
ambigat, audiat verbis Regii hiſtorici, qui vitam eius & expeditiones deſcri-
pſit; dignus fide, quia ipſe omnibus interfuit: ait autem ille vernaculâ ſuâ:
Les Geneuois jetterent vne planche a terre, & recueillerent le Roy, le Comte
d'Anjou ſon frere, qui de puis à eſtè Roy de Sicile Monſeigneur Geffroy de Sergi-
nes, & Meſſire Philippe de Nemours, & le Mareſchal de France, & le Miniſtre
de la Trinitè, & moy, & demeura priſonnier, que les Sarrazins garderent, &c.
Idemque author aliquot lineis deinde, agendo de liberatione Regis, & de
lytro ſoluto, eiuſdem iterum meminit his verbis: *Quand vint le Dimanche*
au ſoir, les gens du Roy qui faiſoient le payement, c'eſtoit pour ſa rançon, lui
manderent qu'il leur falloit bien encore trente mille liures; & auec le Roy, n'y
auoit que ſon frere, le Conte d'Angiou. le Mareſchal de France, & le Miniſtre
de la Trinitè, & moy.

In illa expeditione Patres Galli exemerunt vinculis Saracenorum inſignem IV.
numerum captiuorum, licet adhuc indeterminatum. Patres autem eiuſdem *Martyrol.*
Ordinis Hiſpani, eodem anno Maurorum ergaſtulis eruerunt vinctos Chri- *Hiſpanic.*
ſtianos numero quadringentos. Tam copioſæ redemptionis primarius author
fuit P. *Ludouicus* de Fexa, Miniſter cęnobii Burgenſis.

ANNVS

IESV CHRISTI D. N.	1251	GVLIEL.ROMAN. REG.	4.
INNOC. Pp. IV.	9	RELIG.SS.TRINIT.	54.
BALD.II.IMP. ORIENT.	23.	INDICT.	10.

BREVIARIVM

1 Innoc. *Pontif. confirmat* Gulielmum *Regem Romanor. Duo filij Frederici inter ſe certant de ſucceſſione.*

2 *Ordini Trinitario ſurgit Monaſterium Hiuenſe.*

3 *Item aliud Illiturgilitanum.*

4 Petrus *de Monte Catheno Conuentui eorundem Auinganæ inſignem donationem facit, cuius etiam Inſtrumentum publicum deſcribitur.*

5 *Iidem PP. redimunt plures de exercitu* S. Ludouici XI. *Galliarum Regis, à Saracenis captos.*

Extincto Frederico *Innocentius* Pontifex *Gulielmum* Germaniæ Regem
I. iterum confirmauit. At vero Conradus legitimus, & Manfredus ſpurius
Ster. in Annal. Pad. Frederici filij inter ſe de regnis Siciliæ, Neapolis & *I*taliæ dominio cæperunt decertare. Conradus ex Conſtantiâ Regis Caſtilonenſium filiâ procreatus, ſe & Siciliæ Regem iure paterno, & Auguſtum pariter dicebat, eo quod cum Fredericus ante ſententiam Lugdunenſem in Regem Romanorum coaptaſſet. Vt itaque vtrumque decus retineret ex Sueuia in *I*taliam venit, & Venetorum iam tum à Genuenſibus diſsidentium ope adiutus, multos agros præteruectus in Apuliam penetrauit; qùm iam *Manfredus* ex pellice procreatus, & Principatu Tarentino à Frederico donatus, regnum Siciliæ diſsimulanter appetens, ſeque nihil amplius quam Procuratorem Regni dictitans, præſidia, quibus locis videbatur, impoſuiſſet.

Innocentius autem tot tumultibus liber, ſtatuit Italiam repetere; quod qum extra innotuiſſet, regina Galliarum *Blanca* & Rex Angliæ *Henricus*, vo-
Hiſtor. Genuenſ. Sigon. l. 19. luerunt eum ante abſceſſum inuiſere; ſed Pontifex contentus oblatione, noluit obſequium admittere.

Iam vero deueniendo ad res Ordinis, deprehendo hoc anno erectum eſſe monaſterium Huienſe, S. *Leonardo* tutelari Carceratorum dicatum, ad Mo-
II. ſam fluuium: in diœceſi Leodienſi, à quodam nobili viro, in expeditione
Figuer. Terræ Sanctæ à Turcis capto, & à PP. redempto.

Item aliud Illiturgelitanum (vulgò Anduxar,) a Rege Sancto *Ferdinando*
III. in quodam Eremitorio, hodie S. *Dominici* de Fucole, domicilio Regali, in pago, qui dicitur *de Pino*. Deinde autem, anno 1280. Patres inde translati ſunt ad alium ſitum, quem hodie occupant PP. Carmelitæ diſcalceati; Et denique an. 1575. ad eum quem hodie ipſi habitant. Habet reliquias S. *Eufraſii* Epiſcopi ac Martyris, atque illius Ciuitatis patroni; item alias S. *Potentianæ* Virginis Anachoretæ, & SS. Arionenſium; quod totum conſtat ex ſcriptis monumentis dicti Conuentus.

Habuit etiam alumnos aliquot nota & laude dignos. P. Magiſt. *Alfonſum* Palominum, qui primus egit Prouincialem Miniſtrum poſtquam prouincia vna in duas diuiſa eſt; Religioſus virtutibus & litteris inſignis.

P. Ma-

P. Magiſter *Alphonſus* Maroto fuit Cathedraticus in Academiâ Valentiæ, & accepit inſignia Doctoratus in eadem, qùm fuiſſet iam Miniſter ſuę prouinciæ, in quâ habitus eſt pro Sancto; & notatus ſingularis obſeruantiâ caſtitatis, & obedientiæ. Obiit in dicto Conuentu, an. 1616.

Venerandus item P. Fr. *Marcus*, patriâ Niguerenſis ex Anduxarâ teneris & naturâ ipsâ ad pietatem inclinatus. Subſtinuit martyrium apud Pęcam, ſex leucas vltra Granatam, an. 1570. in hunc modum; In primis enim, lapidibus eum impetiuerunt, deinde appenderunt arbori, in quâ triduum ſuperuixit, perpetuò magnificans Deum hymnis & canticis; & ſimul explicando fidei veritatem inuaſoribus ſuis, qui deprehendentes eum adhuc ſpirante extraxerunt ei cor, in quo deſcriptum inuenerunt nomen IESVS.

Eodem anno nobilis vir *Petrus*. de Monte Catheno, in gratiam Sereniſſ. *D. Conſtantiæ*, Infantis Hiſpaniarum, matris ſuæ, fecit donationem Conuentui Auinganę huius Ordinis. Cedo tranſumptum Inſtrumenti. IV.

Notum ſit cunctis quod nos Petrus de Monte Catheno, Seneſcallus Domini Regis, & *D. Sybillia* vxor eius, per nos & omnes parentes, & amicos, & valitores, cum hoc præſenti inſtrumento publicè confecto, & authentico, recipimus vos Fr. *Ferrarium*, Miniſtrum S. Trinitatis, & *Gulielmam* de Vilalta Prioriſſam domus de Auingania, & omnes fratres & ſorores, & Donatos eiuſdem, præſentes & futuros, & omnes homines & fœminas veſtras, & totum veſtrum beſtiarium, & omnia alia veſtra mobilia, & immobilia, & ſemouentia, habita & habenda vbicunque ſunt, ſub noſtrâ cuſtodiâ, & emparantiâ in protectione, & ſub noſtro firmo & ſecuro ducatu in perpetuum, vt vos, & veſtri, cum omnibus rebus veſtris ſitis ſalui & ſecuri in eundo & redeundo & morando die ac nocte per totam terram noſtram, & omnium parentum, & amicorum noſtrorum, & omnium illorum in quibus mandatum & poteſtatem habemus, tam in terrâ quàm in mari, quàm in ſtagno, quàm in aquâ dulci, ſicut melius & plenius dici, & ſcribi & intelligi, & excogitari poteſt ad commodum & ſaluamentum veſtrum, & veſtrorum, promittentes inſuper vos & veſtros, omnia veſtra habita & habenda manuteneri, protegere atque defendere vbique contra omnes perſonas in perpetuum. Mandantes inſuper firmè & diſtrictè omnibus militibus & baiulis, & omnibus noſtris vt vos, veſtros, & omnia veſtra manuteneant, protegant & defendant vbique tanquam nos et noſtra propria, & non permittant vos in aliquo, vel aliquibus pignorari, grauari, detineri, marchari, ſi de noſtrâ gratiâ vel amore confidunt.

Si quis autem contra hanc protectionem & ducatum noſtrum venire præſumpſerit, iram & indignationem noſtram ſe nouerit incurſurum: quod eſt actum ſexto nonas Martii, anno Domini milleſimo ducēteſimo, quinquageſimo primo.

Signum *Petri* ✝ de Monte Cateno Seneſcalli D. Regis: Signum ✝ Dominæ *Sibiliæ* eius vxoris, qui hoc firmamus, & concedimus, teſteſque firmare rogamus.

Signum ✝ *Guirnaldi* Reſprat. Signum ✝ *Dominici* de Domina Conſtancia teſtium. Signum ✝ *Pontij* de Claris Vallibus publici Notarii Ilerdens; qui hoc ſcript. . . . noſtros . . . . & Donatas, Ita approbo Ego notarius infraſcriptus, manu alienâ ſcripto.

Signum ✝ *Ioſeph* Trella &c.

De-

Denique Sancto Regi *Ludouico* ſalutare fuit quod penes ſe habuerit hos Patres, ipſi enim plures de exercitu eius à Saracenis captos, perſoluto litro redemerunt.

A N N V S.

IESV CHRISTI D. N.	1252.	GVLIEL.ROMAN.REG.	5.
INNOC. Pp. IV.	10.	RELIG. SS. TRIN.	55.
BALD. IMP.OREN.	24.	INDICT.	10.

B R E V I A R I V M.

1 COnradus *Frederici F.Neapolim obſidet, & in accapta ciues ſæuit.*

2 Gulielmus *Holandiæ Comes ſolemniter vnctus in Regem Roman; Conradum bonis in Germaniâ priuat.*

3 *Erigitur PP. Trinitarijs monaſterium* Sydone *in Phænicâ; item aliud* Antiochię, *& tertium* Fayli *in Scotiâ.*

4 *Exſcriptum diploma conuentionis* D.Petri *Mont.Catin. et Abbatiſſ. Conuent.Auignanens.*

5 *Diploma* Innoc. *Pp.IV. pro benefactoribus Ordin. Trinitarij cui anno adſcribendum?*

6 *Mors, & ſepulchrum Sereniſſimæ Infantis* D.Conſtantiæ, *& Abbatiſſæ &c.*

SI quando vnquam contigit mores cum ſanguine transfundi, id, magno Eccleſiæ & Europæ damno, deprehenſum eſt in Conrado Frederici Sue-
I. ui F. Hic enim ex Germaniâ proſcriptus, copiis quàm plurimis, præcipuè Saracenorum, Frederici patris defuncti amicorum, contractis, Neapolim arctiſſimâ obſidione, terrâ marique circumdedit, & certam deditionem citamque expectabat: qum intus illi arctiſſimâ fame laborarent, nec deeſſent proditores, qui quæ intrò gerebantur Conrado ſignificarent. Quiſpiam eorum litteras ſagittæ alligatas in caſtra iacebat, per quas Conradum monebat quid ei expediret. Et hic monita facto excipiebat, vnde triremibus ex Siciliâ allatis mare occupauit, & cauernas quę Puteolos ducunt, omneſque aditus, quibus commeatus inferretur, occluſit.

Sument.in hiſtor. Neapol. Ricord.cap. 146. Villan.lib.6 cap.44.&c.

II. *Interim Gulielmus* Holandiæ Comes Aquiſgrani in præſentiâ antiſtitum Monaſterien. Minden. Leodiens. Traiectens: & in primis Electorum, aliorumque Germaniæ Principum ſolemni Eccleſiæ ritu in Romaor.Regem inunctus, Comitio indicto apud Francofurtum, ex voto Principum Imperii, *Conradum*, iam diris deuotum ab *Innoc.* Pontifice & Epiſcopo Ratisbonenſi, Sueuiæ Ducatu, atque alijs bonis quæ hactenus in Germaniâ poſſidebat, priuum declarauit, militemque ad ea occupanda conſcripſit.

Ioan. a Leida lib.23. c.9. Ioan. Trithem.in Cronic. Hirſaug.

Ego autem iſto anno inuenio tria monaſteria Patribus Trinitarijs erecta;
III. vnum Sidone in Phæniciâ: Eſt autem maritima vrbs Sydon, germana Tyri, ipſa quæ hodie Sait, ſiue Sayda, à Turcis & Mauris appellatur. Aliud Antiochiæ quæ olim à Iudæis Emath, & Reblata dicebatur. Tertium eſt Faylenſe in Scotiâ (vulgo Falcfurd) *ab Andrea* Bruſio, nobili Barone poſitum eſt anno Domini 1252. primuſque illud adminiſtrauit Archibaldus Spenſæus Ex eo prodiit *Alexander* Diſſe, ſiue Detius, qui poſt Scotiæ Prouinciæ Miniſterium

Figuer.f.81.

rium Epiſcopatu S. Andreæ functus eſt, & quidem cum laude, annis ſeptem, & menſibus quinque.

Eodem anno tranſacta eſt concordia inter *D. Petrum* de Monte Catheno, & *Gulielmam* de Vilalta, Priorisſam Conuentus Trinitarii de Auingania, ſorore eiuſdem, ſuper quibuſdam bonis à ſua matre *D. Conſtantiâ* conceſſis dicto monaſterio. Do exemplar inſtrumenti quo partes conuenerunt.

Hoc eſt exemplum benè & fideliter in Ciuitate Balagaris, diœceſis Vrgellenſis, Principatus Cataloniæ, ſumptum à quodam publico & authentico conceſſionis inſtrumento, in pergameno exarato, manuque publici tabellionis tabellionato, non vitiato, non cancellato, neque in al iquâ eius parte ſuſpecto, ſed omni prorſus vicio & ſuſpicione carente, cuius inſtrumenti tenor ſequitur ſub his verbis,

Nouerint vniuerſi quod cum quęſtio eſſet inter nos *Petrum* de Monte Catheno Seneſcallum D. Regis, & vos Gulielmam de Vilalta Prioriſſam domus Auinganiæ Ordinis Santiſſ. Trinitatis, ſuper quibuſdam quæ expetebamus à vobis nomine bonorum, quæ fuerunt nobilis matris noſtræ Dominæ *Conſtantiæ*, & quibuſdam aliis, tam ad perſonam noſtram, quàm ad domum prædictam pertinentibus, ſic nunc venimus pariter ad compoſitionem coram F. Bernardo de Bato, Priore FF. Prædicatorum Ilerden: & F. Gullermo de Ripol, & definiuimus vobis, & remittimus in perpetuum omnes illas demandas, & quaſcunque alias quas contra vos, vel prædictam domum, vſque ad præſentem diem poteramus habere, vel mouere aliqua ratione vel causâ, apertè, vel occultè, ratione bonorum prædictæ *D. Conſtantiæ* matris noſtræ, ſicut melius & plenius dici & ſcribi & intelligi, & excogitari poteſt, ad comodum & ſaluamentum veſtrum, & veſtrorum; facientes vobis pactum de non petendo, & non mouendo vobis, & prædictæ domui de cætero ſuper præmiſſis in iudicio, & extra iudicium aliquâ ratione vel cauſa inquietandum in poſterum vos Prioriſſam prædictam, vel reliquas dictæ Domus ratione prędictorum omnium, & hoc promittimus vobis per nos & omnes ſucceſſores noſtros perpetuò valiturum. *In* prędictâ autem deffinitione non intelligantur ſtatuta ſiue Ordinationes quædam factæ à Domina *Conſtantia* matre noſtrâ. Inſuper concedimus vobis paſcua libera ſine omni precio & carnatico. ad opus omnium gregum & beſtiarum, armentorum prædictæ domus in perpetuum, in Caſtro noſtro de Ceros, & terminis ſuis, ſicut conſueuiſtis. Concedimus etiam vobis, & omnibus prædictę domus præſentibus & futuris, pecoribus & armentis, lignis & lapidibus, vel igni faciendo, vel domibus ædificandis, ſiue omnibus operibus conſtruendis liberum tranſitum in barchâ noſtrâ, quam habemus in Seros, ſicut homines noſtri de Sero. Quod eſt actum XVI. Cal. Ianuar. an. Domini 1252. IV.

Signum ✝ *Petri* de Monte Catino, Seneſcalli D. Regis, qui hoc firmamus & concedimus.

Signum ✝ *Arnaldi* de Curon militis.

Signum ✝ *Raymundi* de Pertegar militis.

Signum ✝ *Arnaldi* de Maſcheta teſtium.

Signum *Pontij* de Claris Vallibus, publici Notarii Ilerdens: qui hoc ſcripſit.

Signum *Ioſeph* Frella, authoritate Regiâ Notarii publici, ciuis lealis ciuitatis Balagarg. huic exemplo teſtis.

Si-

Signum meum ✝ *Ioſephi* Caluet.

Ad hunc etiam annum pertinere videtur diploma *Innoc.* Pontif. eſt enim
V. emiſſum anno Chriſti D.1252. ideſt præſenti, licet in numero annorum Pontificis aſſignetur ei annus nonus, nempe præcedens. Reſpicit autem directè non ipſos Religioſos Trinitarios, ſed eorum benefactores, & adiutores, quibus plurima concedit, quæ illo ſæculo pluris quàm hodie, fiebant. Do ipſius autographi legitimum exemplar, eo etiàm vt ſciatur methodus Romanę Curiæ priſca, & iam ferè antiquata.

INNOCENTIVS EPISCOPVS

Seruus Seruorum Dei,

Vniuerſis Chriſti fidelibus ſalutem & Apoſtolicam Benedictionem.

AD opera pietatis vos non credimus inueniri difficiles, ad quę tenemini præexhortando ſubditos veſtros inuitate. Licet autem debeatis omnibus benignitatis veſtræ gratiam exhibere, & in pio eorum propoſito iuuare Miniſt. et FF. Ordinis S. Trinitatis, & redemptionis captiuorum, ad quos tenemini præſtare ampliorem fauorem, qùm per hoſpitalitatis opera quę in Domino exercentur, eandem debent benignæ Sedis gratiam obtinere. Nos enim de Omnipotentis Dei miſericordia, & BB. Petri & Pauli authoritate confiſi, omnibus vere pœnitentibus & confeſſis qui eiſdem fratribus, Procuratoribus, vel eorum Nuncijs, aurum, argentum, fractum vel integrum, veſtimenta, vel aliud charitatis ſubſidium donauerint, legauerint, vel tranſmittere procurauerint, vnum annum, & quadraginta dies Indulgentiæ, & ſeptimam partem pœnitentiæ iniunctæ miſericorditer in Domino relaxamus, nec non & alia peccata venialia & oblita, offenſas patrum & matrum fine manus iniectione, & omnia vota facta (excepto voto Hieroſolimitano, Caſtitatis, & Religionis) diſpenſando tamen, & attribuendo conuenienter dictis fratribus, procuratoribus, vel eorum nuncijs, ſecundùm qualitatem voti, & proprietatem perſonæ, tranſgreſſiones fidei, iuramenta falſa ſine damno alterius, ſermones otioſos, vanas cogitationes quæ non perueniunt ad effectum, & omnia feſta Sanctorum malè celebrata, & de ſpeciali gratiâ diem ſanctum Dominicum malè obſeruatum, vſuras, rapinas, & omnia malè acquiſita, niſi ſciant cui reddenda ſint, ſimiliter in Domino relaxamus, & adhuc aliam in participatione S. Eccleſiæ, & peregrinatione Terræ Sanctę, omnes benefactores participes, nec non omnes parentes viuos & mortuos, conſortes facimus in æternum. Dat. Peruſij IV. Calend. April. Pont. noſtri an. 9.

VI. *Idem* ipſe aſſignatur morti Sereniſſimæ Infantis *D. Conſtantiæ F. Petri II.* Aragonum Regis, quæ nupſit Illuſt. viro *Gulielmo* de Moncada, Regni Sagato Prætori, defuncto in expugnatione Palmę Balearis. Ipſa verò iam vidua, totam ſe D. Deo, & eius obſequijs in hac religione conſecrauit. Fundauit monaſterium Baleare, ditauit illud Auinganiæ, vbi initium dedit Sanctimonialibus

nialibus huius Ordinis, & ipſa magnâ pietate ac meritâ laude vixit, ac poſt mortem tali vitâ dignam, ibidem excepta eſt Mauſælæo planè Regio, cuius proinde fabricam placet his inſerere, ex fide publici notarij.

Igitur in Eccleſiâ *B.Mariæ* Angelorum, monaſterij Auinganiæ, & ſacello B. Virginis dicto de Remedio, ad dexteram ingredientum, exſtat ſepulchrum e ſaxo, idque ſupra ſolum erectum, ad altitudinem duorum cubitorum & ſemis, in modum ſacelli.

In apice autem dicti ſepulchri viſitur vna ſtatua lapidea, duos cubitos longa, cum habitu Sanctimonialis ex Ordine Sanctiſſimæ Trinitatis, armata, brachiis cancellatis. Prætendit enſem vaginâ gemmis diſtinctâ; ipſa autem arma quibus obducta eſt, ornata inſignijs fundi rubentis, & octo orbibus ex auro; Caput cinctum habet faſciâ ſimiliter ornatâ ex auro: Pedibus gerit crepidas calcaribus inſtructas, & ad pedum plantas proſtat canis ex lapide, quod eſt velleris inſigne: Fertur autem illa ſtatua eſſe effigies *D.Conſtantiæ*, ſororis *D.Iacobi* Regis.

Subtus ſtatuam, in anteriori parte ſepulcbri, à pedibus aduerticem ſunt quatuor ſcuta cum octo ſphærulis ex auro; & in eorum quolibet inſignia Marchionum de Aytona.

In concauo ſepulchri, prope caput dictæ ſtatuę, exſtat alia Angeli in veſtigio ſtantis, præfert enim alas, & in vnâ manu thuribulum, alterâ nauiculam.

Hanc ſtatuam ſequitur alia fęminæ Sanctimonialis, oblongo pallio & nigro, quam etiam ponè ſubit alia paruula (omnes autem ab vno latere, paulò plus minus) ſubdiaconi, qui manibus præfert Crucem in ſupplicationibus deferendam.

*I*uxta ipſam exſtat alia Diaconi, qui vnâ manu præfert librum Ritualem, alterâ autem Gremiale.

Hanc autem excipit ſtatua Epiſcopi, Pontificio apparatu amicti, infulam gerens, & in illâ iam dicta inſignia octo Orbium: Ponè Epiſcopum viſitur alia effigies viri Sacerdotali amictu reuerendi, qui vnâ manu geſtat pedum paſtorale, cum iiſdem Inſignibus quæ in infulâ præceſſerunt, & alterâ Gremiale.

His ſtatuis accedunt aliæ ſex monialium, quarum quæque præfert baltheũ ex humero pendentem, & in illo enſem. Poſt ipſas viſitur ibidem alia Monialis item effigies equo inſidentis, calcaribus auratis. Manibus vexillum præfert (rubentis fundi in quo pictę viſuntur octo auratæ ſphærulæ) quod illa humo verſandum allidit.

Succedunt adhuc ibidem moniales, numero nouem, etiam baltheis & enſibus inſignes; vna autem ad equi pedes eſt proſtrata, vultu defixo in fimbrijs vexilli quod viſitur humi circumferre.

Ad latera dicti ſepulchri exſtant duæ oblongæ pyramides, in primâ quæ ingredientibus occurrit, proſtat effigies mulieris in veſtigio ſitæ, & coronam vertice geſtantis, & paulo ſuperius, vno cubito circiter, quatuor clipei; Harum duobus inſculpta eſt Crux Ordinis Trinitarij; aliarum quælibet habet octo orbes.

In alterâ pyramide quæ propius aram accedit, exſtat vna ſtatua quæ alas expandens Angelum refert, & manu geſtat lęuâ clipeum, & paulo ſuperius, ſicut altera pyramis, habet etiam quatuor ſcuta, & in quolibet octo orbes.

De quibus omnibus ſinguliſque Reu. P. *Gaſpar* Amarantho Miniſter mona-

 naſte-

naſterij B. *Mariæ* Angelorum de Auinganiâ, Ord. Sanctiſſimæ Trinitat. Redempt. Captiuorum publicum inſtrumentum confici & ſcribi fecit, per Ioſephum Caſtelnou. publicum Notarium &c.

A N N V S

IESV CHRISTI D. N.	1253.	GVLIEL. ROM. REG.	6.
BALD. IMP. OR.	24.	RELG. SS. TRINIT.	56.
INNOC. IV.	11.	INDICT.	11.

B R E V I A R I V M.

1 INnoc. *Pontifex, miraculis aliquot expertus ſanctitatem Stanislai Poloni, eum cathalogo Sanctorum adſcribit.*

2 Conradus *Frederici F. fratrem ſuũ occidi imperat; & ipſe veneno perit.*

3 *Ordini Trinitario ſurgit cœnobium Duaci in Arteſia.*

4 *Hiſtoria ſcitu digna de libertate* Gilberti *Eſſars.*

5 *Alter conuentus ijſdem Pulteriæ erectus, à iam dicto D. de Pulteriâ.*

6 *Tertius item, à Comite Flandriæ, atque alij ab alijs.*

I. PLacet annum à Sacris auſpicari: iſto enim *Innoc. V.* Pontifex *Stanislaum* Polonum faſtis Sanctorum adſcripſit Aſsiſii in Vmbriâ, & baſilica S. P. N. Franciſci: Non raptim aut temerè ille, ſed difficultatibus aliquot obluctatus. Agebatur enim 170. annus à viri morte, vt proinde ægrè eius geſta, & dignitas apotheoſis ſcirentur. At enim Deus Opt. Max. qui honorem illum ſuo ſeruo decreuit, manifeſtauit etiam ſuum ſuper hoc decretum: Plura enim portenta edidit in hunc finem. Vnum ſaltem referam: Nam illuceſcente die quem ille apotheoſi celebrandæ aſſignauit, qùm ipſemet Sacris operaretur, ecce in Eccleſiam illam infertur adoleſcens paulò ante mortuus, caterua propinquorum, & amicorum magno ciulatu funus proſequente. Ibi Põtifex humi proſtratus Deum orauit vt iuuenem illum ad vitam reuocando ſanctitatem *Stanislai* martyris ſui luculentius declararet. Vix pauca loqutus, qùm adoleſcens viuus & ſanus, è pheretro ſurrexit, tanquam à ſomno excitatus.

Cramer. lib. 9 Bzou. hic. n. 3.

II Vt iam ad profana deſcendam, *Conradus* Frederici F. ſacro ſpiculo ab Innocentio ictus, & cenſuras Eccleſiaſticas nihil penſi ducens, ad reliqua regni Neapolitani diripienda ac depopulanda properauit; *& Henricum* duodecennem fratrem ſuum è Siciliâ accitum, vt cum theſauris puero à Frederico patre relictis, etiam Siciliæ regno potiretur, eum Ioanni Mauno Capitaneo occidendum dedit. Ipſe autem non multis inde diebus exercito admoto, Calabriæ, Apuliæ, & Principatus Tarentini multis vrbibus in ditionem ſuam redactis, occubuit, veneno in clyſtere per medicum infuſo extinctus.

Fazell. Blond. Inuenias. apud Bzou. n. 2.

III. Cæterum quoad huius Ordinis progreſſus, annus magis effœtus eſt quàm optarem. Aliquot tamen cœnobia interim ille accepit. Vnum Duaci (vulgo Dovvaii) in Arteſia, à nobili viro *Euerardo* à S. Vincentio.

Altun. f. 158. Biſelin. in Gallo-fland.

Alterum longiori recenſu dignum, non expedietur niſi præmiſſâ quadam hiſto-

hiſtoria, quam ad oblectamentum Lectoris, & arcendum vacuum ſtatui his inſerere. Fuit enim quidam apprimè nobilis, ac diues, *Gilbertus* de Eſſars, qui IV. *Pet. Dan. in hiſtor. Barbar. l. 6. c. 4.*
proſequutus S. *Ludouicum* Galliarum Regem in Paleſtinam, cum eodem à Saracenis captus, ab his PP. magnâ eorum induſtriâ, atque ipſius fœlicitate eſt pretio redemptus. Qùm autem dicti PP. cepiſſent illum cum aliis à ſe redemptis reducere in terras Chriſtianorum, rectè in puncto portum deſerendi, plures ex Saracenis armati, nõmagis ferro quam rabie, properarunt ad hunc è naui retrahendum, quem ſi cõprehendiſſent, voluerunt horribili carceri mancipare. Prætendebant enim ſe eouſque neſciſſe hominem, & ipſum ſtudio occultaſſe ſuum nomen, ac conditionem: ſe autem deinde reſcijſſe quod fuerit is qui ictu ſagittæ veneno imbutæ occiderit in bello vnum ex præcipuis ducibus ſuorum, nomine *Chaban*, Sultano chariſſimum, (quod ille vera re fecit) ac proinde velle ſe eum crudeli cæde interimere, ad repetendam iniuriæ talionem. Ad hæc noſtri neſcierunt quid reponerent; vſi tamen ſunt omni quâ poterant induſtriâ, tam precum quam pretij vt eum recuperarent. Sed omne illud fuit minus furore barbarorum. Illi nihilominus veriti ne fortè retinerent etiam alios quos pretio redemerant, appenſis velis, in Galliam redierunt, ſummè dolentes quod non potuerint tam illuſtrem virum, et dignum libertate referre. Qùm autem cernerent quod res eò deuenit vt ſolus Deus eum poſſet tot periculis eximere, omnes ſe orationi addixerunt, implorantes diuinam miſericordiam pro illius libertate. Neque ipſe ſegnius negotium vrſit, quin precibus addidit ſolemne votum, et obſtrinxit ſe exſtruendo cœnobio titulo Sanctiſſimæ Trinitatis ad excipiendos dicti Ordinis Religioſos, ſi Diuina Maieſtas, dignaretur eum eripere præſenti neceſſitati. Factum quod V.
optauit; qùm enim deinde obdormiſceret; experrectus, vidit ſe ingenti portento ex Syriâ trãſuectũ ad valuas propriç domus in Pulteria, vbi à ſuis agnitus, et amplexibus exceptus, redemit fidem ſuam voto deuinctam exſtructo cænobio PP. Trinitariis. Hanc huius Conuentus fabricam, qum ſcirem circa hæc tempora contigiſſe, neſcirem autem quo fixè anno, iſti reſeruaui: Cui etiam ſimili calculo et iure poſſem aſſignare alios conuentus ab alijs magnatibus ſimili titulo erectos. Nam Comes Flandriæ cum Sancto Rege eòdem profectus, ſimilem fortunam debuit experiri, victus et captus; atque alii non pauci, nec negligendi. Ex quibus *Baldouinus* Balliolanus Caſtrorum præfectus, dominus loci *Eter* in Belgio, alio nomine dicti *Couuerte*, in monumentum ſuæ gratitudinis pro liberatione ſui ex Turcarum carceribus, condidit Patribus Trinitariis redemptoribus ſuis cœnobium in dicto *Ether*. Nec ceſſerunt ei alii Domini de *Lerimer*, *&* *Hus*, qui etiam ſuam pietatem in Patres VI.
explicarunt totidem cœnobiorum ſtructurâ.

ANNVS

IESV CHRISTI D. N. 1254.		GVLIEL. ROM. REG.	7.
INNOC. Pp. IV. 12.		RELIG. SS. TRIN.	57.
BALD. IMP. ORIENT. 26.		INDICT.	12.

BREVIARIVM.

1 Conradi *impænitentis obitus infelix*.
2 Innoc. *etiam Pontificis, ſed eo dignus*.
3 *Cœnobium dictum Aureæ Vallis PP. Trinitariys exſtructum à Duce Brabantiæ, & cauſa ſtructuræ*.
4 *Viuere etiam deſinit* Sancia *Hiſpaniarum Infans, Monialis Trinitaria*.
5 *Conferuntur caſtitas virginalis & vidua*.
6 Maria *etiam Infans Aragoniæ monialis Trinitaria*.

DVorum Principum funera præſens hic annus extulit, ſi quibuſdam credi-
I. mus: Primum fuit *Conradi* Regis, Frederici olim Cæſaris. F. qui in ſuâ aduerſus Eccleſiam contumaciâ perſtans, ſublato crudeliter Henrico fratre, ipſe à fratre ſuo Manfredo vicem recepit, veneno ſublatus. Sunt qui ſcribant, qùm eius cadauer Meſſinam ad ſepulturam delatum fuiſſet, dum exequiæ in templo celebrarentur, ex multitudine cereorum templi tectum cum cadauere arſiſſe.

Inuenat in Annal. Sument. lib. 2. hiſt. Neapol.

Alterum *Innocent.* Pontificis, qui deluſus ab impio Manfredo, qùm in-
II. tellexiſſet exercitum ſuum ab illo profligatum, iam ante ægritudine tentatus, non multo poſt, VII. *I*dus Decembris Neapoli extinctus eſt, & ibidem apud Conuentuales noſtros in S. Laurentio ſepultus.

Pariſ. Pannin. apud Sponſan. hic n. 3.

Pro noſtro Sacro Ordine Sanctiſſimæ Trinitatis vix aliud ad emolumentum
III. adferre poſſumus quam fundationem ei factam his diebus à Duce Brabantiæ. Is enim ipſis erexit inſigne Cœnobium Aureæ Vallis (vulgò Orial) prope Niuellam, in vicem aliquam illius humanitatis quam PP. dicti Ordinis exercuerunt in filium eius. Hunc enim illi captum à Turcis, & incognitum, precio ſoluto redemerunt. Vnde Illuſtriſſimus eius parens, ſumptibus cænobij factis, voluit vt in eo viderentur ſuæ familiæ inſignia.

Petr. Dan. in hiſtor. Barbar. f. 471.

Ad iacturam illius idem ipſe annus viuis eripuit Venerabilem, & olim Se-
IV. reniſſimam Infantem *Sanciam*, Petri II. Aragonum Regis filiam, Iacobi *I.* ac proinde D. Conſtantiæ ſororem; quæ cum ipſâ habitum Regularem ſumpſit, & initium dedit Sanctimonialibus huius Religionis.

Rodriguez Roncauar. f. 166.

Res profectò digna maiori æſtimatione quam accipit. Imitas enim in ſum-
V. mitate, caſtitas in affluentiâ & commoditate voluptatum, nullius laudibus pro merito efferri poteſt. Quod eo magis verum eſt quoniam in præſenti occurſu exempla habemus omnis omnino difficultatis. Plerumque omnes inferendâ ſententiâ de palmâ caſtitatis, virginalem præferunt, dum dulcius putatur omne quod neſcitur, (ait Hieronimus). Neque deeſt qui viduam caſtitatem anteponat, eo quod palatum carnis iam ſit irritatum melle illo perceptæ voluptatis, quod proinde difficilius deſerunt qui aliquando experiuntur. Quidquid illud; Siue præferatur difficultas viduæ caſtitatis, ſiue puritas virginalis

Tom. 1. oper. epiſt.

lis, hic habemus vtriuſque ideam, & autographam quidem. Sereniſſ. Conſtantia viduam caſtitatem ſeruauit, hoc eſt, didicit deſerere inceptum & perceptum diu delectamentum. Sereniſſ. Sancia non modo exceſſit obices omnes ſed præuenit, non paſſa ſuum palatum his illecebris imbui, ne quando illius contumaciam experiretur. Iſte enim

AEgrius eijcitur quàm non admittitur hoſpes.

Ita in hac Religione, & Regio ſtemmate habemus omnis puritatis paradigma, idque in fæminis, quæ cenſentur fragiles, & tamen hic fortes ſunt inuentæ. Vitreæ illæ ac diaphanæ, ſed nihilominus duræ, quas non potuerunt per rumpere impulſus arietantum extra procorum, aut voluptatum domi ſuæ blandientium.

Quæ quàm verè dixerim, patet experimento; nam ab ipſis duabus exemplo inuitata Sereniſſima Infans Aragoniæ *Maria*, filia *Iacobi* Regis, cognomento Conquiſtoris, etiam ipſa ſe religioſis exercitijs adduxit, profeſſa ſimiliter ſanctimonialem; quam perſonam multis annis, id eſt omnibus vitę ſuæ ſuſtinuit, in monaſterio quod ſupra retuli huius Ordinis, dicto *de Canoas* Epiſcopatus Elnenſis, Comitatus Roſſilionis; in quo etiam ſepulchrum accepit, & reliquit ſuæ ſanctitatis opinionem. VI. *Alfonſ. a S. Anton. in Bullas.*

A N N V S

IESV CHRISTI D.N. 1255.		GVLIEL.ROM.REG.	8.
ALEXAND. Pp.IV.	1.	INDICT.	13.
BALD. II IMP.ORIENT.	27.	SANCTISS. TRINIT.	58.

B R E V I A R I V M.

1 R*Efertur obitus* Innoc.*Pp.IV. & ſucceſſio* Alex.*Pp.Iiũ IV.*

2 *Inſigne exemplum modeſtiæ præbitum ab* Andrea *Alexandri nepote, noſtri Ordinis Franciſcano.*

3 *Stupenda obedientia* B. Gulielmi *Angli, iam tum mortui, etiam Franciſcani noſtri.*

4 Alex. *Pontifex concedit PP. Trinitarij equitatum.*

5 *Moritur* P.*Hieron. Mollina: ſtruitur Conuentus Pontis Herteſſi.*

6 *Idem* Alex.*inuitat fideles ad benefaciendum PP.Trinitarijs.*

IN auſpicijs præcedentis anni diximus *Innocentium* Pontificem fatis ceſſiſſe, quod contigit anno ad finem properante, 7. Decembr. ſiue calculum incipias à Calendis, ſiue ab Idibus menſis. Vir fuit lento & læto Pontificatu dignus, qui exiſtimatus eſt tam neceſſarius Eccleſiæ, vt quidam cum lugentes dictitarent illum, aut nunquam naſci, aut nunquam mori debuiſſe. Sedit annos vndecim, menſes quinque, dies 14. Eodemque mente ſucceſſorem accepit Cardinalem *Raynaldum*, (deinceps *Alexandrum* IV.) natione Hernicum, patria Anagninum, ex Comitibus Signię, Greg. Pp. IX. nepotem, Epiſcopum Oſtienſem. I.

Huius

II. *H. Pla. lib. 5. de ſtom. ſtat.* Huius illuſtria acta annuatim ſucceſſura placuit illo inſigni præuenire, quod eius nepos *Andreas*, ab eodem Cardinalis creatus, qùm eſſet Ordinem noſtri P. S. *Franciſci* profeſſus, illi honori, & cæteræ amplitudini quam ex tanti Pontificis propinquitate conſequuturus eſſet, nuncium conſtanter remiſit, quod mallet in Religioſa humilitate quam elegerat remanere, vt ſuo tempore in regno cælesti caput exaltaret electus. Quod mihi in portentis numerandum videtur corrupto hoc ſeculo, & ſuperbiam ſuam opportunè importunè prodente.

III. *S. Antonin. 3. p. tit. c. 9.* Quia autem eorum numerum cæpimus, meritò proſequemur adiecta memoria alterius Beati ex eodem noſtro Ordine. Is eſt *Gulielmus* Anglus, qui qùm à morte prorumperet in miracula denſiſſimè patrata: Præfectus Cœnobij veritus, ne S. P. N. *Franciſci* gloriam offuſcaret (fuit enim in eadem Eccleſia ſepultus), accedens eius buſtum, totà authoritate ei præcipit, ne deinceps miracula patraret: in quo *Gulielmus* tanquam viueret, & adhuc ſubeſſet ei, promptiſſimè paruit.

IV. Iam verò negotia Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis viſum eſt incipere a Pontificio indulto: ſiquidem *Alexander* Pontifex hoc anno PP. illis conceſſit vt accedente diſpenſatione maioris eorum Miniſtri, poſſent, non modò mulis ſed equis etiam in itinere vti. Do diploma.

ALEXANDER EPISCOPVS

Seruus Seruorum Dei,

Dilecto filio maiori Miniſtro domus Cerui Frigidi, Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum, Meldenſis, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

1. Opera quæ in tuo frequentantur Ordine nos inducunt vt quæ ad ipſius profectum redundare proſpicimus, affectu beneuolo concedamus, ducti ſecurà fiduciâ, quod quanto Tu & ipſius Ordinis profeſſores maiorem gratiam ab Apoſtolica Sede percipitis, tanto ſibi deuotione ſinceriſſimâ placere iugiter ſtudeatis. Ex tua ſiquidem, & dilectorum filiorum vniuerſorum Miniſtrorum, ac fratrum eiuſdem Ordinis petitione, colligimus quod in eius regula continetur vt fratres ipſius Ordinis equos non aſcendant aut equitent niſi eum vrgens neceſſitas id expoſcit. Verum licet ex diſpenſatione tua, ſeu maioris Miniſtri, qui pro tempore præeſt Ordini memorato, prout Apoſtolica Sedes indulſiſſe dignoſcitur, fratres ipſius Ordinis mulos conſueuerint equitare, quia tamen repugnante qualitate diuerſorum locorum, dictos fratres, tum pro adminiſtrationibus, & domibus quas adque obtinent, tum pro fidelibus captiuis redimendis interdum de manibus Paganorum, in quorum redemptione tertia pars omnium prouentuum Ordinis memorati conuertitur, tranſire frequenter oportet, ipſi mulos eoſdem illuc ducere, ac in illis nequeunt commodè ſe transferre, idem Ordo ſæpe graui detrimento ſubeſſe perſpicitur, & dictorum Captiuorum redemptio impeditur:

ditur: quare pro tua & prædictorum Miniſtrorum ac fratrum parte humili-
ter petebatur a nobis vt prouidere ſuper hoc paternâ diligentiâ curaremus.
Nos itaque tuis & tuorum deuotis ſupplicationibus annuentes, Apoſtolicâ
tibi authoritate concedimus vt de conſenſu Capituli Generalis præfati Or-
dinis, valeas cum dictis Miniſtris & fratribus diſpenſare, quando neceſſitas
imminet vt equitare poſſint equos Religioni congruos, prout locorum quali-
tas, & conditio perſonarum exegerint, ac vtilitati dicti Ordinis, & etiam ne-
ceſitati Captiuorum ipſorum, ſecundùm Deum videris expedire: Nulli ergo
omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſionis infringere, vel ei
auſu temerario contraire. *Si* quis autem hoc attentare præſumpſerit, indi-
gnationem omnipotentis Dei, ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe
nouerit incurſurum. Datis Laterani, anno Incarnationis Dominicæ 1255.
ſecundo Non. Mart. Pontif. noſtri 2.

Eodem anno deſijt in viuis eſſe Fr. *Hieronimus* Molina, vnus ex ſex qui V.
P. *Ludouicum* de Flexa comitati ſunt in obſidione & expugnatione Hiſpalis, *Altun. fol.* 162.
quando eam vrbem *Alphonſus* Aragonum Rex cum alijs duabus eripuit
Mauris. Quod ille in parte non modicâ adſcribens induſtriæ Patrum Tri-
nitariorum, plurima eis beneficia contulit, & priuilegia indulſit.

Iiſdem PP. hoc circiter anno erectus eſt conuentus de Ponte Horteſſi, in *Figuerſ.* 83.
Principatu Bearnenſi. Et (ſecundùm quendam) etiam Briſtollienſe in
Anglia.

Deinde illo eodem Fr. *Petrus Ioannis* (vulgo Hiſpanorum Don Fray *Pero
Iuanes*,) Miniſter Conuentus Burgenſis, ardentiſſimus Diuini verbi ad
populum declamator, à Conſilijs, & Sacellanus *Alphonſi* Regis Caſtellæ, pul- *Martyrolog. Tamay.*
chra priuilegia à Regibus Caſtellæ pro petendis elemoſinis Captiuorum ob-
tinuit. Duas peregit redemptiones, primam ex Ciuitate Granatenſi, in
qua libertatem aſsequti ſunt ducenti quinque captiui, anno 1255; Secun-
dam ex Ciuitate Beazenſi, ex quâ iugo infidelium eruti ſunt fideles tercen-
tum triginta nouem.

Denique tunc idem *Alexander* Pontifex inſigni deplomate, & impenſo VI.
theſauro Eccleſiæ inuitauit fideles ad beneficia huic Ordini præſtanda. Da-
rem deploma niſi iam ſuprà dediſſem; Eſt enim ipſum ferè ad verbum
quod anno Chriſti D. 1246. *Innoc.* Pp. IV: emiſit, Pontificatus ſui anno item
quarto. Subeat ergò.

ANNVS

A N N V S

IESV CHRISTI D.N.	1256.	GVLIEL. ROMAN. REG.	9.
ALEXAN. Pp. IV.	2.	RELIG. SS. TRINIT.	59.
BALDVIN. IMP. OR.	28.	INDICT.	14.

B R E V I A R I V M.

1 *I*Nfelix obitus Gulielmi *Regis Romanorum*.

2 *Triceps monſtrum cuidam apud Samnites natum; vbi quid portenderit?*

3 *Mira fæcunditas* Mathildis *cuiuſdam Batauæ*.

4 *Decedit è viuis* Nicolaus *Miniſter Generalis Ordinis Trinitarij de quo portentoſa narratio inſeritur*.

5 *Inſignis memoria P.* Ludouici *de Flexa*.

6 *Erigitur Ordini illuſtre cænobium Vallisoleti ab* Alfonſo *Rege*.

7 *Item aliud Berchinenſe in Scotia*.

8 Nicolao *defuncto Generali ſuccedit* Iacobus.

I. *Ioan. à Leidis lib. 23. cap. 30. Nang. in vita S. Ludouic.*

ISte annus inſigniter explicauit innabilem abyſſum conſiliorum Dei; nam qùm *Fredericus* Sueuus tot periurijs, cædibus, libidinibus, contumaciâ in Eccleſiam infamis, protraxiſſet imperium ad cumulum viginti quinque annorum: *Gulielmus* in ſpem tantam Imperij electus Romanorum Rex, anno nono Regni, qùm ſe diſponeret ad opem Eccleſiæ ferendam aduerſus *Conradum* tyrannum, hoc anno *Friſones* ſibi rebelles perſequtus, poſt magnas clades illis illatas, dum per loca paludoſa, & glacie concreta ad eos denuò conterendos tranſitum exercitui quærens, longiùs à ſuis eſſet digreſſus, equo diſruptâ glacie immerſo impotens ſe expedire, à *Friſonibus* qui propè in arundineto latebant, iæculis & contis eſt confoſſus; deindè autem ex ſigno aquilæ nigræ aureis armis inſculptæ agnitus, ocultè in ignobili loco ſepultus eſt, ne quis caſum ſciret. Eodem, aut certè ſuperiori, cuidam Riccæ apud Samnites natum eſt monſtrum triceps, ſed breui extinctum, tres competitores Imperij Romani portendebat, *Conradinum*, *Riccardum*, *Alfonſum*.

II. *Leiden. li. 24. cap. 21. Meyer. lib. 9. anno 1278.*

Mihi autem *Guiielmus* non abſoluet ſuorum memoriam, niſi adiecero aliquam ſororis eius *Mathildis*, (quibuſdam *Margaretha*) Comiti Henembergenſi nuptæ: Fertur enim illa decennio deinde pauperculæ cuidam fæminæ quæ gemellos enixa, vtrumque ab vberibus pendulum lactabat, ſtipem flagitanti, adulterium exprobaſſe, tanquam incredibile foret vllam ex vno marito duplam prolem edere. Quâ contumeliâ non modicè irritata pauper, et pudicitiæ ſuæ conſcia, imprecata eſt *Mathildi* tot proles vno partu, quot ſolidi anni dies numerantur. Et vicit; nam vertente anno illa edidit 365. promiſcui ſexus proles, Deo pauperis iniuriam vindicante.

Noſtra etiam Reſpublica Trinitariorum hoc anno euaſit acephala, erepto ei Reuerendiſſimo viro *Nicolao* Gallo Generali, de cuius laudibus, qùm aliquid tradiderim anno quo Ordini præfectus eſt, nolo hic recoquere crambem. Sufficit meminiſſe quàm fuerit in delicijs Sancto Regi *Ludouico* Gallorum, qui expertus eius in concionando energiam, eundem ſibi in Prædicatorem aſſumpſit. Illud certum eſt, quod tempore quo is Ordinem adminiſtra-

nistrauit, plures viri, etiam fœminæ multis dotibus illuſtres eundem intrauerunt.

In illis fuit *Petrus* Coruellinus, vir ſingularis vitæ, ob quam dicitur deſignatus Archiepiſcopus Senonenſis. Illud fide dignius quod cum *Thoma* Cardinali S. *Sabinæ* deſtinatus ſit a *Greg.* IX. *Frederico Cæſari* ad saniorem mentem reuocando. De eo aliqui referunt ſimile ei quod S. *Antonio* noſtro à Padua euenit. Etenim temporibus eius in Galliâ quidam æſtu libidinis abreptus, filiam ſuam virginem defloraruit; cuius intemperantiæ deindè tanto opere eum pænituit vt prouolutus pedibus huius R. P. & culpam confeſſus, cenſens pænitentiam impoſitam imparem noxæ grauitati, rogauerit confeſſarium vt eam augeret, miſcens lachrimas orationi. Ille autem aduertens profundum eius dolorem de admiſſo exceſſu, potiùs imminutam eam volebat, & erigebat pænitentem in ſpem veniæ certiſſimè à Deo obtinendæ. Sed alter indulgens dolori, priuſquam ſe in pedes erigeret, ingemuit valenter, & inter gemendum expirauit. IV.

Atque, vt ambo Regna Galliarum & Hiſpaniarum, quaſi bilances ſe ſemper paulò minùs æquant, ita hac tempeſtate eundem Ordinem alius ortu Hiſpanus ornauit, nomine *Ludouicus* de Flexa, ſimiliter *Alphonſo* Regi commendatus, qui etiam eundem ſibi a conſilijs & prædicationibus adſciuit. Ille autem ipſius gratiâ vſus eſt non ad peculium ſuum, ſed in publicum ordinis & Eccleſiæ bonum: propter quod eius tempore Religio depoſita habuit viginti millia aureorum, omnia vinctorum redemptioni impendenda. V.

Eâdem tempeſtate PP. adquiſiuerunt inſigne cœnobium in Hiſpaniæ veteri Caſtellâ, & Vrbe Valliſoleto (vulgo Valladolid) munificentiâ *Alphonſi* Regis, vt conſtat ex reſcripto quodam eius edito vij. Idus April. anni iam decurrentis 1256. quo ille concedit Conuentui mille & quingentos obulos tum ad redemptionem captiuorum, tùm ad ſuſtentationem pauperum in Xenodochio Conuentus. VI. *Aegid. Gonzal. in Thea. Figuer. f. 86.*

Maioris Sacelli ius patronatus habent Duces de Bejar, ex Regia munificentia *Iacobi II.* qui id contulit in *Didacum* Lopes à Zuniga; & contractus celebratus eſt inter Fr. *Inicum* de Peralta Conuentus Miniſtrum & *Didacum* Lopes de Zuniga, die 18. *Iulij* anno 1415. Tum autem nouus ille patronus magnam partem Eccleſiæ ſtruxit, & proſtat ſepultus in ſuo ſacello maiori. Pictura aræ maiori, (ſiuè ex telâ, ſiuè ex tabulâ) inſiſtens, poſita eſt à Mag. Fr. *Ioanne* Hurtado, *Cæſaris* Prædicatore; qùm etiam ſuppetias accepiſſet à *Francisco* Zuniga, Duce de Bejar, neque cedit vlli totius Hiſpaniæ tabulæ.

Huius Conuentus alumni fuerunt in primis Mag. Fr. *Ioannes* Vaſconcillos, quem *Martin* V, oratus à *Iacobo II.* conſtituit Miniſtrum Generalem in regnis Caſtellæ, Luſitaniæ, Aragoniæ, quo munere ille functus eſt vſque annum 1439. VII.

Item Mag. Fr. *Alphonſus* de Caſtillo, Author operis cui titulus Reipublicæ Mundi. Adhuc etiam Mag. F. *Petrus* Gonçales Epiſcopus Sidonis. VIII. Magiſter Fr. *Petrus* de Aranda de la Puente Epiſcopus Eluenſis. Magiſter Fr. *Petrus* Dias Cathedraticus in vniuerſitate Valliſoletana, qui deſcripſit hiſtoriam Apparitionis & Miraculorum S. *Mariæ* Virtutum. Ad hæc Magiſter Fr. *Antonius* de Paz, Salamantinus, qui toto quatriennio hæſit Tuneti, ad procurandam libertatem Chriſtianorum qui ibi vincti tenebantur, & in

primis eorum in ſpiritu profectum. Vndè licebit his addere quod Chriſtianorum Imperator bello prouocauit Barbaroſam; Hic autem immanis pirata ità addictus fuit ei quem loquimur Religioſo, vt qùm ſe doloret impetitum à tam valenti Principe, orauerit eum vt dignaretur in ſe ſuſcipere ſeruandos quinque millia Chriſtianorum quos ipſe in vna arce tenebat captiuos, fidem certiſſimam ei faciens, quod ſi quando victor ex prælio rediret, omnes libertate donaret. Ipſe autem Chriſtianus *Cæſar*, occurrenti eidem Religioſo Valliſoleti, animoſe & palam ait: Poſtula quod voles, mihi enim conſtitutum eſt te ſingulari dignitate cumulare: Cui *Petrus*, magnæ humilitati pari modeſtiâ reſpondit; Summa dignitas quàm à Maieſtate veſtra expecto, eſt, vt permittat me, accedentem mortem in meâ cellâ excipere.

IX. Alios alumnos, multas reliquias habet, & in illis ſpinam vnam ex ijs quæ Dominicam coronam integrarunt.

X. Hoc eodem anno Patribus exſtructum eſt Berchinenſe Cænobium in Scotia ab *Edvvardo* eiuſdem Ciuitatis Epiſcopo; deindè à B. *Franciſco* Ramiſeo, qui in eodem Ordine monachatum ſubijt, multis poſſeſſionibus ditatum ann. 1362. Idemque *Franciſcus* ob ſingularem integritatem, & vitæ innocentiam Epiſcopatu Caſæ Candidæ honeſtatus eſt in hunc modum. Anno à partu Virginis 1373. Viij. Cal. April obijt *Dauid* Douglaſius eius ſedis antiſtes, & ſub obitum author fuit Clero ac populo vt dictum P. *Franciſcum* Ordinis Trinitarij monachum, ſucceſſorem ſibi in Epiſcopatu deputarent. Nihilo tamen minùs Clerus Caſæ Candidæ corruptus largitionibus cuiuſdam *Iacobi* Caarro, qui eandem Sedem ambiebat, reiecto *Franciſco* eum Epiſcopum deſignarunt; ſed non volente euentu, quin cælo obſtante valenter. Nam *Iacobus* alterâ die poſt ſui conſecrationem, calidiſſimâ febre correptus, vitę vſuram deſperauit. Et agnoſcens morbum ſibi à Deo vindice immiſſum ob Epiſcopatum nefario modo occupatum, ipſum *Franciſcum* protinùs acceſiuit. Qui qùm adeſſet, & infirmum antiſtitem aquâ cui ipſe benedixit aſperſiſſet, protinùs eum moleſtiâ febris liberauit. Propter quæ alter ſanitati reſtitutus, Epiſcopatum *Franciſco* reſignauit. Quod factum in Scotia, Romæ deindè *Greg.* XI. confirmauit. Pontificatus ſui an. 3. Vndè B. *Franciſcus* ſedem illam viginti nouem annis, magnâ ſuâ laude, ſuorum vtilitate adminiſtrauit. Tandem morte abſumptus anno Domini 1402. Cal. Octob. ſepultus eſt in ſuâ Ecleſiâ, adiecto epitaphio.

Conditur exiguâ hac Sanctus Ramyſæus in vrnâ,
Ordine qui Monachus, munere Præſul erat.
Iuſticiam viuus coluit, Dominoque placebat,
Mortuus hinc meritò caſtra beata tenet.

Cæterùm vt ad monaſterium regrediamur, illud ſitum erat inter domum Epiſcopalem & palatium Comitis *Marriæ* ad Auſtrum, cuius rudera adhuc exſtant. Atque in huius memoriam, annis ſingulis fiebant ibi aniuerſariæ nundinæ in feſto Sanctiſſimæ Trinitatis, & ſeptiduo ſequenti; quas etiam adhuc hodie ipſi hæretici ibi celebrant. Tempore autem Catholicorum Miniſter

niſter Conuentus ſingulis mercibus precia imponebat.

Ad eundem annum pertinet illa *Alexand.* IV. permiſſio vt quotannis huius Ordinis Comitia apud Ceruum frigidum habeantur.

Eodemque ipſo ob deceſſum *Nicolai* quem dixi, huius Ordinis Miniſtri Generalis, ſuffectus eſt in ſummo Magiſtratu P. *Iacobus* Flemingus, ſiuè de Flandriâ (ait Figuera) cuius erisim non auſim aprobare, qùm conſtat eſſe familiam,& quidē nobilem cui agnomen eſt Fleminge, vt non ſit neceſſe vocabulum eſſe nationale. Fuit autem *Iacobus* S.Theologiæ Doctor, inclyti monaſterij Hondiſcottani de Claro Viuario filius, Vir deſidis & pigri animi quod ità verùm eſt vt per eius inertiam, quæ ab alijs parta erant, cæperint paulatim elabi. Vndè factum eſt vt *Alexander* Papa IV. nobiliſſimam domum Xenodochij SS.*Michaelis Archangeli* & *Thomæ* Apoſtoli de Vrbe, Ordini voluerit auferre.

Idem ille ingentes lites habuit cum PP.Ordinis per Hiberniam, Scotiam, & Angliam ſuper celebrandis Comitijs Generalibus eiuſdem in domo capipitali Cerui frigidi. Negotio autem delato ad *Alexandrum* Pontificem, inſtantibus prædictis PP. decretum eſt ne comitia illa ſemper in cænobio illo celebrarentur, ſed vbi deciderentur celebranda per Correctores & Viſitatores Generales eorundem, vt liquet ex ſententiâ definitiuâ Romæ datâ contra Patres nationis Gallicæ, quæ adhuc ſeruàtur in Archiuio Domus Burgenſis, ab ambamus partibus ſubſcripta ac ſignata. Ad hæc idem Pontifex præcepit vt omnes Comprouinciales Miniſtri, nec non alij etiam Miniſtri adſint Capitulo Generali Domorum omnium Ordinis; quod ſi ſecus factum fuerit, illi nullatenus Maiori Miniſtro abſque conuocatione obediant; ità Figueras.

A N N V S

IESV CHRISI D.N. 1257.	IMP. OCCID. VACAT		
ALEX. Pp.IV. 3.	RELIGION. SS. TRIN.	60.	
BALDVINI IMP. OR. 29.	INDICT.	15.	

B R E V I A R I V M.

1 *Diſcordia Electorum Imperij duo in Regem Rom. eliguntur.*

2 Manfredus & Ezelinus *Italiam tumultibus infinitis inuoluunt.*

3 *Plura cænobia PP. Trinitarijs eriguntur,*

4 *Rex Angliæ confirmat donationem factam PP.Trinitarijs a præceſſoribus ſuis: cuius diploma adfertur:*

4 *Deceſſus maioris Miniſtri Ordinis Trinitarij, & vacantia miniſterij eius.*

ISto anno videri poſſent *Cæſar* & *Pompeus* ab inferis regreſſi, vſque adeo certatum eſt à duobus Imperij procis pro hac *Helena*. Octauo Idus 1. Ianuarij,Principes Electores Francofordiæ congregati diuerſis ſtudijs indè indè agitabantur, qùm contentione iniectâ alij alijs non cederent. Archiepiſcopus Colonienſis ſuo & Moguntini nomine vnà cum comitè Palatino *Ricardum* Angliæ Regis fratrem Romanorum Regem elegerunt. Præſul

Paduan. lib. 2.Chronicor. Villan.l.6.

Treuirenſis & Dux Saxoniæ, *Richardi* electionem vitioſam exiſtimantes, *Alphonſum* Caſtellæ Regem collatis ſuffragijs prætulerunt, pridie Calendas Apriles. Miſsi ad vtrumque Legati: vterque ſe legitimè creatum dicebat, æmulum vitio.

II. In Italia etiam eodem anno vehementiſsimi motus incaluerunt, *Manfredo* Tarenti Principe, & *Ezelino* tyranno omnia vaſtantibus. Poſtquam enim *Alexander* Pontifex Anagniæ pro concione vtrumque diris deuouit anathemate damnatos, illi quaſi æſtro perculſi in omnia latè ſibi ſæuiendum eſſe putarunt. *Paduan. cit. Ionius in Eulog.*

III. Quoad res Religionis, hoc eodem anno monaſterium Sleueſenſe in Dania fundatum eſt: Et in inſula Cypro aliud de Sirenes: item Noruicenſe in Anglia. Et denique aliud in Scotia erectum dicitur, quod mihi adhuc eſt dubium, ac proindè videndum apud alios, vt poſſimus in Angliam redire.

IV. Ibi enim eidem Ordini inſignis donatio, ſi non magis confirmatio, facta eſt ab *Eduuardo* Rege, eius inquam quam *Eduuardus* eius pater Rex Angliæ, & alius *Richardus* Rex Alemanniæ ac Comes Cornubiæ auunculus eius fecit dictis Patribus. In quo fateor me perplexum; quoad particularia perſonarum, tametſi credam ſubſtantiam negotij eſſe ſartotectam: Nam *Eduuardus II.* cuius dicitur eſſe confirmatio, regnare cæpit an. 1308. vt habet *Richardus* Smithęus in ſua Angliæ hiſtoria. Et ideo *Eduuardus*, qui hic dicitur pater eius, debuit fuiſſe *I.* tamen à quibuſdam dicitur V. Regnare cepit anno 1273. & interim hoc diploma datum eſt iſto 1257. Deindè hic videntur eſſe tria diplomata, duo confirmantia, & aliud primarium. Quidquid autem ſit de hac confuſione textus, certum eſt donationem non modo factam fuiſſe, ſed & validam; ad quod euincendum proferam ipſum diploma. *lib. 4.*

Rex Archiepiſcopis &c. ſalutem.

I. INſpeximus chartam confirmationis quam celebris memoriæ Dominus *Eduuardus* quondam Rex Angliæ, pater noſter fecit fratribus SS. Trinitatis, & Captiuorum de Knareburgh in hæc verba: *Eduuardus* Dei gratia Rex Angliæ &c. Archiepiſcopis, Epiſcopis, Abbatibus &c. ſalutem: Inſpeximus chartam D. *Richardi* Regis Alemanniæ, & Comitis Cornubiæ, auunculi noſtri, quam fecit fratribus S. Trinitatis & Captiuorum de Knareburgh in hæc verba: Omnibus ad quos præſens ſcriptum peruenerit *Richardus* Comes Cornubiæ ſalutem: Noueritis nos dediſſe, conceſiſſe, & hac præſenti chartâ confirmaſſe Deo & fratribus Ordinis SS. Trinitatis de Kenaresburgh pro ſalute animæ noſtræ, anteceſſorum, & ſucceſſorum noſtrorum, capellam *Roberti* de Kenareburgh; cum omnibus pertinentiis ſuis, quantum ad nos pertinet, cum aduocatione Eccleſiæ de Kampeſtinant, cum ſuis pertinentiis, & totam illam terram cum pertinentiis quas D. *Ioannes* Rex pater noſter dedit prædicto S. *Roberto* in vita ſuâ, & etiam illum campum qui dicitur Siuineſco, cum quodam boſcho adiacente qui vocatur Kalikeldeſyhs, ex parte boreali aquæ quæ appellatur Nid vſque pontem pendentem; & ex alia parte eiuſdem aquæ in Occidente verſus boream, vſque ad viam quæ protendit de Kenareburgh verſus Heuinza, totam illam terram que appellatur Belmunde inter foreſtam & parum parcum de Kneareburgh, ſicut via ſe extendit de ponte ſubtus Eccleſiam de Knareburgh eundo verſus foreſtam *Monaſticum Anglicum f. 832.*

reſtam

reſtam à ſiniſtris, & etiam totam terram illam quæ vocatur Spiteltrofts cum pertinentiis.

Prætereà dedimus & conceſsimus dictis fratribus, & eorum ſucceſoribus paſturam ad viginti vaccas cum earum ſequelâ trium annorum in Hamſthuet & ad trecentas oues ibidem, & ad quadraginta porcos quietos de Pannagio in Ocheden, &, ſi plures habuerint, faciant pro eis ſicut alijs de paſtura ſiluis & parcis noſtris: Habendum & tenendum dictam capellam cum aduocatione dictæ Eccleſiæ, & omnes alias terras prædictas cum earum pertinentiis de nobis & heredibus noſtris prædictis fratribus & eorum ſucceſſoribus benè & in pace, liberè & quietè ab omni ſeruitio ſeculari, exactione, conſuetudine, & demandâ ad nos, vel hæredes noſtros pertinentibus, in liberam, puram & perpetuam eleemoſinam; ſaluis nobis & hæredibus noſtris beſtiis ſilueſtribus, ità quod liberum habeant introitum & exitum ſicut prius habere conſueuerunt in prædictis, ità videlicet quod homines noſtri de Knareburgh communicabunt in omnibus prædictis terris poſtquam prædicti fratres veſturas earum aſportauerin cum animalibus ſuis, per totum vbi non fuerit ſeminatum vſque ad feſtum natalis Domini, præterquam in Siulneſco, & cultura veteris parci, quę quieta & ſoluta ab omni communicatione prædictis fratribus remanebunt. Et nos, & hæredes noſtri prædictis fratribus prædictas Capellam & terras cum aduocatione dictæ Eccleſiæ, & paſtura vt prædictum eſt, ſicut puram & liberam eleemoſinam noſtram varantiſabimus contra omnes homines & fęminas, quamdiu dicti fratres in dicto loco morabuntur. Et vt hæc noſtra donatio, conceſſio & chartę noſtræ confirmatio ſtabilis permaneat, atque rata, præſentem chartam ſigilli noſtrii munimine duximus roborandam his teſtibus, DD: *VVilelmo* de Ros, *Ioanne* de Stateuill, *VVilhelm* de Irebi, *VVilhelmo* de Furmiral, *Richardo* de Turri, *Ioanne* filio *Thomæ*, *Rogero* de Aumaru militibus, Dominis *Philippo* de Eya, *VVilhelmo* Blondel, *Roberto* de Kynton Clericis & aliis. Dat. Londini decimo die Aprilis, anno Gratiæ M. CC. LVII.

Puto autem confuſionem tolli poſſe ſi dicatur eſſe vnum diploma; neque illa duo *Inſpeximus*, facere totidem reſcripta, ſed vnum, quod eſt *Richardi* Regis Alemanniæ hoc anno electi; alia duo eſſe totidem confirmationes; vnam conceſſionis, aliam autem ipſius confirmationis.

Denique eodem iſte Maior Miniſter, poſtquam Ordinem per annos ſex. & menſes aliquot adminiſtraſſet, ſenio confectus, necnon miſeriis ac ærumnis ſarcinam corporis depoſuit apud celebrè cænobium clari Viuarii Handiſcottanum in Flandria, die 26. Martii; vacauitque Generale Miniſterium per tres menſes & dies octo. V.

ANNVS

A N N V S.

IESV CHRISTI D. N.	1258.	IMP. OCCID. VAC.	
ALEXAND. Pp. IV.	4.	INDICT.	1.
BALD. IMP. ORIEN.	30.	RELIG. SS. TRINIT.	61.

B R E V I A R I V M

1 R*omæ* Madius *Senator omnia rurſum prorſum voluit, vt etiam Pontificem ad fugam compulerit.*

2 Manfredus Frederici *Spurius, nihil illo minùs, in Oriente omnia miſcet.*

3 *Origo monaſterij Beluariens: Ordinis Trinitarij:*

4 *Eadem aliter recenſa; ſi tamen eadem, ac non magis alteriùs cænobij, & authoris eiuſdem.*

5 *Diſcrepantia Authorum, an, & quomodo poſſit hic conciliari?*

6 *Inſignis liberatio Captiuorum a Fr.* Ioanne *huius Ordinis ad* 339.

I. *M. Pariſ. Nang. in vita S. Ludou. Spond. hic num. 1.* QVoad negotia huius ſacri Ordinis annus ferè effætus eſt, quoad illa Ecclesiæ turbulentus. Romæ *Madius* Senator, qùm populum variis ſniuriis opprimeret, ſolis nobilibus, maximeque Hannibalenſibus placiturus, eâ re concitati populares, hortatu cuiuſdam *Mathæi* Anglici magiſtri piſtorum, impetu facto in carcerem quo *Brancaleo* antiqus Senator detinebatur, ipſum extrahentes priſtinæ dignitati reſtituerunt, addentes Sacramentum fidelitatis ſuæ eidem. Is autem aduerſarios ſuos protinus Vrbe eiecit, & duos Hannibalenses patibulis obtulit, non habitâ ratione Pontificis, qui tum Romæ degebat, eumque fulmine excomunionis feriit. *I*mò verò ille *Alexandro* & Cardinalibus extrema minatus, coegit eos Viterbium proficiſci.

II. *Manfredus* etiam ſpurium vitulamen *Frederici*, non tantum in *Italia*, verùm etiam in Syria & vniuerſo Oriente res miſcebat, eiuſque occaſione factum eſt vt & Latini *I*mperium Conſtantinopolitanum anno ſubſequenti amiſerint, & Chriſtiani Crucesignati contra Saracenos nihil præclari geſſerint, Venetis & *I*anuenſibus mutuâ diſcordiâ ſciſſis. *Petr. Marcell. in Rayner.*

III. Religio Trinitaria eodem anno ditata eſt vno ſaltem inſigni monaſterio Beluarienſi, (vulgo Beauuais) ſupra Oceanum in Britannia Minori, perquendam Principem, qui temporibus S. *Ludouici* Regis à Saracenis captus, à quibuſdam illius Patribus liberatus eſt. Equidem apud plures hiſtoricos video rem variè relatam, niſi fortè illi interim referant fundationes plurium domorum, ac non tantùm vniùs. Quiſpiam ſcribit monaſterium de Beluario ſupra marę Sanctæ *Catharinæ* dicatum, in Comitatę Pictauienſi Prouincię Normannię, ſiuè Neuſtrię, fundatum à quodam Principe, S. *Ludouici* Regis in expugnatione Damiatę complice, et à Religioſis huius Ordinis redempto, quippè iam tùm à Saracenis intercepto, & ſeruituti mancipato. *[illegible].272.*

Alius autem locum vocat Benthal, & erectionem monaſterij ita factam recenſet. Quidam Dynaſta pro ſuâ pietate ſuſcepit peregrinationem ad Terram Sanctam, quo in itinere, fortunâ non fauente, à Barbaris captus, arctiſſimæ cuſtodiæ incluſus eſt. Ibi ille diu delituit, magnis miſeriis obluctatus,

neque

neque quempiam habens à quo opem expectare poſſet aut implorare præter carceris cuſtodem, quem proinde orauit vt aliis Chriſtianis ſignificaret captiuitatem ſuam, ſi fortè aliquis inciperet ei ſubuenire. Quod qòm ille egiſſet, & inaudiſſent PP. Trinitarii, expenſis pecuniis, quas è multis locis collegerunt, ipſum carceri ereptum domui ſuæ reddiderunt. *Ille* autem in patriam, & patrimonium ſuum regreſſus, totam ſummam ſui lytri fideliter, & cum fænore reddidit Religioni, ingenti gratitudine, & ſui oneris profeſſione.

Neque verò diu lætatus eſt partâ libertate, quin inde ad paucos annos obiuit: Reliquit autem filium Comitem *Henricum*, qui paternæ gratitudinis non minus quàm patrimonii hæres, ipſe inquam cum Margharetâ coniuge, & Philippo filio illud exſtruxerunt dicti Ordinis PP. in actionem gratiarum pro gratiâ in perſona parentis acceptâ anno 1248. Qui calculus annorum facit me ambigere num author iſte loquatur de eodem conuentu de quo alii, ſed non nimis; omnes enim numeri conueniunt cum illo huius anni, præter vnum ordine tertium: ſed enim is facili traiectu, aut præcipitantiâ ſcribæ potuit ex 5. reddi 4. vt ibi.

In alia etiam forma hiſtoriç vnum eſt in quo conueniunt relatores, eſtque vicinia maris; altero diſcrepant, ſcilicet nominibus prouinciarum; nam author prioris recenſus cænobium adſcribit Britanniæ Minori, hoc eſt Aremoricæ, ſecundi autem author Neuſtriæ: quod vtriuſque diſcrimen me magis quatefecit quam prius illud; qum differentia huius non poſſit redimi per notam aliquam Arithmeticam. Quæ de hoc ſufficiant quoniam niſi poſſint authores his modis conciliari, nihil perdimus, ſed lucramur aliud cœnobium. V.

Deſinam in eo quod ipſo anno, quidam huius Ordinis Fr. *Petrus* Ioannes, Miniſter Burgenſis, ad Baacenſem Vrbem profectus, inde eduxit liberos tercentum triginta nouem Chriſtianos, eatenus captiuos. *Tamayin Martyr.*

A N N V S

IESV CHRISTI D. N. 1259.		IMP. OCCID. VACAT.	
ALEX. Pp. IV.	5.	RELIG. SS. TRINIT.	62.
BALD. H. IMP. ORIENT.	31.	INDICT.	2.

B R E V I A R I V M.

1 *Ezelini tyranni dignus ſceleratiſſimâ vitâ exitus.*

2 *Ordini Trinitario ſurgit inſigne cœnobium Fontis Bleaudij.*

3 *Diploma S. Ludouici Regis pro eodem.*

4 *Aliud item Seſabitanum in Hiſpaniâ, item Rege fundatore.*

I. Huius anni ortum fauſtum fecit occaſus Ezelini tyranni; Iſte enim inueteratus dierum malorum, ipſo labente tandem dedit pœnas grauiſſimorum ſcelerum quç tot luſtris in innocentes ſæuiendo commiſit. Qùm enim, venundatus vt faceret malum, nihil tale actum reputaret, dum aliquid ſupereſſet agendum, neque Diuinæ iuſticiæ, neque corporis ſui ſenio fatiſcentis memor, Mediolanum tentaret proditione capiendum, eòque cum vali- *Mon: Paduan. Chron lib. 2. & 3. Paul. Iouius, Elog. lib. 1. Boſſ. in Cronic.*

do

do exercitu properaret, & re detectâ abſcedere coactus, ab hoſte inter oppida ac flumina concluſus, pugnâ ceptâ, ſagittam ex propugnaculo pontis in incertum emiſſam articulo pedis excepit, cuius immenſo dolore prælium deſerere coactus, dum Bergomum fugit, ab hoſtibus circumuentus, captuſq; dolore magis animi quam vulnerum grauitate deceſſit, Deo & hominibus inuiſus, impœnitens, & Eccleſię Sacramenta peroſus. Sunt qui aſſerunt quod cladis acceptæ & ignominiæ impatiens conſutum vulnus præ iracundiâ reſciderit, deinde inediâ & cruciatu conſumptus. Eius corpus vt anathematicũ & omni piorum gradu deturbatum, in prophano & ignobili loco proiectum magis quàm humatum eſt.

II. Iam à publicis ad propria tranſeundo, idem iſte annus huic Ordini dedit inſigne cænobium Fontis Bleaudi, vulgo Fontaine Bleau. Ibi enim Sanctus Rex *Ludouicus* eius alumnis ſtruxit vnum, ſitus conditione amænum, cuius rei causâ ipſi Galliæ Reges ibi habent palacium quo in æſtiuis caloribus ſecedunt. Neque verò pius iſte Princeps Patribus cænobium duntaxat contulit, ſed & Xenodochium; quorum vtrumque ac ſingula, ne quis vnquam aut negare illis conceſſa, aut eripere audeat, do publicum inſtrumentum amborum, quod proximè debetur Sanimarthanis gemellis, ipſi autem eruditiſſimo viro Michaeli Conſtantino Meldunenſi presbitero proximè.

P. Dan. in hiſt. Barbar. f. 474.

Sanimart. tom. 1. p. 639.

In nomine Sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis Ludouicus Dei gratia Francorum Rex.

NOuerint vniuerſi, præſentes pariter & futuri, quod pro ſummi largitoris amore pariter & honore, & pro ſalute animæ noſtræ, & remedio anima-
III. rum inclytæ recordationis Regis Ludouici genitoris noſtri, & Reginæ Blanchæ genitricis noſtræ, & aliorum prædeceſſorum noſtrorum, ad petitionem Nicolai Cappellani capellæ Domus noſtræ de Fonte Bleaudi, & ad liberam reſignationem eiuſdem, de voluntate & aſſenſu dilecti & fidelis noſtri *VVilhelmi* Sermonenſis Archiepiſcopi, & parochialis presbiteri de Auon. conſenſu pariter accedente, ad Diuini cultus augmentum; fratribus Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis & captiuorum cappellaniam prædictam cum omnibus reditibus, prouentibus, & pertinentiis quibuſcumque ac domum Porpriſium, in quo Capellanus manebat, in puram & perpetuam eleemoſinam dedimus & conceſſimus ab iiſdem fratribus quietè & pacificè poſſidenda, et ad ædificandum et fundandum in eadem domo et Propriſio, et circa, baſilicam in honorem ſanctæ et indiuiduæ Trinitatis, et hoſpitale pauperum infirmorum qui de circum adiacentibus locis deſertis et aridis confluant, et trahantur ad illud, vt in ipſis Chriſtus Dominus, tanquam in membris propriis foueatur, ac officinas fratribus ibidem, et iuxta ſui Ordinis inſtituta, Deo debitæ ſeruitutis obſequia ſoluturis accomodas, et familię eorundem. In eadem autem domo morari tenebuntur in perpetuum ſeptem fratres Clerici Ordinis antedicti, quorum eſſe debent quinque ſacerdotes ad minus, et ex quinque ipſis Sacerdotibus vnus vel duo in Cappella noſtri monaſterii ſupradicti dudum in honorem Dei, et B. Virginis Mariæ, et B. Martyris Saturnini fundata, et poſtmodum à Beatiſſimo Chriſti Martyre Thoma Cantuarienſi Archiepiſcopo conſecrata, duas Miſſas, vel vnam ad minus tenebuntur diebus ſingulis celebrare. Tenentur etiam dicti fratres celebrare pro nobis quamdiu vixerimus,

in loco prædicto, vel in capella noſtri manerii, diebus ſingulis vnam Miſſam de Spiritu Sancto, vel de B. Virgine; et poſt deceſſum noſtrum, in perpetuum diebus ſingulis Miſſam quæ prò defunctis fidelibus celebratur, exceptis paucis diebus ſolemnibus, in quibus celebrare non conſueuit Eccleſia pro defunctis. Inſuper aniuerſaria iſta videlicet inclytæ recordationis Regis *Ludouici* genitoris noſtri, Reginæ *Blanche* genitricis noſtræ. R. Comitis Attrebatenſis fratris noſtri, et noſtrum et ipſius obitum celebrare ſolemniter tenebuntur. Hos autem reditus inferius annotatos inuenimus olim à noſtris prædeceſſoribus inclytæ recordationis, Rege Ludouico proauo noſtro Regia liberalitate donatos et conceſſos fuiſſe Capellaniæ prædictæ, ſicut in chartis aui noſtrì prædicti vidimus plenius contineri, videlicet tres modios frumenti ad menſuram Gaſtinenſis in feſtis B. Remigii annuatim percipiendos in granchia apud Capellam, quatuor libras annui reditus in Præpoſitura noſtra Moreti die Aſſumptionis B. *Mariæ* ſoluendas, item quatuor libras de cenſu Terræ arabilis, quam prædictus proauus noſter olim adenſuerat Giliberto de Braya, Ita quod Gilibertus, et quicunque poſt ipſum terram illam haberet, ſacerdoti qui pro tempore dictæ capellæ deſeruiret quatuor libras annuatim in feſto S. Remigii perſolueret. Si autem poſſeſſor Terræ Capellano die ſtatutâ non ſolueret cenſum illum, nobis emendaret: Et ſimiliter dictus Præpoſitus Moreti idem faceret, ſi in ſolutione aliarum librarum quatuor prædictarum deficeret ad terminum prælibatum. Item viginti ſolidos Pariſienſes pro luminari Cappellæ prædictæ S. *Saturnini* annuatim perſoluendos in cenſu dictarum terrarum arabilium apud Moretum: Ex quibus quatuor libras præfatæ capellæ conceſſerunt prædeceſſores noſtri prædicti. Item decimam vini, quam dicti prædeceſſores noſtri Reges percipiebant apud Recloſes, Conceſſit auus noſter prædictus Capellano dictæ Capellæ in perpetuum percipiẽdam in Cupa ſub hac forma: Quod ſi Capellanus aliquem hominem accuſaret decimam ſuam retinuiſſe, ille ſe inde ſacramento purgaret: Si vero nollet ſacramentum præſtare, ipſe integraliter idem Capellano decimam ſuam redderet, et ipſe Rex emendationem ſuam inde haberet. Si quis autem vindemiam ſuam duceret extra decimarium, antequam idem Sacerdos de Decima ſua gratum haberet ſuum, ipſe Rex emendationem, et Sacerdos Decimam ſuam haberet. Cæterum ſexaginta ſolidos Pariſienſes quos percipere conſueuit Capellanus capellæ prædictæ [pro] roba annuatim ad terminum conſuetum. Prænominatos autem reditus à prædeceſſoribus olim datos & conceſſos Capellaniæ prædictæ, ſecundùm quod ſuperius continetur prædictæ domui et fratribus in perpetuum concedimus, et authoritate confirmamus Regiâ. Inſuper damus in perpetuam eleemoſinam ad ſuſtentationem fratrum ipſorum, et pauperum infirmorum, ac ſeruientium eorundem duodecim modios frumenti, ad menſuram Senonenſem in reditibus noſtris percipiendis annuatim per manum Præpoſiti qui pro tempore ibidem fuerit infra Octauas omnium Sanctorum, et octo modios auenæ apud Hames in reditibus noſtris eiuſdem loci ad eundem terminum per manum Præpoſiti dicti loci, et quadraginta libras Pariſienſes annui reditus in Præpoſitura noſtra Moreti, medietatem videlicet ad octauas omnium Sanctorum, et aliam medietatem ad octauas Aſcenſionis Domini per manus ſimiliter Præpoſiti in terminis prænotatis prædictis fratribus annuatim ſolui ſine difficultate, diminutione, vel dilatione quacunque. Quod ſi dicti Præpoſiti in ſolutione prædictorum pro toto,

vel pro parte defecerint, pro ſingulis diebus quibus fuerit in ſolutione ceſſatum, quinque ſolidos Pariſienſes nomine pœnę memoratis fratribus perſoluere teneantur. Cæterum donamus et concedimus eiſdem preſſorium noſtrum de Recloſes cum omnibus iuribus quę habemus, vel quæ habere poteramus in ipſo poſſeſſorio quoquo modo. Præterea donamus & concedimus domui & fratribus antedictis Vſuagium ſuum in foreſta noſtra Bierriæ competenter & adædificandum, & vt centum porcos habeant in Peſſena noſtræ dictæ foreſtæ, quotieſcunque erit ibidem Peſſona, liberos & quittas ab omni coſtuma & exactione quâcunque. De oblationibus autem Capellæ S. Saturnini, & deliberatione panis & vini & coquinæ, cum præſentes fuerimus nos, vel Regina, ſeu proles Regia, volumus & præcipimus ordinationem in chartis prædicti aui noſtri contentam teneri inuiolabiliter & ſeruari; Hæc autem ſupradicta omnia dicti fratres in vſus Conuentus ſuperius memoratos, nec ea teneantur aut valeant tertiare. Quod vt perpetuæ ſtabilitatis robur obtineat præſentem paginam ſigilli noſtri authoritate ac Regii nominis charactere inferius annotato fecimus comuniri. Actum apud Fontem Bleaudi, anno Dominicæ Incarnationis M.CCLIX. Menſe Iulio, Regni vero noſtri an. XXXIII. adſtantibus in palatio noſtro quorum nomina ſuppoſita ſunt & ſigna Papifero nullo. Signum Ioannis Butycularij. S. Alphonſi Camerarii. S. AEgidii Conſtabularii. Data vacante Cancellaria.

Quia autem prouentus qui ad Capellam pertinebant, tranſlati videntur Regiâ authoritate ad PP. Trinitarios, vt Reſcriptum hactenus extenſum continet, precium operæ videtur, ſi exemplar chartæ primarię fundationis eiuſdem Capellæ ſubdamus: Et ecce ipſum.

In nomine Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis
Ego Ludouicus Dei gratia Francorum &c.

NOtum facimus omnibus futuris ſicut & præſentibus, quod in honore Dei, B. Virginis Mariæ, & glorioſi martyris Saturnini apud Fontem Bleaudi conſtruximus Eccleſiam, quam dotauimus hoc modo. D. Bartholomæo & ſucceſſoribus ſuis qui ibi deſeruierint poſt Bartholomæum aſſignauimus tres modios frumenti ad menſuram de Gaſtinois in feſto B. *Remigij* annuatim recipiendos in Granchia noſtra apud Capellam, & ſex modios vini in noſtro Clauſo de Henci, ad menſuram de Samotorum. Quod ſi vinea aliqua occaſione ad percipiendos ſex modios defecerit, de cenſu vini noſtri de Samois perficiantur, & apud Moretū quatuor libras in denarijs de cenſu Terrę arabilis, quam aſcenſiuimus Gilberto de Braya, et quicunque poſt ipſum terram illam habuerit, ſacerdoti qui deſeruierit quatuor libras annuatim perſoluat in præfato feſto. Si autem poſſeſſor terræ Capellano die ſtatutâ non perſoluerit cenſum illum, nobis emendabit. Capellanus vero in luminaribus Eccleſiæ prouidebit: quidquid autem a Capellano ædificatum fuerit apud Fontem Bleaudi, ſicut in domibus ſiue in arboribus, ſiue in Viuario & Prato, excepto mobili, in perpetuum Eccleſiæ remaneat, et illi qui Eccleſiæ deſeruierit. Inſuper Capellanus, vſurarium ſuum in nemore habebit ad ardendum. Et quæ vſque in hodiernum diem perſoluuntur quoties nos, ſiue Regina, ſiue filius noſter ibi affuerimus, Capellanus habet liberationem ſuam integram, ſcilicet

licet quatuor panes & dimidium ſextarium vini; et pro coquina duos denarios, et vnam teſam candelæ. Quod vt ratum in poſterum habeatur, Sigilli noſtri impreſſione, et nominis noſtri charactere muniri et conſignari præcepimus. Actum publice apud Fontem Bleaudi, an. Incar. Domini M.C.LXIX. adſtantibus in palacio noſtrò quorum nomina et ſigna ſubſcripta ſunt. Signum Comitis Theobaldi Dapiferi noſtri. Signum Guidonis Buticularij. S. Mathæi. Camerarij. S. Radulphi Conſtabularij. Data per manum Hugonis Cancellarij.

Quo loco libet admirari Regis verè Chriſtianiſsimi non modò profuſam liberalitatem, ſed adhuc etiam pietatem, qum ipſe ad eundem conuentum ſolitus ſit ſæpius diuertere et ſpiritualia exercitia abſoluere frequentando cũ PP. chorum. Interim autem oblonga chlamide vtebatur ex byſſo ad modũ inſigni, adiecto pileo, quæ ambo adhuc hodie in eodẽ cœnobio magnâ reuerentiâ ſeruantur.

Sed et libet auctoris cuiuſdam fidem carpere, qui aſſerit Sanctum Regem, IV.
compuliſſe ſuos ſacellanos, clericos ſiue ſeculares, ingredi Religionem hanc Sanctiſſimę Trinitatis; pro quo adſtruendo prouocat ad diploma, qum diploma nihil tale habeat.

Denique eidem anno debetur monaſterium. Seſabitanum (vulgo Xatiua) diœceſis Valentinæ, nequid minus debeat ſacer iſte Ordo Hiſpanis quàm Gallis. Exſtructum autem eſt quam maxime operâ F. Ferarij Miniſtri Darocẽſis, et Prouincialis Aragoniæ. Ad quorum fidem duo teſtimonia pro feram, vnum ex MSS; alterum ex codice impreſſo. Primum eſt antiqua et adhuc vernacula lingua Valentina: tale. Quant lo Conuent de Xatiua ſe funda eſtauen enel dos Religioſos Theolechs, embiats del Prouincial, que era Miniſtre de Daroca.

In breui Ordinis Chronico excuſſo Barcinon. 1563.

Secundi author eſt P. Michael *Borrellus*, iſtis: Domus Xatiua, cuius qum legerem fundamenta prima, hoc perpendi, fundatam fuiſſe per Miniſtrum Darocenſem, Prouincialem huius prouinciæ; et per Miniſtrum Domus de Alagon, cuius non inueni nomen.

A N N V S.

IESVS CHRISTI D. N.	1260.	IMP. OCCID. VACAT.	
ALEX. Pp. IV.	6.	RELIG. SS. TRINIT.	63.
MICH.PALEOL.IMP. OR.	1.	INDICT.	3.

B R E V I A R I V M

1 ALbericus *tyrannus (qui ſucceſſor & frater Ezelini fuit,) à Pontificio Legato captus & caſtigatus.*

2 *Ianuenſes obſtant ne Imperium Conſtantinopolitanum ad Latinos redeat.*

3 *PP. Trinitarijs ſtruitur inſigne cœnobium Trecis à Theob: Rege.*

4 *Diploma Regis Theobaldi pro eodem à PP. poſſidendo.*

5 *Copioſa redemptio P.* Ioan. *de Salis, ex hoc Ordine 5000. captiuorum.*

6 *Dedicatio Fontis Bleaudij, & diploma* Pontificum *pro eâ.*

I. HYdram diceres Ezelinam domum, ita non potuit vno capite amputato extingui. Nam ab eius morte germanus illius *Albericus* rerum potitus, et tyrannidem proſequtus, oſtendit fratrem in ſe ſupereſſe; at non ſemper impunè; Legatus enim Pontificius exploratâ illius fraude, quod Pontifici verba daret, et interim Manfredi partes ſequeretur, contra eum Crueeſignatos armauit. In horum poteſtatem Albericus venit, et pœnas quas meruit, exoluit. Sunt qui ſcribant Taruiſinos tyrannorum odio ſex Alberici filios in conſpectu patris trucidaſſe, vxorem et filias ignibus viuas ab ſumpſiſſe.

Author. ann. præcedentis citati.

II. In Græcia etiam per id tempus res parum quietæ fuerunt; Qum enim Michael Paleologus, Balduino Imperatore et Iuſtiniano Patriarcha, vna cum reliquis Latinorum eiectis, Imperium Orientis occupaſſet, Veneti adtuendas Maris AEgæi inſulas Marchum Michaelem cum decem et octo triremibus miſere, eique in mandatis dederunt vt loca omnia Paleologi infeſtaret. Quod ita ſtrenuè factum eſt vt ille in deſperationem actus de relinquenda Conſtantinopoli cogitaret, niſi Ianuenſes Venetis infeſti, Societatem cum Paleologo iniuiſſent.

Annal. Flandr. lib. 9. Brou an. 1259. n. 9.

III. In annales Ordinis hoc anno video duo eſſe referenda: Vnum eſt adquiſitio inclyti Monaſterii Trecenſis (vulgò de Troye) quod ipſis PP. aſſignandum curauit Theobaldus Rex Nauarræ, Comes Campaniæ. Et quoniam magnificentia doni, et maieſtas dantis non ſunt ſtrictim prętereunda, proinde præfabor aliquamdiu huic conceſſioni, tametſi alterius ſtilo. Veriſſime enim aliquis aſſeruit quod, qui veterum hiſtoriæ ſcriptorum monumenta legerunt, aut ſaltem titulos Eccleſiarum Tricaſinæ diœceſis contrectarunt, facile perſpiciunt quanta fuerit Campanorum Comitum pietas, libertas, et magnificentia ex innumeris beneficijs dictæ Eccleſiæ ab ipſis collatis, magnâque earum parte ipſorum æuo excitatis. Verum pietatis iſtius feruor clarius enituit qùm ipſi operas, & laborioſas profectiones aduerſus infideles ſuſceperunt, cum quibus accerrimè et ſtrenuiſſimè dimicantes, ſæpius vitam et ſalutem in varia diſcrimina adduxere, vt de Hugone Comite qui hac de causâ bis mare trajecit; de *Henrico I.* item *Henrico II.* eius filio memoriæ proditum eſt, imo etiam de Comite Theobaldo huius nominis V. qui in ſacrâ il-

Camutat. in hiſtor. Tricaſſ. f. 425.

ſa expeditione per D. *Ludouicum* Regem illius ſocerum an. 1270. iterum ſuſceptâ, quâ quidem Africam penetrauit, religioſiſſimè exceſſit è viuis. Hic verò Theobaldus an. 1237. luculentam domum Franciſcanis alumnis, proximè Tricaſſinam exſtruendam curauit, non procul à publicâ vrbis portâ, quam vulgus vernaculè Comporte appellat; antea Cæſaris porta nuncupabatur, in quâ quidem domo circiter viginti annos dicti Minoritæ ſodales commorati ſunt, donec idem Comes aliam eis ex ędificauit longe ampliorem et ſpacioſiorem, intra vrbis ſepta et mœnia incluſam, quam etiamnum hodie inhabitant; Et aliquanto poſt, nimirum anno 1260 Religioſos inſtituti, ſeu Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, (aliàs Redemptionis Captiuorum) aduocauit, eoſque in priore illo Franciſcano domicilio collocauit, annuoſque redditus, et fructus ipſis aſſignauit etc.

Ego autem, vt huius aſſignationis ac doni ſolida probatio permaneat, neque vnquam reuocari poſſit in dubium, aut obliuione deleri, huc transferam exemplar publici Inſtrumenti quo idem Theobaldus Rex et Comes voluit dictum Conuentum, atque ipſum concernentia deinceps ad PP. Trinitatis pertinere: Eſt enim iſtud.

Theobaldus Dei gratia Rex Nauarræ
Comes Campaniæ, & Briæ Palatinus,
Omnibus præſentes litteras inſpecturis.

NOtum facimus quod Nos propter Deum, et ob noſtra, ac chariſſimæ vxoris noſtræ *Iſabellæ*, ac parentum, et anteceſſorum noſtrorum animarum remedium ac ſalutem, damus et concedimus in perpetuum fratribus S. Trinitatis captiuorum domum eam Trecas, quę fuit quondam fratrum Minorum, cum proprijs ædificijs, et pertinentibus omnibus domus eiuſdem, vt inhabitent, et Deo famulentur ibidem. Item damus in perpetuum et concedimus ipſis fratribus qui pro tempore reſidentiam facient et deſeruient ibidem, ſex modios frumenti ad magnam menſuram Trecenſem, capiendos ſingulis annis ad feſtum S. Remigij, in capite Octobris in granarijs noſtris apud Pruuium: item 50. libras Pruuinenſes capiendas annuatim apud Trecas, in partagio noſtro Trecenſi; ſcilicet 25. libras in nundinis S. Ioannis, et 25. libras in nundinis S. Remigij, infra earum rectum pagamentum. Concedimus etiam ipſis fratribus, et volumus quod à portagio tolonęo et aliis conſuetudinibus, quibuſcunque liberi ſint penitus et immunes, quantum ad ea quę ad vſus ſuos ad villam, ſiue per villam Trecenſem afferri facient vel adduci, cauſâ tamen negotiationis, & ipſâ negotiatione excluſis penitus & remotis. Et volumus, vt ex nunc per præſentes litteras mandamus illis qui pro tempore dicta granaria noſtra cuſtodient, & qui dictum portagium tenebunt, quod certo nuncio dictorum fratrum, dicta frumentum & pecuniam, abſque expectatione alterius mandati noſtri integrè & benignè perſoluant, locis & terminis ſupradictis. Et ſi contingat quod ea ita non ſoluerent dicto nuncio infra triduum poſtquam adhoc dictis elapſis terminis veniret, volumus & ſtatuimus quod ei pro ſingulis diebus quibus vltra illud triduum in ſolutione ceſſarent, quinque ſolidos Prouinenſes de ſuo in quolibet termino nomine proprio reddere teneantur. Tenebuntur autem pro præ- IV.

miſſis

miſſis fratres ibidem reſidentes, pro nobis & dicta vxore noſtra in dicto loco ſuo ſingulis diebus quamdiu vixerimus vnam Miſſam celebrare; vna die de Spiritu Sancto, & in craſtino de B.Virg.*Maria* & ſic continuè toto tempore vitæ noſtræ; & cum ab hoc ſeculo Nos, & dictam vxorem noſtram migrare contigerit, tenebuntur ex tunc in die obitus noſtri, & die obitus dictæ vxoris noſtræ aniuerſaria noſtra facere ſemel in anno annuatim ſolemniter in futurum, & vnam Miſſam pro animabus noſtris ſingulis diebus in perpetuum celebrare, exceptis præcipuis ſolemnitatibus in quibus hoc facere non liceret, ſeu deceret. Et licet pars tertia bonorum dictorum fratrum, ſecundùm regulam ſeu conſuetudinem ſui Ordinis, conuerti debeat in redemptionem captiuorum, nolumus tamen quod de prædictis, ſibi à Nobis, vt ſuperius dictum eſt collatis ratione dictę redemptionis vllo modo aliquid deducatur. Nec volumus quod de his ad Hoſpitale aliquatenus teneantur, ſed vt ea omnia alijs viſibus fratrum illorum qui pro tempore in prædicto loco reſidentiam facient, integraliter applicentur. Et ſub tali conditione Nos eis præmiſſa contuliſſe pateat vniuerſis. Nos vero in teſtimonium & perpetuam memoriam præmiſſorum litteras has facimus ſigilli noſtri appenſione muniri. Dat. Trecis per manũ dilecti & fidelis Vice Cancellarij noſtri Fr. Petri *de Roſcida* Valle; Scriptum per manus Richardi de Monaſterio Deruenſi, Clerici noſtri, an.ab Incarnatione Domini 1260. Menſe Aprili.

V. *Tamay Martyr. Figuer.f.84.* Alterum quod dixi huic anno aſſignandum ad æternam laudem PP. eſt copioſa redemptio ab ipſis facta. *I*n eo enim P. Ioannes de Salis Miniſter Burgenſis & Caſtellæ Prouincialis, in ſuo triennio captiuorum fidelium Chriſti ex infidelium carceribus vltra quinque millia liberauit. Dignus inſigni triumpho quem expectare poteſt ad cęleſte Capitolium ab ipſo ducendum, ſtipato interim hoc exercitu redemptorum; qùm aliàs Cæſares captiuis ad Romanum ductis gloriarentur, tanquam laudi eſſet captiuam ducere captiuitatem, ac non magis liberam & emancipatam.

VI. Eſt etiam tertium Ordini huic & anno adſcribendum, nempe dedicatio ſolemnis Eccleſiæ quæ adiacet Cœnobio Fontis Bleaudi PP. Trinitariorum; illam enim conceſſit faciendam (aſſignatis menſe & die ei), *Alexand.* Pp.IV. idq; ad inſtantiam Sancti Regis *Ludouici* Galliarum, vt patet ex ſubiecto diplomate eius, quo Pontifex inuitat fideles ad celebritatem, erogatis remiſſionibus peccatorum omnibus qui ei adeſſent, non modò dum fieret, ſed etiam qum recoleretur anno vertente in perpetuum: Ecce enim ipſum.

ALEXAND: EPISCOPVS

Seruus Seruorum Dei,

Chariſſimo in Chriſto filio Regi Franciæ illuſtri, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Licet is de cuius munere venit vt ſibi à fidelibus ſuis dignè & laudabiliter ſeruatur, de abundantia pietatis ſuæ, quæ merita ſupplicum excedit & vota, bene ſeruientibus multo maiora retribuat quam valeant promereri. Nihilo minus tamen deſiderantes reddere Domino populum acceptabilem,

fide-

fideles Chriſti ad complacendum, & quaſi quibuſdam illectiuis muneribus, indulgentiis ſcilicet & remiſsionibus inuitantur, vt exinde reddantur Diuinæ gratiæ aptiores. Cum igitur, ſicut ex parte tua fuit propoſitum coram nobis, Eccleſiam Domus de Fonte Bleaudi Ordinis S. Trinitatis & captiuorum de nouo fundaueris & dotaris, intendaſque ipſam in proximo facere dedicari. Nos cupientes vt Eccleſia ipſa congruis honoribus frequentetur, omnibus verè pœnitentibus & confeſſis, illuc die dedicationis ipſius & per tres menſes imediate ſequentes accedentibus, tres annos, & totidem quadragenas; Illis autem qui in eiuſdem dedicationis, & infra octo dies poſt idem anniuerſarium imediate ſequentes ad Eccleſiam ipſam acceſſerint, annuatim annum vnum, & quadraginta dies de omnipotentis Dei miſericordia & BB. Petri & Pauli Apoſtolorum eius authoritate confiſi de iniuncta pœnitentia miſericorditer relaxamus. Dat. Anagniæ. VI *Id.* Octobris Pontif. noſtr. anno ſexto. Vnde iam incipiet.

A N N V S

IESV CHRISTI D. N.	1261	IMP.OCCID.VACAT	
ALEX.Pp.IV.Vltim. VRB.	1	RELIG.SS.TRINIT.	64.
MICHAEL. PALEOL.	2.	INDICT.	4.

B R E V I A R I V M

1 D*eceſſus è viuis* Alexandri *Pp.IV.eiuſque enconia.*

2 *Succeſſio* Vrbani *Pp.IV.cuius etiam conditio naturalium ac fortunæ exponitur.*

3 *Ordini Trinitario ſurgit inſigne cænobium de Mauritaniâ.*

4 Vrbani *Pontificis affectus in Ordine Trinitarium.*

5 *Diploma eiuſdem pro recupenda eorum domo* S. Thomæ de Formis.

6 *Idemque eximit PP. à communium vectigalium ſolutione vbique Orbis.*

PRæſens annus extulit præſentem Pontificem, Alexandrum; Hic enim tot turbas pertæſus, & irruentibus vndique curis quaſi obrutus, VIII. Calend. Iunii occubuit, ſedis anno ſeptimo. Vir verè magnus, ſcientijs excultus, & ſcientum amaſius; pietatis & Othodoxæ fidei validus aſſertor; pater pauperum; Religioſorum Ordinum vindex valdè acer, librum Gulielmi de Sancto amore contra Mendicantes, in plena Curiâ igni iniecit arſurum; Denique oculatus teſtis ſtigmatum S. P. N. Franciſci. I. *Ciac. in Vrban.*

Huic autem extincto Cardinales ſubſtituerunt *Iacobum* Pantaleonem; Patriarcham Hieroſolimitanum, quem caſu tunc in Curiâ præſentem, comunibus ſuffragiis, ſummum Pontificem elegerunt, & *Vrbani* IV. nomine ſalutarunt. II. *Paduan. lib.2.Chronicor.*

Natus fuit Vrbanus in Tricaſſibus, humilliſſimo loco, patre ſutrore veteramentario; ſed cùm indole animi præcelleret, & liberalibus diſciplinis operam dediſſet, ac Iuriſprudentiæ Theologiæ peritiam addidiſſet, primum Tri-

caſſinus Canonicus, deinde Laudunenſis Archidiaconus, poſtea Virdunenſis Epiſcopus, & Alexandri IV. in Pomeraniâ, Pruſſiâ, Liuoniâ, vniuersâque Germaniâ legatus, ac tandem Hieroſolymorum Patriarcha per omnes virtutum gradus ad Summum Pontificatum aſcendit.

III. Religioni Sanctiſſimę Trinitatis attulit hic annus inſigne domilium, dignum dante, qui fuit *Ludouic.* IX. Rex Franciæ; hic enim illi erexit monaſterium de Mauritania (vulgo de Mortana) Diœceſis Sagrenſis, Diuo *Eligio* dicatum, & ab ipſo fundatore annuis redditibus ac priuilegiis nobilitatum. *Figuer. f. 85.*

Iam vt paululum ad nouum Pontificem regrediamur, *Vrbanus* ipſis primitijs ſui Pontificatus oſtendit quam temere amaret ſacr. hanc Religionem Diuinę Trinitatis. *In* primis enim monſtrauit ſe ægrè tuliſſe ſocordiam quorundam Eccleſiæ Præſulum qui dictos Religioſos in Terrâ ſanctâ degentes & incumbentes tam in redemptionem vinctorum, quàm in alimoniam pauperum, non fouerent meritis officiis charitatis. Quamobrem & carpſit eos, & coegit ad maiora beneficia dicto Ordini præſtanda. Diploma infra dabo in Regeſto vt hic locum dem alteri eiuſdem quod magis erit vſui.

IV. Enim vero hoc eodem anno Richardus Hannibaldenſis de Molariâ Romanus, Diaconus Cardinalis S. Angeli in foro piſcium, Prior Diaconorum, Protector Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis; nec non commendatarius Abbas nobiliſſimis Hoſpitalis, & domus SS. *Michaelis* Archangeli & *Thomæ* de Formis in Monte Cœlio, à prædicto Pontifice obtinuit reuocationem conceſſionis factæ cuicunque perſonæ, loco, vel Ordini de dicta Domo per fælic. recordat. Alexand. Pp. IV. Prædeceſſor: ipſius anno 1255. litteras ſuper hoc confectas reuocauit, & decreuit nullius fore roboris ac firmitatis. Diploma, quia è re Ordinis ſummè futurum olim, ecce ipſum.

VRBANVS EPISCOPVS

Seruus Seruorum Dei &c.

R. Sancti Angeli Cardinali.

V. IN ter alias ſollicitudines quibus aſſidue premimur nos conuenit quod Eccleſiâ ac loca Religioſa in ſtatu tranquillo & proſpero conſeruentur, & illa maximè quę ad Sedem Apoſtolicam noſcuntur nullo medio pertinere. Attendentes itaque quod Domus Hoſpitalis S. *Thomæ* in *Formis* de Vrbe, Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis & captiuorum quam fælic: recordat. *Innocentius* Pp. III. prædeceſſor noſter, auunculus tuus de bonis Eccleſię fundauit, per tuam induſtriam circa ſpiritualia & temporalia, Deo propitio ſalutaria poterit ſuſcipere incrementa, ipſius curam Tibi authoritate præſentium, ad vitam tuam ſolummodò, duximus committendam, ita quod in ea Miniſtrum & fratres, ſi ex culpa corrigendi fuerint, poſſis corrigere, ordinare, reformare, & alia facere quæ ſaluti animarum, & ipſius vtilitatibus melius videris expedire, ac Miniſtrum & fratres ipſos abſoluere iuxta formam Eccleſiæ ab excommunicationum ſententiis, ſi quas pro violenta inrectione manuum in ſe ipſos hectenus incurrerunt, vel incurrent in poſterum, iniuncto eis quod de iure fuerit iniungendum, niſi eorum exceſſus adeo grauis extiterit & enormis

quod

quod propter hoc ad Sedem Apoſtolicam ſint mittendi; ac diſpenſare cum eis qui fuerint Clericali charactere inſigniti ſuper Irregularitate, ſi quam contraxerint, vel contrahent in futurum, huiuſmodi ligati ſententiis ſe Diuinis officiis immiſcendo, prout tua circumſpecta diſcretio ſecundum Deum viderit expedire: Prouiſo quod nulla de bonis ipſius Domus immobilis alienes ..... omnia tam quę in præſentiarum rationabiliter poſſidet, quam quæ in futurum iuſtis modis præſtante Domino aſſequetur, & etiam quę per tuam induſtriam, vel beneficium perſonarum inibi degentium deputentur. Nolumus autem quod huiuſmodi comiſſionis Tibi factæ, vel quocunque alio prætextu, ſeu occaſione illorum quæ Domui prædictæ donaueris, aut fueris elargitus, nepotes ſeu conſanguinei tui, vel hæredes in Domo ipſa, eiuſque bonis, iuribus, pertinentijs, patronatus, vel quodcunque aliud ius ſibi valeant vendicare. Cęterum quamcunque conceſſionem factam cuicunque perſonæ loco, vel Ordini de dicta Domo per fælic. recordat. Alex. Pp. prædeceſſorem noſtrum, & litteras ſuper ea confectas penitus reuocamus, & decernimus nullius exiſtere formalitatis, ſtatuentes vt idem Ordo Sanctiſſimæ Trinitatis, & Captiuorum in eodem Hoſpitali perpetuis temporibus inuiolabiliter obſeruetur. Nulli ergo noſtræ conceſſionis, reuocationis &c. conſtitutionis, &c. Dat. Viterbij Id. Nouembr. anno primo.

Idem Pontifex idem beneficiū dicto Ordini impertijt alio diplomate, quòd quia eſt ſynonimum præcedenti, viſum mihi eſt in appendicem ſiue Regeſtum ad calcem Tomi, cum alijs, quæ hiſtoriam non integrant, reijciendum.

Non æque tamen aliam eius conceſſionem qua dictos Religioſos exemit à ſolutione vectigalium quæ publico debentur ob mercium ad quiſitionem ſiue venditionem, ſiue emptionē &c. Quod idem fecit ſucceſſor eius *Clem.* Pp. IV. Ille quidem Reſcripto edito X. Cal. Mart. præſentis anni; hic autem alio dato IV. Id. Decembris 1267. vterque iiſdem fere tenoribus, puta iſtis.

Dilectis filijs, vniuerſis Miniſtris & fratribus Ordinis. S. Trinitatis & Captiuorum: Veſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, vt de animalibus, blaudo, vino, ſale ac alijs, quę aliquoties emere pro veſtris vtilitatibus vos contingit, nulla pedagia, vinagia, rotatica, trauerſa, roagia, minagia, & foragia, quæ pro ijs à ſecularibus exiguntur, ſoluere minimè teneamini, authoritate præſentium vobis indulgemus &c.

Alia item conceſſit Vrbanus quoad diſpoſitionem faciendam de bonis ſuorum Conuentuum, quorum aliqua infra exhibebimus in loco. Interim incipiat.

A N N V S.

IESV CHRISTI D. N. 1262.	IMP. OCCID. VACAT
VRBANI Pp. IV. 1.	RELIG. SS. TRIN. 69.
M.PALEOL. IMP.OREN. 3.	INDICT. 5.

B R E V I A R I V M.

1 *S Purius* Manfredus *& contumax ab* Vrbano *Pontifice diris deuouetur iteratò.*

2 *Perceuallus Auria Rom. Eccleſiæ profeſſus hoſtis, miſere extinguitur.*

3 *E viuis etiam abſcedit Iacobus Flemingus, Ordinis Trinitarij Generalis.*

4 *Subſtituitur P. Alardus Gallus.*

5 *Aliqui Trinitarij PP. martyrio affecti.*

6 *Erigitur monaſterium de Limiſſio, Ord. Trinitar.*

I. *Iuuenat. in Annalib.* HIc legere erit rediuiuum *Saul*, & reprobum continuo & contumaciter perſequi ſacerdotes Domini. *Manfredus* enim diris Vrbani perculſus, multo grauiora audebat,& tentabat in contemptum clauium Eccleſiæ. Vnde Pontifex coactus eſt in die Dominicæ cœnæ eum iurium, bonorumque Romanæ Sedis inuaſorem, Italiæ turbatorem, diuini & humani iuris contemptorem,anathemate damnatum renunciare.Merebatur certe Manfredus acerrimam vindictam, quando Epicuri more vitam in promiſcuis libidinibus ducebat,gregibus pellicum, & exoletorum vbique circumcinctus, nihil intactum relinqueret quod ſciret ad Eccleſ. pertinere, exercitibus Saracenorum & Teutonum & Gibellinorum in omnes *Italiæ* partes dimiſſis.

II. *Summont in hiſt. Neapol. Iuuenat. Blond. &c.* Sed & Perceuallus Auria,præfectus exercitus Gibellini, multa tum contra Deum & Chriſtum eius blaſphemabat; neque tantum patrimonio B. Petri Pontificem exuere, verum etiam totâ Italiâ exigere minabatur, qum in tranſitu cuiuſdam alueoli Caſtri Pollini, modicâ aquâ tum fluentis, & à pedite exilis ſtaturæ, nullo negotio vadabilis, vt erat cataphractus demerſus, nuſquam comparuit; Tantumque terrorem omnibus incuſſit vt multi eorum fugâ ſibi conſuluerint, plurimi in manus Pontificis deuenerint.

III. *Aliuna-Figuera.* Ordo autem Sanctus hoc anno perdidit aliquid ſine detrimento;In eo enim deſijt viuere & imperare ei P. *Iacobus* Flemingus, de quo ſupra retuli quę apud aliquem huius Ordinis authorem legi,parum ei propitia. Sed enim alius eiuſdem *Inſtituti* mitius de eo ſcribit, aſſignans omnia ſiniſtrè acta illius morbo ſiuè ſenio. Et ſanè vterque non poteſt à Lectore accipere fidem, qum vnus ei paulò plus vno anno miniſterij aſſignet, alter plus ſexennio; Vnus locum mortis dicat fuiſſe Ceruumfrigidum, alius Hondiſcottum.

IV. Quidquid illud, hoc eodem anno, & fere primo trimeſtri ab obitu præceſſoris ſuffectus eſt ei apud Ceruū frigidum Reuerendiſſ. P. *Alardus* Gallus, S. Theologiæ Doctor,de quo recenſebo quæ ſcitu digna,qum occaſum eius attigero; nam & hæc methodus videri poteſt ſuaſa à Sapiente: *Ante mortem ne laudes hominem.*

V. *Eccl.c. 11. v.30 f.95.* Et quamuis ille plura laude digna geſſerit in ſuo magiſterio, digniora tamen ſcriptu & lectu ſunt quę ipſo ſtatim principio regiminis eius egerunt &

paſſi

paſſi ſunt aliis tres ſubditi illius. Iſto ſiquidem anno 1262. ex Anglia iter arripuerunt pro redimendis captiuis Chriſtianis ex ergaſtulis Maurorum, Fr. Patricius, VVilhelmus, & Ioannes, per quos è Marrochio, Lybici Imperii metropoli, redempti fuerunt quingenti & nonaginta captiui, quos omnes Fr. *Ioannes* in patrios lares reduxit. Sed Patricius, & VVilhelmus zelo Domini, & animarum ſiti ſuccenſi, ibidem ſponte remanſerunt vt Captiuis quibuſque ſanam doctrinam prædicarent; vnde etiam ex infidelibus plurimos ad Catholicam fidem perduxerunt. Et proinde apud Regem Maurum accuſati, in horridum carcerem detruſi ſunt, in eoque ſine cibo & potu per quindecim dies detentia; ab angelo Domini ſunt enutriti; & denique pedores illius inuicto animo perpeſſi, XII. Calend. Auguſt. extra portam maiorem Ciuitatis, in odium Chriſti, viui flammis exuſti ſunt, eoque tam glorioſo certamine vitas abſoluerunt.

Finis erit, ſi dixero, eodem hoc decurrente mihi anno, in inſulâ Cypro eidem Ordini fundatum eſſe monaſterium *de Limiſſio*: ſubeat ergo. VI.

A N N V S

IESV CHRISTI D. N. 1263.		IMP. OCCID. VACAT	
VERBAN. Pp. IV.	2.	RELIG. SS. TRINIT.	66.
MICHAEL IMP. OR.	4.	INDICT.	6.

B R E V I A R I V M.

1 *Arij tumultus Imperij Græcanici, atque eorum partes hinc inde.*

2 *Michael Paleologus præſefert deſiderium ſuos Græcos Latinis vniendi.*

3 *Duo Principes eliguntur à Septemuiris Germaniæ in Regem Romanorum.*

4 *Ordini Trinitario ſurgit peblente Monaſterium in Scotiâ.*

5 *Hiſtoria monachi à Merlos, & S. Crucis.*

6 *Monaſterium Nazarethi. Trinitarior.*

7 *Priuilegium Vrb. Pp. Ordini Trinitar.*

Iſte annus vtriuſque Imperij miſerijs eſt notabilis. In Græciâ per id tempus omnia ſus deque voluebantur, Bulgaris & Comanis contra Græcos, Græcis contra Venetos, Venetis contra illos ac Ianuenſes certantibus, & rem Chriſtianam Turcis per mutuas diſcordias dedentibus. I. *Gregoras lib. 3. & 5.*

Quibus, alijſque difficultatibus circumuentus Michael Paleologus, & pene ad deſperationem compulſus, melius ſapere cepit. Et in primis filium Andronicum conſortem Imperij renunciauit, vt haberet quem Barbaris opponeret. Tum autem, ſiue ex animo, ſiue ad ſpeciem tantum, legationem deſtinauit ad Vrbanum Pontificem, quâ ſe offerebat ad profitendam Romanæ Eccleſiæ fidem. Illius ego titulum duntaxat deſcribam, vt Lector de ſinceritate Græcorum iudicet. II.

Inter epiſ. Vrban. hoc hoc an. ep. 30.

Venerabili Patri Patrum, Beatiſſimo Papæ veteris Romæ, Patri Imperij noſtri, Domino Vrbano, Sacroſanctæ & Apoſtolicæ Sedis Summo Pontifici, Diuina voluntate & prouidentia maioris; moribus & vita et doctrina coram Deo & Sanctis reuerendo, Michael in Chriſto Deo fidelis Imperator, & moderator Romæorum Ducas Angelus, Comnenus, Paleologus, ac nouus Conſtantinus, ſalutem et reuerentiam filialem, cum competenti fidei Chriſtianæ honore, et Diuinorum Canonum.

In Occidente noſtro *Gulielmo* Romanorum Rege, ante annos aliquot pe-
III rempto, aſſidentibus VII. viris Germanorum regni Principibus, qui vetuſtis ſub Othone III. Imperatore inſtitutis, electioni Regum in Imperatoriam dignitatem ſufficiendorum præficiuntur, qùm in Octau. Epiphaniç Richardus Comes Cornubiæ, Regis Anglorum frater a Conrado Colonienſi Archiepiſcopo, qui ſuo & Moguntini nomine conuenerat, aſſidente & conſentiente Palatino Comite, Rex aſciſceretur, & Aquiſgrani coronatus ac inunctus fuiſſet, Archiepiſcop. Treuirenſ. Saxoniæ Dux, & Bohemię Regis Procurator conſtituta die Dominica Palmarum, Alphonſum Caſtellæ Regem Philippi Imperatoris nepotem ad Imperii faſtigium euexerunt.

Surrita lib. 8.

IV. Res Ordinis accedendo, huic anno debet ille Plebenſe monaſteriũ in Scotia. Dicatum eſt S. Nicolao Culdæo Epiſcopo ab *Alexandro* III. Scotorum Rege.

Hector. Poet lib. 13, Hiſtor. Bozon. hic num. 27.

Per idem tempus in eâdem Scotiâ quidam monachus à Merlos in ſomno ab Angelo, edoctus? Crucem reperit non longe ab oppidulo Laudoniæ nomine Pepilis, capſæ cui titulus inſcriptus erat: *S. Nicolai Epiſcopi*, incluſam. Nec multum diuerſo loco vrna lapidea reperta eſt ſummo artificio facta, atque in eâ inuenta oſſa byſſo inuoluta, ſed cuius? incertum; Aperta autem Cruce multa miracula ſunt patrata. *Alexander* rei nouitate ac religione motus templum in loco quo Crux reperta eſt magnificum extruxit, & monachis Sanctiſſimæ Trinitatis conceſſit. *Ioannes Maior* de inuentione iſtius Crucis hæc habet: Anno Domini 1257. Crux magnifica & Venerabilis apud Plebis inuenta, ob cuius reuerentiam Alexander Eccleſiam ędificari iuſſit.

V. Fundationem autem Regalis monaſterii placet ex M. SS. codicibus Dunfrifij monachorum Ciſtercienſium exſcribere; ita enim habent ad annum 1421: Monaſterium de Plebes à S. Nicolao dictum, fundatum eſt ab Alex. III. Rege, occaſione reliquiarum Sancti cuiuſdam *Nicolai* ibi inuentarum, quæ per totam Scoriam magnâ deuotione colebantur. Ideirco Alexander, ne theſaurus adeo precioſus negligeretur, magnificum monaſterium extruxit, & templum S. Nicolao dicatum, in quo prædictæ reliquiæ conſeruarentur. Monaſterium

Lib. 4. de Geſtis Scotor. pag. 67.

rium conceſſit monachis S. Trinitatis, in gratiam aui ſui *Gulielmi*, qui illos Religioſos ardenter amabat: addidit redditus immenſos pro ſeptuaginta monachis lautè ſuſtentandis, adeo vt nullum ſit illius Ordinis monaſterium copiâ diuitiarum, aut ſplendore ædificiorum huic comparabile. Porro *S. Nicolaus*, cui Eccleſia huius monaſterij dedicata eſt, epiſcopus erat inter Culdæos, vixitque ſæculo quinto à natiuitate Chriſti.

Primus hoc monaſterium adminiſtrauit Robertus Elphinſton, vir pius & eruditione multâ imbutus, qui poſtea ad Epiſcopalem dignitatem deſignatus eſt. Poſt hunc Iacobus Granus eidem monaſterio præfuit per octodecim annos, Doctor Theologus Oxonienſis, & Ioannis Duns, *Scoti* Ordinis Minorum S. Franciſci, fulgentiſſimi ſideris Eccleſiæ Dei & Theologorum, diſcipulus; Vnde & fuit acerrimus propugnator Scoticæ doctrinæ. Scripſiſſe dicitur comentaria in vniuerſam Ariſtotelis philoſophiam. Obijt anno à partu Virginis 1231., ſeptimo die Februarii. Huic in adminiſtratione ſucceſſit Thomas Barclaius, poeta eximius qui omnium Regum Scotiæ vitas heroico carmine edidit. Ex eodem monaſterio prodijt Ioannes Betay qui in academia S. Andreæ doctoralem lauream conſequtus, multis ſuis ſcriptis Eccleſiam noſtram adornat. Hæc illi.

Mihi autem viſum eſt iis ſubdere quæ de S. Nicolao Culdæo Epiſcopo habet Thomas *Dempſterus* in ſuâ Scotiæ hiſtoriâ Eccleſiaſticâ; ſuntque iſta: S. Nicolaus Culdæus, atque vnus ex primis Scotiæ Eccleſiæ epiſcopis, ſæuiente per Britannias Maximiani perſequtione, martyrio affectus, in vrnam lapideam Sacroſanctæ reliquiæ corporis fruſtratim conſciſſi & truncati repoſitæ, atque vnà cum Cruce quâdam venerabili in terram defoſſæ, poſtea effoſſæ hac inſcriptione venerationem meruerunt: *S. Nicolai Epiſcopi*, quibus deinde Rex Alexander III., rogatu Glaſcoenſis Epiſcopi, magnificam eccleſiam apud Plebes conſtruxit, quæ ſtante apud noſtrates pietate, miraculorum gloriâ erat illuſtris, & concurſu mirabili frequentabatur. *Lib. 13. pag. 501.*

Non deeſt etiam qui dicat iiſdem PP. anno iam decurrente erectum eſſe monaſterium in Ciuitate Galilææ, cui nomen *Nazareth*, Chriſti D. conceptu, & educatione per aliquot annos, ac proinde Sanctæ matris eius *Mariæ* D.N. habitatione illuſtratâ Denique ad hunc annum, meo calculo, pertinet priuilegium eiuſdem Vrbani Pontificis, quo concedit vt in qualibet hebdomada, ante inſtitutionem feſtiuitatis Sanctiſſimi corporis Chriſti, poſſint Religioſi Trinitarij ferijs V. totius anni recitare officium de Sanctiſſima Trinitate, & Sabatho de B.V. *Maria*; eſtque iſtud. VI.

VRBANVS EPISCOPVS

Seruus Seruorum Dei

Dilectis filijs Miniſtro & fratribus Ordinis S. Trinitatis & Captiuorum, ſal. & Apoſt. Benedictionem.

FAuoris noſtri prouenire debet auxilio, vt id quod pro diuini cultus augmento depoſcitur, benignitate propitia concedatur. Pro parte ſiquidem veſtra fuit nobis humiliter ſupplicatum vt in ſingulis hebdomadis Diuinum VII.

num officium per vnum diem ad honorem Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, & ſingulis diebus Sabbathi ad honorem B. *Mariæ* V. facere illis exceptis temporibus in quibus ſolemnitates Sanctorum per ipſorum Octauas celebrare debetis, Deo propitio diſponatis, ſuper hoc vobis annuere benignius curaremus. Quia igitur id pium videtur, & in oculis Diuinæ maieſtatis acceptum, veſtris in hac parte votis libenter connuimus, & tantum pietatis opus, ſi de communi ordinatione noſtrâ proceſſerat, approbamus. Dat. apud Vrbem veterem. X. Cal. Decembris Pontif. noſtri an. 2.

A N N V S

IESV CHRISTI D. N. 1264.	IMP. OCCID. VACAT
VRBAN. Pp. IV. 3.	RELIG. SS. TRIN. 67.
MICH. IMP. ORIENT. 5.	INDICT. 7.

B R E V I A R I V M.

1 *Vrbani Pp. VI. obitus phœnomeno cœleſti præſignatus.*
2 *Miſſi ad M. Paleologorum Imp. Græcor. Apocriſarij, omnes Franſcani.*
3 *Occaſio inſtituendæ ſolemnitatis corporis Chriſti.*
4 *Diſpenſatio Vrbani Pontificis in rigoribus Regulæ PP. Trinitariorum tentata.*
5 *Alia eiuſdem quâ liberat Patres à ſolutione vectigalium. cuius adfertur diploma.*
6 *Iiſdem PP. ſurgit monaſterium de Vitriaco.*

I. ISto triennio multa bona opera oſtendit nobis *Vrbanus*, præſtiturus plura ſi molienti optima inexorabilis Parca pepercifſet. At enim illa interim ſtamen ei incidit; *I*pſe enim ętate grauis, morbis curiſque confectus, ab Vrbe veteri Peruſium delatus, in Eccleſia S. Petri, Eccleſiæ Sacramentis deuotè ſuſceptis, VI. Non. Octobris diem extremum clauſit, verus paſtor Vrbis & Orbis. Corpus eius Peruſii in Eccleſia Cathedrali S. Laurentii tumulatum eſt. Eius obitum portendere viſus eſt Cometes, qui die Dominico VI. Cal. Auguſti, in vndecimo gradu Leonis apparuit, & tum in Italiâ, tum in Galliis, item apud Ptolomaidem, multos aſpectu ſuo perterruit.

Onuphr. in Chronic. Ster. in anal: S . . . lib. 20.

Sed præ obitu duo præſtitit, plurimum Eccleſiæ vtilia: vnum eſt inſtitutio
II. annuę ſolemnitatis Corporis Chriſti, proxime Pentecoſten. Alterum, quod Michaelis Græcanici Imperatoris votis reſpondens, ad eum reducendum in viam veritatis apocriſarios & prædicatores miſit numero ſex: ex quibus duo fuerunt Epiſcopi, quatuor alii priuati, omnes Ordinis Minor. S. P. Franciſci.

Primo occaſionem dedit illuſtre portentum diuinitus patratum propè Vr-
III bem veterem, in Eccleſia S. Chriſtinæ: Nam Sacerdote quodam ſacra Myſteria ibi celebrante, confectoque iam Sacramento, de veritate corporis Chriſti dubitante, ſtatim ac ſanctiſſimam hoſtiam frangere cępit, viuus ſanguis inde effluxit, & totam mappam, quam corporale vocant, tinxit.

Bullar. To. 1. Vrb. IV. conceſſit 1. Griſon. in Gal. purpur.

Ter-

Tertium illius opus hoc loco dignum eſt, quod qum Parres huius Sacri IV.
Ordinis ei ſignificaſſenr ex rigida obſeruanria Regulæ ac ſtarutorum illius, obortas eſſe ſępius difficultates aliquot & ſcrupulos quæ animabus periculum ſalutis adferrent; ac proinde ſua Sanctitas ab ipſis rogaretur vt remedium adhibere dignaretur, ipſe pro paſtorali prouidentiâ rem maturè conſiderans, commiſit negotium Epiſcopo Pariſienſi, & Abbatibus SS. Victoris & Genouefæ, vt ſcilicet ipſi Regulam ipſam & conſtirutiones accuratè inſpicerent, & vbi dictas difficultares ac pericula deprehenderent, ea quà rollerent, quà mitigarent; Quod deinde ipſe Pontifex ſibi exhibitum Apoſtolicâ aurhoritate confirmaret. Prouide ille & pie, ſed non volente euenru; nam quum Epiſcopus, & Abbates prædicti dicta Statura expendiſſent ac correxiſſent, ipſe Vrbanus viam vniuerſæ carnis ingreſſus eſt, neque potuir quod propoſuit, correctioni illi robur Apoſtolicę firmitatis adijcere. At enim in Sede S. Petri.

Vno auulſo non deficit alter Virgil.l.5. Æneid.
Aureus, & ſimili frondeſcit virga metallo.

Quod ille voluit, eius ſucceſſor præſtitit, vt paulo poſt viſuri ſumus in Clem. Pp. IV. cuius etiam diploma ſuper hoc dabimus in loco, adiecta & inſerta illa Regula Ordinis, prout ab ipſo Ponrifice Summo ad ſenſum trium illorum fuit mirigata.

Idem prędiarias poſſeſſiones eiuſdem Ordinis voluit liberas eſſe à plebæis
vectigalibus, Reſcripto dato X. Cal. Martii. Do ſubſtantiam diplomatis. V.

VRBANVS EPISCOPVS

Seruus Seruorum Dei.

Dilectis filijs Miniſtris & Fratribus vniuerſis Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, & Captiuorum &c.

VEſtris iuſtis poſtulationibus grato concurrentes aſſenſu, vt de animalibus, Blaudo, vino, ſale, ac aliis quæ aliquoties emere pro veſtris vrilitatibus vos conringit nulla pedagia, vinagia, roratica, rrauerſa, roagia, minagia, & foragia quæ pro iis à ſæcularibus exiguntur, ſoluere minime teneamini, aurhoritate præſentium vobis indulgemus &c.

Denique iſto, aut alio propinquo, monaſterium de Vitriaco (vulgo Vi
tri) in prouincia Campaniæ fundatum eſt, à Theodaldo Rege Nauarræ, & Co- VI.
mite Campanię, de quo ſupra.

A N N V S

IESV CHRISTI D.N. 1265.	IMP.OCCID.VACAT
CLEM. Pp. IV. 1.	INDICT. 8.
M.PALEOL. IMP.ORIENT. 6.	SANCTISS. TRINIT. 68.

B R E V I A R I V M.

1 *Vrbano IV. Pontificatu ſuccedit* Clemens, *item IV.*

2 *Iſque plurima priuilegia ac fauores largitur* PP. *Ordinis Trinitarij.*

3 *Nominatim, ne teneantur ad centeſimam pro ſubſidio Terræ Sanctæ.*

4 *Extruitur illis Conuentus Cōpendi.*

I. QVamuis non fuerit magnus numerus Cardinalium Electorum ante *Vrbanum*, & ipſe Vrbanus nullum creauerit; tamen pauci illi tam difficulter conueniebant, vt à morte vltimi Sedes vacauerit vltra quatuor menſes. Sed denique omnium concordibus votis electus eſt etiam abſens in Pontificem *Guido* Groſſa Cardinalis, Epiſcopus Sabinenſis, natione Gallus, familiâ nobilis, parentibus Sanctus. Pater enim eius poſt mortem coniugis Ordinem Carthuſianum ingreſſus, plurimos annos in eo religioſè vixit, & agonem ſuum fœliciter conſummauit. Mater autē tantâ exſtitit vitæ ſanctitate, vt etiam diuinis ſubinde viſionibus illuſtraretur. Ipſe verò *Guido*, relictâ armorum militiâ cui ſe adoleſcens addixit, litteris operam dedit, Iuriſque diſciplinam ita exactè didicit, vt *Durandus*, grauis eo tempore Iuriſconſultus, eum *Lumen Iuris* appellet: *Platina* Iuriſconſultorum totius Italiæ ſine contentione primarium: *Onuphrius* Iuriſconſultorum peritiſſimum.

Æmil. in Ludou. IX. Epiſt. ad Clem. IV.

Ipſe autem intellectâ ſui electione, qùm *Manfredi*, Siculi tyranni iuſſu, omnes ſibi vias interclusas, & inſidias paratas intelligeret, mercatoris ſpecie, vel, vt aliqui volunt, Religioſi mendicantis habitu, Peruſium peruenit, indeque vnà cum Cardinalibus, Viterbium accedens, coronatus eſt ibi VIII. Calend. Mart. die Cathedræ S. Petri, & *Clementis IV.* nomine ſalutatus.

II. Quoad res Ordinis, nihil illis fœlicius hoc anno acceſſit quàm ipſa electio Clementis: Enimuero ille ipſis impensè fauit, vt liquet ex pluribus Reſcriptis eius. Vno enim quod emiſit XIV. Cal. Maii; tot fauores illis conceſſit quot vix poſſunt indice comprehendi, longiſſimâ Bullâ, quam ob prolixitatem hic interim omitto, in Regeſto exhibendam. Primò enim præmiſſis laudibus PP præcipit epiſcopis vt litteras concedant eis ad eleemoſinas petendas: Secundò præcipit Curatis & non Curatis vt eos benignè recipiant ob reuerentiam Sedis Apoſtolicę: Decanis autem & Rectoribus vt conuocent fideles ad publicationem gratiarum, & ad petendas eleemoſinas. Vetat etiam ne quis eorum verbum Dei faciat antequam publicatio finiatur.

Ad hæc concedit, vt qum dicti Ordinis Religioſi acceſſerint Eccleſias interdictas, Interdictum ipſum ſoluatur, & portę Eccleſiæ aperiantur.

Item ſub pœnâ Canonicâ prohibet ne quis dictis fratribus vim facere, aut iniuriam vllam irrogare præſumat: Et contra prædicta facientes anathemati ſubiicit. Largitur etiam vberrimas indulgentias omnibus qui opem, aut ſtipem contulerint iiſdem, maximè in articulo mortis, in quo concedit plena-

riam

riam omnium peccatorum remiſſionem. Et denique alias indulgentias ipſius Ordinis de nouo, authoritate Apoſtolicà confirmat.

Aliud ſingulare priuilegium iiſdem conceſſit, idque eodem anno, quo Ordinem Vniuerſum liberauit à ſolutione centeſimæ pro ſubdito Terræ Sanctæ: Do diploma quia non eſt æque prolixum, & eſt non minus vtile præcedenti.

CLEMENS EPISCOPVS

Seruus Seruorum Dei,

Dilectis filijs, Generali, cæteriſque Miniſtris & fratribus Sanctæ Trinitatis & Captiuorum, ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

III. VEſtri Ordinis profeſſores, erga eos qui ſunt in neceſſitatis anguſtia conſtituti, piæ compaſſionis geſtantes viſcera, in ſe ipſos aliorum mendicitatem indigentium perfectæ charitatis ſtudio tranſumentes, hoſpitalitati vacant aſſidui, & non ſolum recipiunt infirmos ſed trahunt, in quorum pios vſus, aliaque varia charitatiua opera, quæ in eodem Ordine laudabiliter exercentur, illius bona, tam libenter quam liberaliter exponunt. Hæc igitur, nec non & quomodo veſtra Religio meritorum refulget gloriâ, & ſanctitatis gratiâ redolet, dignà conſideratione penſantes, ad vos, & ad prædictum Ordinem paternum gerimus ſinceritatis affectum, & noſter excitatur animus vt liberali promptitudine vos, ac eundem Ordinem à grauaminibus fauorabiliter præſeruemus, quatenus amotis . . . . . ſalutaria huiuſmodi opera libentius & plenius proſequi valeatis. Hinc eſt quod nos deuotionis veſtræ precibus aſſenſu beneuolo concurrentes, authoritate vobis præſentium indulgemus vt ad ſoluendum aliquid occaſione centeſimę, quæ pro Terræ Sanctæ ſubſidio de mandato Apoſtolico, tempore hoc inſtanti colligitur, ſiue ad parandam in eadem centeſima contributionem, quacunque ratione reddituum & prouentuum veſtrorum vbicunque conſiſtentium, Vos, ſeu aliqui veſtrum commmuniter vel diuiſim per litteras Sedis Apoſtolicæ impetratas, aut etiam impetrandas minimè teneamini, neque ad id à quocunque cogi poſſitis, niſi eædem impetrandæ litteræ plenam & expreſſam de indulto huiuſmodi fecerint mentionem. Nos enim ſententias omnes, ac proceſſus quoſlibet, ſi quæ, vel ſi qui contra vos, aut aliquos ſeu aliquem veſtrum, ſeu loca veſtra prætextu centeſimæ huius latæ ſeu habitę ſunt hactenus, penitus reuocamus, ac nihilominus illos vel illas, quos, vel quas contra eiuſdem tenorem indulti in poſterum ferri aut haberi forſitan contigerit, decernimus aliquatenus non tenere. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis & conſtitutionis infringere, aut ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, & BB. Petri & Pauli Apoſtolorũ eius ſe nouerit incurſurũ. Dat. Peruſii anno Incarnationis Dominię milleſimo ducenteſimo ſexageſimotertio, Pontificatus noſtri anno primo. Oderic. in annal. Ciaccon.

IV Ex fabricis domorum quibus Sanctus Ordo eſt auctus, vnam ſolam video huic anno deberi, eſtque illa monaſterii de Compendio (vulgo Verberic) erecta Dan. in hiſtor. Barber. f.433.

cta à Sancto Rege Galliarum *Ludouico* IX. quam ipſe petiit à *Clemente* Pontifice eidem Ordini confirmari, & Pontifex præſtitit dato diplomate; quod & nos dabimus in ſuo loco & anno, non enim pertinet ad præſentem: ſubeat ergo.

ANNVS

IESV CHRISTI D. N.	1266.	IMPER.OCCID.	VACAT
CLEMENT. Pp.IV.	2.	RELIG.SS. TRINIT.	69.
M.PALEOL.IMP.OR.	7.	INDICT.	9.

BREVIARIVM.

1 *Carolus Andegauen.coronatur Rex vtriuſque Siciliæ, & vxor regina.*

2 *Pugna Manfredi, mors inauſpicata; item ſepultura ignobilis.*

3 *Obitus M. Generalis Alardi, & exempla ac beneficia ab eo Ordini præſtita.*

4 *Referuntur nonnulla ſcitu digna de Cõuentu Metenſi Ordinis Trinitarÿ, ex anno* 1198.

5 *Reſcriptum Cardinalis Lotharingi ſuper Conuentu illo Ped.*

I. Celebris eſt,& calculo albicante dignus ob vnius Principis meritam exaltationem, alterius meritiſſimam depreſſionem. Primus eſt *Carolus* Andegauenſis, Regum Galliæ filius & frater, qui iſto anno decurrente, præſtito Sacramento Clementi Pontifici, Romaneque Eccleſiæ inunctus eſt & coronatus in baſilicâ S.Petri,in Regem vtriuſque Siciliæ, cis & vltra Pharum vna cum vxore ſuâ Beatrice.

(*Ciacon Odoil. in Clem. IV.*) (*Bzou. Spondan.hoc anno.*)

II. Alter autem, quidam quaſi Goliath, ſpurius Frederici olim Imperatoris, Cuius ſuperbia hoc anno experta eſt Deum reſiſtentem, vt humilibus gratioſum; hoc enim titulo *Clemens* Pp. Carolum inſigniuit. Ipſe autem Carolus Manfredo hoſti pacem aut inducias petenti, animoſe reſpondit, ad nuncios eius aiens:Ite & renunciate Sultano Nucerino(Manfredo ſcilicet qui Saracenis Nuceriam obtinentibus maximè fidebat.) vel me breui ipſum ad Inferna detruſurum, vel ipſum me in Paradiſo collocaturum: Et vera re augurem egit, nam collatis ſignis vtrinque,longâ & ancipiti pugnâ, ille Manfredum fudit; miles eius quiſpiam occidit eum, cuius deinde cadauer triduo exanime repertum, Eccleſiaſticâ ſepultura ſpoliatum, quia in anathemate occubuit, ad ripam fluminis quod Beneuentum præterfluit in foſſam conie ctum eſt, aggeſto ſuper illud à militibus aceruo lapidum.

(*Naug. in Chronic. Sterun annal.*)

III. Annus plus nimio effectus eſt in rebus ſacerrimi Ordinis; vix enim poſſum alia Lectori propinare quam obitum vnius Magiſtri Generalis illius, & acceſſum alterius.Primi monumenta,ſcilicèt Alardi Galli, ex anno quo electus eſt in hunc diſtuli referenda,quæ ſane ſucceſſoribus eius conducent obſeruata. Ipſe enim ſummè ſollicitus eorum omnium quæ officium eius contingebant, in primis proſequtus eſt fabricam Cerui frigidi, cui multum contulit non modo

(*Altam.lib. 2. Chronic.fol. 165.*)

modo impenſis ſumptibus,ſed & propriâ induſtriâ; fuit enim admodum peritus architecturæ; vnde & iuſſit omnis ædificii, quod eius tempore fiebat, delineationem ad ſe tranſmitti. Quod eius conſilium apprimè profuit multis conuentibus Ordinis, maxime Pariſienſi, qui ipſius ingenio & arte euaſit exactus ac artificioſus. Non ille minus incubuit Captiuorum redemptioni; nam ſingulari curâ ſtuduit tranſmittere ad terras Infidelium Religioſos qui illis Sacramenta adminiſtrarent, qui Verbum Dei proponerent, qui infirmis medicamenta adhiberent. Abundauit enim numerus illorum ipſius tempore ob continua ferè bella vndique circumſonantia. Et denique eius tempore ac vigilantiâ perfectæ ſunt plurimæ vinctorum redemptiones.

Alia de eo referuntur,quæ ſubſiſtere non poſſunt, obſtante calculo annorum quo Romani Pontifices ſederunt. Quid enim huic homini cum Gregorio X. qui electus eſt an. 1271. qùm ipſe obierit præſenti 1266. vel fortè etiam præcedenti? Optarem etiam verum eſſe quod alius de eo ſcribit, eius ſolertiâ Sanctos Ordinis authores *Ioannem* & *Fælicem* cathalogo Sanctorum inſertos eſſe ab Vrb.IV. apud Vrbem-veterem anno 1263. IV.Non. Octobr. qui rectè eſt dies feſtiuus S.P.N. Franciſco.

Quidquid autem iſta, id certum eſt quòd *Ailardus* Generalis pro ſuâ prudentiâ procurauerit fratrum numerum augeri; ſatis enim erat ille iam tunc imminutus, tum quia ſecundùm primitiuam regulam eorundem, ex redditibus omnibus vndequaque venientibus tres fiebant partes in honorem Sanctæ & indiuiduæ Trinitatis, quarum primam in pauperum ac infirmorum curam, ſecundam in fratrum congruam ſuſtentationem conuertebant; tertiam verò ad captiuorum redemptionem conferebant, vnde non eis ſupererant facultates ad plurimorum fratrum ſuſtentationem; Tum etiam quia ſecundùm eiuſdem Regulæ præſcriptum, in vnoquoque monaſterio ſeptem tantum Religioſi poterant habitare, tres ſcilicet Clerici, tres laici, & vnus alius Ordinibus aptus, qui Miniſter vocabatur, cui cæteri præſtabant in omnibus obedientiam. His de cauſis non poterat nimis creſcere numerus Religioſorum. Pauci tamen illi qui aderant,opera miſericordiæ, hoſpitalitatis, & redemptionis vinctorum magnopere exercebant. Propter quæ Ordo ipſe, ſicut olim in Angliâ comuniter vocabatur Ordo Captiuorum, hodie in Galliis ordo Mathurinorum, ita apud Hiſpanos, Ordo hoſpitalitatis dicebatur.

Vt autem Ailardi res abſoluam, in hiſtoriâ cuiuſdam lego eum Drepani correptum eſſe vltimâ infirmitate, quam ipſe qùm fatalem agnoſceret,neque vellet niſi inter Religioſos mori, miſit qui ſuo nomine rogarent PP. Ordinis Sancti *Franciſci*, vt eum ſuo Conuentu colligerent hoſpitem, id enim ſui Ordinis PP. plurimi æſtimaturos. Factum, nam ipſi PP. Franciſcani acceſſerunt eum,& deduxerunt in cœnobium ſuum, vbi etiam exceptus eſt iis officiis charitatis quæ & talem hoſpitem decebant, & ab illis poterant expectari. Quod qùm extra innotuiſſet, ipſi PP. Trinitarii alumni eius acceſſerunt eò, acturi domeſticis gratias, & præſtituri illi omnia obſequia. Sed denique debuit fatis cedere, nam ibidem expirauit in Conuentu S. P. N. *Franciſci*, vbi etiam ſepulchrum accepit, loco ſummè decenti & honoro. Vndè poſteà oſſa eius tranſlata ſunt ad Ceruum frigidum, princeps ſui Ordinis cœnobium, ac proinde dignum cineribus Generalium Ordinis Prælatorum. IV.

Abſoluiſſem hìc annum, niſi eum mihi extenderet memoria Metenſis Conuentus Trinitarii,qui quidem longiſſimè ante iſtum cepit,in ipſis Ordinis pri-

mitiis ſub *Innoc.* Pp.III. an.1198. iſto tamen quem commentamur,in al iunu tranſiuit, vt aduertit & chartis commiſit noſter P. *Meuris* olim Guardianus magni Conuentus Cordigerorum Pariſiis,deinde autem Epiſcopus *Madauren:* & ſuffraganeus Metenſis. Igitur dicti Patres primò excepti ſunt Metis in ſuburbio dicto de *Mazelle*,vbi qum fluuius Salia,& alij illi annexæ aquarum vortices, plurimum damni illis inferrent, coacti ſunt ſtationem deſerere; & exſtruxerunt nouam Eccleſiam ac domicilium ei annexum iſto quem voluimus anno 1266. vbi nunc eſt, intra ciuitatem. Qùm autem Galliæ Reges eius vrbis dominium acquiſiſſent, vellentque ibi propugnaculum AEdificare, Conuentus iteratò deſtructus eſt an. 1549. & Religioſi diſpeiſi hinc inde, qùm non haberent vbi ſedem figerent. Deinde autem aliquamdiu P. Miniſter, atque eius Procurator habitarunt apud S. Reg. .... penes Magnum Eleemoſinarium baſilicæ Cathedralis. Ibique degerunt vſque annum 1560. vel 1562. quoniam domicilium in quo nunc degunt, dictum *la Cour d'Or*, ſiue *d'Orme*;illi acceperunt dono Cardinalis Lotharingi Archiepiſcopi Rhemenſis, vt apparet ex eius diplomate quod hic ſubdo ex Gallico Latinè ſic a me verſum,

In hiſtor. Epiſcop. Metens fol.438.

Carolus...... gratia. Diuina prouidentia S. R.E. presbiter Cardinalis, tituli S.Apollinaris,Archiep. Rhemens: primus Par Franciæ, Abbas Comendatarius & perpetuus adminiſtrator monaſterij &Abbatiæ Cyorſi, omnibus præſentes litteras viſuris. Salut.

V. Notum facimus quod ratione notabilis iacturæ quam Religioſi & Conuentus Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Metens: ſubierunt, deſtructo eorum cœnobio per miniſtros Regios ad perficiendam fabricam propugnaculi quam dictus heros vult & facit ſtrui in dicta vrbe Metenſi; Ingens damnum quod toti patriæ eueniret ſi defectu hoſpitij dicti Religioſi cogerentur migrare in alias terras, & dictam vrbem deſerere, priuare habitatores eius atque etiam territorii ſui,eorum pijs & frequentibus ſermonibus ad populum, vt nobis benè conſtat, eos neceſſariò priuandos, niſi per nos abſque diminutione & magno detrimento noſtræ Abbatiæ fuiſſet illis ſubuentum in iſtâ vrgenti neceſſitate.

Ob has causâ, & præterea quoniam Eccleſiæ bona non poſſunt per nos, aut alios Eccleſiaſticos æquiori titulo dimitti aut alienari quàm ad ſubueniẽdum Religioni, & excipiendos Religioſos qui ſuis domiciliis excluduntur, vt illis Religioſis in præſenti contingit: Nos proinde ceſſimus,tranſtulimus, cedimus, transferimus, & relinquimus per nos & noſtros ſucceſſores Abbates Religioſos,& conuentum noſtræ Abbatiæ de Cyorge per iſta iam præſentia, donationem, ceſſionem & translationem irreuocabilem, domum dictam *la Cour d'Or*, ſiue, *d'Orme*,ſitam in dictâ vrbe Metenſi, & platea Sanctæ Crucis,ad nos ſpectantem,& omne illud quod ei annexũ eſt,nihil reſeruando vel retinendo, Fratri *Bernardo* Dominici,Religioſo dicti Ordinis, & miniſtro illius Conuentus, atque ſucceſſoribus Miniſtris, Religioſis, & Conuentui

dicti Ordinis Metenſi, fruendum à dicto *Dominici*, & eiùs ſucceſſoribus, & Religioſis dicti Ordinis in perpetuam hæreditatem, vt eâ vtantur tanquam proprio ad vtilitatem ſui Ordinis. Dat. Nancæj 23. Febr. an. 1561. per Illuſtriſſimum D. Cardinalem Lotharingum Abbatem Cyorzy: infra: *Boutier* Secretarius.

A N N V S

IESV CHRISTI D.N.	1267.	IMP. OCCID.	VACAT
CLEM. Pp. IV.	4.	RELIG. SS. TRINIT.	70.
M. PALEOL. IMP. OR.	8.	INDICT.	10.

B R E V I A R I V M.

1 *Clemens Pontifex tranſmittit Græcis formulam fidei quam debent profiteri.*

2 *Rex Armenorum, poſt ſubſidium allatum Terræ Sanctæ, fit monachus.*

3 *Regula PP. Trinitariorum à Clemente Pontifice mitigata.*

4 *Notata aliqua circa diploma Clementis Papæ ſuper Regula Trinitar.*

5 *Erigitur ipſis in Daniâ monaſterium Flansburgenſe.*

Clemens Pontifex hoc anno reſponſum accepit à Paleologo Imperatore, & fratribus S. *Franciſci* quos ad illum apocritarios deſtinauit. Neque tamen approbauit articulos concordię quos Imperator voluit, ſed liberè tranſmiſit formulam fidei quam ipſe Imperator & Patriarcha cum Clero & populo deberent profiteri. I. *Marc. Ebol. tom. 1. Vvadding. Tom. 2. an. 1269.*

Idem ille *Aitonem* Armeniæ Regem in ſubſidium Terræ Sanctæ inuitauit, quod qùm iſte ex animo feciſſet, miſſis duobus filijs cum exercitu in Paleſtinam, in maximum diſcrimen adductus à Turcis fuit. Propter quod Clemens Pontifex Paleologum Orientis Imperatorem per litteras monuit, vt ſi ipſe ſincerè eſſet inimicus inimicorum Crucis Chriſti, Regi Armeno opem ferret. II. *Sanutus Nayt. c. 33.* Ipſi autem Aitonis filij non multum operæ fecerunt in Syriâ, quin tantum mœrorem ſeni parenti attulerunt, vt is, vanitate ſeculi perſpectâ, adminiſtrationem Imperij Leoni filio reliquerit, & monaſticen profeſſus, aſſumpto Macarij nomine regnum cœleſte meruerit. Ordini Trinitario idem annus plurimum fælicitatis attulit; qùm enim Vrban. Pp. IV. cæpiſſet illi prouidere de quiete conſcientiæ ſuper multis ſcrupulis qui ex rigore Regulæ oriebantur, neque tamen cepta perfeciſſet morte abreptus, ille ei non ſolum authoritate, ſed etiam voluntate ſuccedens, omne tulit punctum, & Patrum expectationi cumulatiſſimè ſatisfecit, edito inſigni diplomate, cui ipſam Regulam à ſe mitigatam inſeruit. Vtrumque Ego hic Lectori propono totis tenoribus legendum.

CLE-

CLEMENS EPISCOPVS

Seruus Seruorum Dei,

III. Dilectis filijs Miniſtro Maiori, & fratribus vniuerſi Ordinis Sanctæ Trinitatis & Captiuorum, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

IN ordine veſtro, eiuſque profeſſoribus, quos ſincerè diligimus id ſemper haberi quærimus vt aſſiduè ſpiritualibus potiſſimè, ac temporalibus etiam incrementis proficiant, & honeſtatis fructus delectabiles proferant ac honoris. Vnde rectè agimus ſi his quæ ad hæc promouenda ex conſultæ deliberationis fiunt prouidentia, vt inconcuſſa in poſterum permaneant authoritatis Apoſtolicæ robur adhibemus.

Dudum ſane, vt accepimus, Vobis fælic. recordat. Vrbano Papæ prædeceſſori noſtro exponentibus quod prætextu obſeruantiæ ſtaturorum, & Regulæ ipſius Ordinis plerumque dubitationes oriebantur fratribus, ex quo ipſis habentibus conſcientias ſcrupuloſas circa diuinorum exequtionem & vtilitatum procurationem temporalium, Ordini præfato difficultatem damnoſam frequenter ingeri contingebat, ac ſuper hoc vobis per Apoſtolicam poſtulantibus prouidentiam ſubtieniri, dictus prædeceſſor venerabili fratri noſtro Epiſcopo, & dilectis filijs S. Victoris, & S. Genouefæ Abbatibus Pariſienſibus ſuas dedit litteras in mandatis, vt ipſi facientes ſibi prædicta ſtatuta & Regulam exhiberi, ac diligenter examinantes eadem corrigerent & ſtatuerent circa ipſa prout ſecundùm Deum, & ipſorum ſaluti, & vtilitati memorati Ordinis cognoſcerent expedire. Verum Epiſcopus & Abbates prædicti facientes ſibi ſtatuta & Regulam huiuſmodi exhiberi, ac ea examinantes iuxta formam ſibi traditam, diligenter illa correxerunt, & circa ipſa nonnulla ſtatuerunt etiam prout ſecundum Deum prædictorum Miniſtri & fratrum ſaluti, & vtilitati eiuſdem Ordinis, ipſis viſum extitit expedire, ſicut in litteris inde confectis, ſigillatis ſigillis Epiſcopi & Abbatum prædictorum plenius continetur.

Nos itaque veſtris ſupplicationibus inclinati quod per eoſdem Epiſcopum & Abbates prouide factum eſt in hac parte ratum habentes & firmum, illud authotitate Apoſtolica confirmamus & præſentis ſcripti patrocinio comunimus, tenorem litterarum de verbo ad verbum facientes præſentibus annotari, qui talis eſt.

Reginaldus Diuina permiſſione Pariſienſis Eccleſiæ Miniſter indignus, & Robertus eadem permiſſione S. Victoris Pariſienſis Abbas humilis, & Theobaldus eadem permiſſione S. Genouefæ Pariſienſis Abbas humilis, vniuerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino. Noueritis Nos recepiſſe litteras Sanctiſſimi Patris Vrbani Pp. IV. quarum tenor talis eſt.

Vrbanus Epiſcopus Seruus Seruorum Dei Venerabili fratri Epiſcopo, & dilectis filiis abbatibus S. Victoris & S. Genouefæ Pariſienſibus ſalutē, & Apoſtolicam benedictionem. Cum ſicut dilecti filij Miniſter & fratres Ordinis Sanctæ Trinitatis & Captiuorum nobis exponere curauerunt, ex occaſione obſeruantiæ ſtatutorum & Regulæ ipſius Ordinis plerumque fratribus dubitationes oriantur, ex quo fratribus habentibus conſcientias ſcrupuloſas ſæpius

circa exequtionem Diuinorum, & procurationem vtilitatum temporalium Ordini damnoſa ingeritur difficultas, Nobis humiliter ſupplicauerunt vt ſuper hoc ipſis prouidere paterna prouidentia curemus. Volentes igitur in hac parte ipſis ſalutari rimedio ſubuenire, diſcretioni veſtræ per Apoſtolica ſcripta mandamus quatenus facientes vobis prædicta ſtatuta & Regulam exhiberi, ac diligenter examinantes, eadem corrigaris, & ſtatuatis circa ipſa prout ſecundùm Deum ipſorum ſaluti, & vtilitati Ordinis videritis expedire. Si vero aliquid difficile vel arduum emerſerit, ad Sedem Apoſtolicam referatis. Quod ſi omnes his exequendis nõ potueritis intereſſe, Tu frater Epiſcope cum altero illorum ea nihilominus exequaris. Datis apud Veterem Vrbem III. Id. Decembr. Pontificat. noſtri anno 2.

Nos igitur iuxta mandatum prædictum fratres eum Regula ſua noſtro fecimus conſpectui præſentari, & Regulam ipſam diligenter inſpeximus, & eam correximus, & emendauimus, corrigendo, & ſtatuendo ea quæ nobis ſecundum Deum ſtatuenda & corrigenda videbantur, prout in inferioribus diligenter Lector poſterit intueri.

In nomine Sanctę, & indiuiduæ Trinitatis, fratres Domus Sanctæ Trinitatis & Captiuorum ſub obedientia Prælati domus ſuę (qui Miniſter vocabitur) in caſtitate, & ſine proprio viuant; qui fratres extra domos ſuę profeſſionis mitti non valeant niſi pro ſcandalis manifeſtâ pœnitentiâ indigentibus, & pro alleuiatione domorum ſuarum, & pro nona domo ędificanda, & in hoc ſolo caſu prouideatur eis tanquam illius domus profeſſis.

Omnes res, vndecumque licitè veniant, in tres partes diuidantur ęquales, & in quantum duæ partes ſufficient, exequantur ex illis opera miſericordiæ, cum ſui ipſorum & eis neceſſario famulantium moderata ſuſtentatione; Tertia vero pars reſeruetur ad redemptionem captiuorum qui ſunt incarcerati pro fide Chriſti à Paganis, vel dato precio rationabili pro redemptione ipſorum, vel pro redemptione Paganorum captiuorum, vt poſtea rationabili commutatione, & bona fide redimatur Chriſtianus pro pagano ſecundùm merita, & ſtatum perſonarum. Cum vero pecunia data fuerit, vel aliquid aliud, licet ſpecialiter & proprie detur ad certum vſum, ſemper de conſenſu illius qui dederit (ſi præſens fuerit) tertia pars ſeparetur, niſi donator per ſe ipſum vel procuratorem idoneum, fratrem vel alium, id in vſus domus expendat. Si verò donator abſens fuerit, ita quod commodè non poſſit eius aſſenſus haberi, vel alias de eius voluntate conſtare, vt in hoc via melior & tutior teneatur, rei datæ tertia pars ſeparetur, exceptis terris, pratis, nemoribus, vineis, nutrituris, ædificijs & huiuſmodi; fructus enim inde exeuntes, deductis expenſis ſecundum rationabiles æſtimationes Miniſtri & fratrum in tres partes diuidantur æquales, ſed quæ paucas, vel nullas recipiunt expenſas, omnes diuidantur: Cum vero panni, vel calceamenta, vel minuta huiuſmodi, quibus neceſſe ſit vti, quæ vendi vel conſeruari non expedit, data fuerint, vel à ſe ipſis habuerint, non diuidantur, niſi Miniſtro domus, vel fratribus viſum fuerit expedire, de quibus, ſingulis Dominicis diebus, (ſi fieri poteſt) in Capitulo deliberetur. Si tamen prædicta, vt panni, terræ, nutrituræ, ſeu minuta venderentur, precium inde proueniens in tres partes (vt ſupra) diuidatur. De nemoribus autem, fœnis pratorum, ſtaminibus agriculturarum, & fructibu arborum, hortorum, pecorum, & aliarum rerum, ad vſus neceſſarios licea fratribus accipere. Si quid vero de prædictis vendi contigerit, vel de fructibus

bus arborum potus fieri, tertia pars reddatur captiuis, ſecundùm formam ſuperius annotatam. Si domus Dei, vel quęcunque alia à quouis licite, ſub quocunque nomine fratribus conferatur, donatoribus exponatur, qualiter de bonis ſuis tres debeat facere portiones, & ſi donator voluerit res diuidi, diuidantur; & ſi non, non diuidantur. Quæ autem vſque modo fratribus collata ſunt, ſecundum quod de voluntate donatorum ea receperunt, liceat eis de ipſis diſponere, & voluntatem donatorũ propoſſe ſuo adimplere. Fructus vero collectos de bonis poſtea adquiſitos, deductis, expenſis diuidere tenebuntur. De illis quæ in Eccleſia offeruntur, vel aliquo modo apportantur, vt veſtimenta, panni ſerici, oblationes, & huiuſmodi, ipſi Eccleſiæ in ſuis neceſſarijs, vt libris, cera, oleo, & alijs eiuſdem ornamentis prouideatur, quod autem ſupererit, diuidatur. Si domus, terræ, poſſeſſiones, vel alia vnde reditus proueniunt, vel conſeruandis fructibus ſunt neceſſaria, calamitate aliquâ, vel caſu deſtruantur, liceat fratribus de communibus bonis prædicta in ſtatum debitum reformare, & hoc de conſenſu Miniſtri maioris vel eius Vicarij, ſeu Viſitatorum eius prouinciæ.

Omnes Eccleſiæ iſtius Ordinis, quas fratres ſibi ædificauerint, intitulentur nomine Sanctæ Trinitatis, & ſint plani operis. Fratres poſſint eſſe in vna cohabitatione tam clerici quam laici, ſecundùm quod Miniſtro & fratribus vniuſcuiuſque domus viſum fuerit expedire; quorum vnus procurator ſit, ſed Miniſter (vt dictum eſt) nominetur, vt Fr. N. Miniſter domus Ordinis Sanctæ Trinitatis, cui fratres repromittere & impendere obedientiam teneantur. Omnibus fratribus ſuis ſicut ſibi met, iuxta poſſe domus, prout vnicuique opus fuerit, Miniſter fideliter adminiſtret. Veſtimenta fratrum ſint lanea, & alba, & liceat eis habere pelliceas prout vniuſcuiuſque expoſcſt neceſſitas, & braccas, quas iacenes non deponant. Iaceant in laneis, ita quod plumea fulcra, vel culcitras in domibus proprijs, id eſt, in quibus ad manendum fuerint deputati, niſi in ægritudine laborantes, vel deforis venientes, & hoc extra dormitorium, minimè habeant. In alijs vero domibus ſui Ordinis, & alibi vbicunque ſiue in itinere, ſiue in peregrinatione fuerint, poterunt iacere fratres in talibus lectis quales eis fuerint præparati, ita tamen quod tunicas non deponant. Cetuical vero cum coeino ad ſuſtentationem capitis permittantur habere. In cappis & caputijs fratrum imponantur ſigna, videlicet Crux in pectore, cuius brachium quod vadit in longum, ſit de panno rubeo; illud autem quod vadit in tranſuerſum, ſit cærulei coloris. Calceamenta habeant clauſa & ordinata; ita tamen quod genua non excedant niſi ſint equitantes. Liceat fratribus equos aſcendere, & equitaturas tales habere quales poterunt, & ſibi viderint expedire, dum nimis notabiles non exiſtant.

Vinum ſumendum à fratribus taliter temperetur vt ſobriè ſumi valeat. Ieiunent à propinquori Dominica feſto B. *Martini* hiemalis vſque ad natiuitatem Domini, & à Quinquaſima vſque ad Paſcha; inſuper & aliis temporibus anni omni ſexta feria, niſi feſtiuitas nouem lectionum interuenerit vel octauę, ita tamen quod à Quinquageſima vſque ad Paſcha in cibo Quadrageſimali ieiunent, & alia ieiunia quæ conſueuit Eccleſia celebrare. Poteſt tamen quandoque Miniſter ieiunium cum diſcretione relaxare propter ætatem, vel viam, vel aliam iuſtam cauſam, vel etiam, facultate inſpectâ, augmentare. Carnibus datis ab iis qui foris ſunt, vel ſumptis de propriis nutrituris, vel etiam emptis, veſci liceat tantùm Dominicis diebus à Paſcha vſque ad Dominicam

pro-

propinquiorem feſto B. *Martini* hiemalis,& a Natali vſque ad Septuageſimam, & in Natiuitate Domini, & in Epiphania Domini, & in Aſcenſione Domini, & in Aſſumptione & Purificatione B. *Mariæ*,& in feſtiuitate omnium Sanctorum, & in munitionibus & infirmitatibus. Poſſunt tamen Miniſtri cum fratribus ſuis de carnibus edendis extra Refectorium, & in viâ, ex iuſta & rationabili cauſa diſpenſare. Liceat fratribus ſagimine veſci; liceat etiam nutrituras emere et nutrire. Cum vero in itinere ſiue peregrinatione fuerint, ſi quid eis datum fuerit, inde viuant et reſiduum in tres partes diuidant. Si fuerint tamen in via profecti ad redimendum captiuos, quidquid eis datum fuerit, totum debeant ponere in redemptionem captiuorum præter expenſas. In ciuitatibus et in villis, ſiue in caſtellis in quibus proprias domos habuerint, nihil omnino extra illas domos (niſi forte in domibus religioſis) etiamſi a quouis cogentur, et cum Archiepiſcopis et Epiſcopis, et Regibus, ſi inuitati fuerint, comedant vel bibant, niſi forte aquam in domibus honeſtis, nec pernoctare præſumant extra huiuſmodi domos, niſi forte fuerint aliquorum magnatum, vel Prælatorum officiis deputati. Nunquam in tabernis, vel huiuſmodi locis inhoneſtis habitent, comedant, vel bibant, qui autem hoc præſumpſerit, iuxta arbitrium Miniſtri, maiori vel minori vindictæ ſubiaceat.

Talis ſit charitas inter fratres clericos et laicos vt eodem victu, veſtitu Dormitorio, Refectorio, et eadem menſâ vtantur. *I*nfirmi ſeorſim dormiant et comedant, ad quorum curam habendam conuerſus aliquis, ſiue clericus deputetur, qui ea quæ neceſſaria fuerint inquirant et miniſtrent, ſicut fuerit miniſtrandum. Moneantur tamen infirmi vt lauta, ſiue nimium ſumptuoſa cibaria non requirant, commodâ potius et ſalubri moderatione contenti. Cura hoſpitum et pauperum, et omnium euntium et redeuntium vni de diſcretioribus et benignioribus fratribus iniungatur, qui audiat eos, et vt expedire viderit, charitatis ſolatium adminiſtret: Requirat tamen ab illis quos crediderit admittendos, ſi his quæ fratribus apponuntur velint eſſe contenti, ? ad lauta quidem, ſiue nimium ſumptuoſa cibaria non oportet quenquam admitti. Quæcunque tamen præſtanda ſunt, cum hilaritate præſtentur, et nulli maledictum pro maledicto reddatur. Si quis tamen, et maximè Religioſus ad hoſpitandum aduenerit, benignè ſuſcipiatur, et charitatiuè iuxta poſſe domus illi ſubminiſtretur. Auenam tamen, vel aliud loco auenæ hoſpitibus dare non teneantur, ſi fuerint in ciuitate vel loco vbi venalis inueniatur, niſi forte Religioſi ſint hoſpites, vel tales qui ad manus non habeant, et emere non poſſint. Si autem hoſpites venalem non inuenerint, et in domo in qua ſuſcepti fuerint inueniatur, congruenter eis præbeatur. Nullus frater clericus aut laicus ſine proprio officio ſit, ſi fieri poteſt; Si quis vero laborare noluerit et potuerit, iuxta arbitrium Miniſtri canonicè puniatur, qum Apoſtolus dicat: *Qui non laborat, non manducet*. Silentium obſeruent ſemper 2. *Theſſal*. 3.
in Choro, niſi frater alicuius fratris confeſſionem in dicto loco audiat. Pauca tamen verba ſub ſilentio et ſine ſtrepitu propter aliquam iuſtam cauſam loqui poterunt. *I*n Refectorio et Dormitorio ſilentium ſeruabunt, niſi neceſſitas aliqua eos ad loquendum impellat, in quo caſu paucis verbis et ſubmiſſa voce loquantur: Extra vero prædicta loca liceat eis loqui temporibus aptis, remiſſa voce, humiliter et honeſte: Vbique ſermo eorum ſit honeſtus et ſine ſcandalo, ſimiliter et omnis eorum ſtatus, geſtus, vita, actio, et omnia alia honeſta in eis reperiantur.

Capitulum(ſi fieri poteſt,) ſingulis Dominicis diebus in ſingulis domibus Miniſter cum fratribus ſuis teneat, & de negotijs domus, & domui ſuæ ſiue fratribus datis, & familiæ nomine Ordini datis, vt ad redemptionem captiuorum tertia pars deputetur, fratres Miniſtro, & Miniſter fratribus rationem fideliter reddant. Similiter omnibus Dominicis diebus(ſi fieri poteſt)exhortatio fiat, & quid credere aut agere debeant,ſimpliciter moneantur. De omnibus rebus,& clamoribus fratres in Capitulo iudicentur. Nullus frater fratrem ſuum in publico accuſet, niſi bene poſſit probare. Qui autem hoc fecerit, pœnam ſubeat quam reus ſubiret ſi conuinci potuiſſet, niſi Miniſter ex cauſa cum eo diſpenſare voluerit. Si quis ſcandalum vel aliud eiuſmodi fecerit, vel(quod abſit)ſe inuicem percuſſerint, iuxta arbitrium Miniſtri,maiori vel minori ſubiaceat. Si quis frater in fratrem peccauerit, ſcilicet contra fratrem, idem eo ſolo ſciente qui iniuriam paſſus eſt, ſuſtineat patienter,licet ſit innocens, & qùm quieuerit commotio animorum, benigne & fraterne commoneat, & corripiat eum vſque ter, inter ſe & ipſum ſolum, & pœnitentiam agere de comiſſo, & de ſimilibus in poſterum abſtinere.Qui ſi non audierit, dicat Miniſtro, & ille corripiat eum ſecretè, ſecundùm quod viderit ſaluti eius expedire.Qui vero ſcandalum mouit, ſi per ſe emendare voluerit, totum ante pedes ſcandaliſati petens veniam ſe extendat; & ſi ſemel non ſufficit, vſque ter idem illud faciat. Si vero hoc in publicum venerit, quæcunque ſequta fuerit pœnitentia,hæc ſit prior, ſcilicet ante pedes Miniſtri, petendo veniam totius corporis extenſio, & poſtea ſecundum arbitrium Miniſtri emendetur. Generale Capitulum ſemel in anno celebretur; quod fieri debet Dominica quarta poſt Paſcha,in quo Capitulo quolibet anno Correctores Maioris Miniſtri eligantur, qui vna cum maiori Miniſtro, vel eius Vicario corrigendi & definiendi omnia quæ corrigenda & definienda ſunt, in Generali capitulo, tempore ipſius Capituli, & etiam Viſitatores conſtituendi in diuerſis prouinciis, & locum futuri Capituli Generalis aſſignandi, habeant poteſtatem. Nullus verò ſimplex frater ad Generale Capitulum accedat niſi vocatus à maiori Miniſtro, vel miſſus à ſuo proprio Miniſtro,vel aliquam iuſtam cauſam coram Miniſtro ſuo prætenderit, quam ſi in Capitulo Generali non fuerit proſequtus, ad arbitrium Maioris Miniſtri, & Correctorum canonicè puniatur. Si pro neceſſitate Domus debitum aliquod fuerit contrahendum, prius in Capitulo fratribus proponatur, & cum eorũ cõſilio fiat & aſſenſu,vt ſic ſuſpiciones & murmurationes euitentur.Si quis de ſubſtantiâ Domus violentiam fecerit, & ad iudicium opportuerit referri, non ante hoc fiat quam charitatiue à fratribus moneatur.

Electio Miniſtri per commune conſilium fratrum clericorum fiat; nec eligatur ſecundùm dignitatem generis, ſed ſecundùm vitæ meritum, & ſapientiæ doctriuam.Ipſe vero qui eligitur ſacerdos ſit, vel clericus Ordinibus aptus & profeſſus. Miniſter vero ſiue Maior, ſiue minor Sacerdos ſit;Maior vero Miniſter poſtquam electus fuerit ſecundùm formam in Regula annotatam, ipſius Ordinis curam plenè habeat, & liberè gerat, prout hactenus extitit obſeruatum & conſuetum;fratrumque omnium Congregationum confeſſiones audire & abſoluere ab omni trangreſſione Regulæ ſuâ poſſit authoritate. Minor vero Miniſter omnium fratrum Domus ſuæ audiat confeſſiones,dummodò verecundia repetiti exceſſus occaſionem minimè præbeat tardius Prælatis ſuis, vel minus purè quàm decéat, confitendi. Sollicite vero Mini-

miniſter prouideat vt præcepta Regulæ ſicut cæteri fratres, per omnia teneat. Poſtquam vero electus fuerit, ſi ex culpa deponi meruerit, per maioem Miniſtrum, conuocatis tribus vel quatuor Miniſtris minoribus, ſi comode infra tres dietas à loco valeant inueniri, & ſi commode haberi non poſſint, aſſumptis ſecum tribus vel quatuor fratribus eiuſdem Ordinis, viris Religioſis & honeſtis, de quorum conſilio & aſſenſu deponatur, & alius qui dignus ſit eius loco ſubrogetur. Si verò pro remotione terrarum, vel alia cauſa rationabili maior Miniſter hoc facere non potuerit, vices ſuas Miniſtris minoribus magis religioſis committat. Si vero duo vel tres pro locorum diſtantia haberi commodè non poſſint, per aliquem Miniſtrum virum Religioſum & honeſtum cum tribus vel quatuor Religioſis hoc fiat, & quod illi fecerint, authoritate Maioris Miniſtri ratum habeatur. Maior vero Miniſter, ſi pro exceſſibus ſuis corrigendus, vel deponendus fuerit, per quatuor vel quinque Miniſtros eiuſdem Ordinis magis Religioſos hoc fiat, qui tamen authoritate Generalis Capituli ad hoc eligi debeant.

Si quis huiuſmodi Ordinis frater eſſe voluerit, primo per annum in habitu fratrum, cum expenſis ſuis præter victum, omnibus ſuis retentis, in Ordine pro Deo deſeruiat, & poſt annum, ſi bonum et conueniens Miniſtro Domus et fratribus videatur, et ille recipiatur, nihil tamen pro receptione ſua exigatur: Si quid tamen gratis dederit, recipiatur, dum tamen tale ſit de quo non videatur Eccleſiæ periculum imminere. Si vero de cuiuſpiam moribus viſum fuerit dubitandum, prolixior de eo probatio habeatur. Si aliquis ante profeſſionem intemperanter ſe habuerit, et impatiens diſciplinæ ad arbitrium Miniſtri non emendauerit mores ſuos, tribuatur ei modeſtè licentia cum omnibus quæ attulit, recedendi. In Ordine vero aliquis non recipiatur, antequam annum vigeſimum videatur compleuiſſe: Profeſſio vero poſt annum, in arbitrio Miniſtri relinquatur.

Pignora non accipiant, niſi decimas cum licentia ſui Epiſcopi. De manu laici iuramenta non faciant niſi magnâ neceſſitate, cum licentia ſui Miniſtri, vel iuſſi ab Epiſcopo ſuo, vel ab aliquo vices Apoſtolicas gerente, et hoc pro honeſta & iuſta causâ. Si quod vitium in re quæ venditur notum fuerit, indicetur emptori. Ipſa die qua infirmus aſportatus fuerit, de peccatis ſuis confiteatur Miniſtro, vel cui Miniſter iniunxerit & communicet, et omnia alia Eccleſiæ Sacramenta percipere valeat ab eodem.

Omni ſecunda feria, præterquam in Octaua Paſchæ, et Pentecoſtes, et Natalis Domini, et Circumciſionis Domini, et Epiphaniæ, et præterquam in feſtiuitatibus nouem lectionum, et in octaua Sanctorum, et in aliatum feſtiuitatum, finita Miſſa pro fidelibus, fiat abſolutio fidelium defunctorum in Cœmeterio. Singulis quoque noctibus, ad minus in Hoſpitali coram pauperibus pro ſtatu et pace Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, et totius Chriſtianitatis, et pro his pro quibus generalis Eccleſia conſueuit orare, comunis fiat oratio. In Regularibus horis morem B. Victoris obſeruent, exceptis fratribus ſeruitiis Principum et Prælatorum deputatis, et fratribus itinerantibus; exceptis etiam pauſationibus, & prolixitatibus, & vigilijs, quæ occaſione laboris vel paucitatis ſeruientium poterunt eis remitti, de conſilio pſorum, & Religioſorum virorum ad hoc in ſuo Generali Capitulo de ſuis Miniſtris vel fratribus ſpecialiter electorum; propter paucitatem etenim ſuâ tantas pauſationes pſallendo facere non tenebuntur, nec ita tempeſtiuè ſurgere. In raſura ſimili-

ter Ordinem S. Victoris ſequantur Clerici; Laici vero barbas non radant, ſed eas ad modum Templariorum, vel Conuerſorum Ciſterciensium, creſcere permittant. Dat. an. Domini 1263. Menſe Maio.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ confirmationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei ac BB. Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum. Dat. Viterbij an. Incar. Dominic. 1267. VII.
V. Id. Decembr. Pontif. noſtri an. 3.

Hæc duo maximi Pontifices pari affectu in hanc Sacram Religionem; ſuper quibus Ego duo habeo lectori innuenda: Vnum eſt dictiones nonnullas in aliquibus eiuſdē Regulæ tranſumptis impreſſis diuerſimodè poſitas eſſe, quas ad antiquiora tranſumpta, Vlyſſiponenſis Monaſterii, ex S Palatii Romana Bibliotecha deſcripta author Epitomes correxit. Alterum eſt per hoc idem diploma confundi & redigi ad ſilentium eos qui aſſerunt ſacrum iſtum Ordinem Sanctiſſimæ Trinitatis non habere propriam Regulam, ſed ſolummodo communem illam S. Auguſtini. Id enim falſitatis euincunt tum quæ ipſe Ego ſuperius quando primam Regulam, eamque propriam ab *Innoc. III.* approbatam protuli; tum in præſenti per prolixam hanc, & nihilominus propriam ab Vrban. IV. et ad huc amplius à Clemente etiam IV. illis aſſignatam.

Bern. de S. Antonio. An. 1198.

Figuer. fol. 105.

V. Vnum inuenio monaſterium Patribus Flansburgenſe in Dania fundatum.

A N N V S.

IESVS CHRISTI D. N.	1268.	IMP. OCCID. VACAT.	
CLEM. Pp. IV.	4.	RELIG. SS. TRINIT.	71.
MICH. PALEOL. IMP. OR.	9.	INDICT.	11.

B R E V I A R I V M

1 *Clementis Pontif. vaticinum ferale de Conradino impletum.*

2 *Surgit Ordini Trinitario in Conuentu Toloſano annuus cenſus: cuius.*

3 *Diploma profertur: Eſt autem Alfonſi Comitis Pictauienſis.*

4 *Teſtimonium B.* Humberti *Magiſtri Generalis Prædicat. de Ordine Trinitario.*

1. NOn errat ſanè, aut non altè qui cenſet fortunam ſequi ſubinde naturam, ſiue illam ab hac inuitari, Exhibui iam dudum finem Frederici Imperatoris: hìcque eadem fere repetere habeo de ipſius nepote Conradino: Is enim contemptis diris quas in eum Clemens Pontifex vibrauit, vſque adeo detrectauit obedire aut reſipiſcere, vt profligato ſemel equitatu Caroli, & accedentibus ſuppetijs ſuperbus, copias ſuas præter Viterbium ſub ſignis ducens, ab illo conſpici voluerit. Pontifex autem ſiue prudentis animi coniectura, ſiue (vt creditur) prophetico Spiritu, pronunciauit eum ac ſuos tanquam victimam ad cædem deduci. Quod reuera euenit, vt conſtare poterit conſulenti

lenti hiſtoriarum illius temporis authores, quos ad expediendum operis huius textum in margine exhibeo.

Apparuit autem quam fuerit in pretio apud Principes tunc facer iſte Ordo Sanctiſſimæ Trinitatis; nam Alphonſus Comes Pictauienſ: ex ſanguine Regio, Conuentui eorum Toloſano legauit centum ſolidos reditus annui. Do deploma. II.

Nang. Paduan. Villan. Ricord. S. Antonin. Blondus.

Alphonſus filius Regis Franciæ, Comes Pictauienſis & Toloſæ, vniuerſis præſentes litteras inſpecturis ſalutem in Domino.

Du Catel. in hiſtor. Comit. Toloſan. f. 392.

Hanc ſibi nobilitas ponit vt quod ſponte tribuit exiſtimet ſe debere, & nihil in beneficiis ſuis vel præſtitiſſe putet, præſertim in largitionibus quæ fiunt Eccleſiis, in quibus optima menſura eſt immenſitas. Cum vero Chriſtus largitā munera ad ſui nominis gloriam conſpicit reuocari, tanto largiora tribuit quanto Religionis dignitatem viderit ampliari. Notum itaque facimus quod cum nos intuitu pietatis et in fauorem Religionis Miniſtro et fratribus Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis et captiuorum, in ciuitate noſtra Toloſana cōmorantibus dediſſemus et conceſſiſſemus centum ſolidos Toloſanos annui reditus per manum Seneſcalli Toloſani noſtri, eidem annuatim perſoluendos, quouſque fuiſſent in certo loco aſſignati, ac in aſſigatione huius facienda ad præſens offerat ſe facultas, ob remedium animæ noſtræ et progenitorum noſtrorum, quartas et exitus vinearum qui fuerunt Petri Garſiæ quæ obuenerunt ad nos, occaſione hęretieæ prauitatis, dictis Miniſtro et fratribus, eorumque ſucceſſoribus, in puram et perpetuam eleemoſinam dedimus et conceſſimus, ac eis aſſignauimus prout idem Petrus dictus vineas et quartos ante condemnationem ſuam tenebat ac poſſidebat, pro redditu centum ſolidorum, quos ſic vt præmiſſum eſt dederunt; Volumus enim quod fratres in dicta domo cōmorantes, et ibidem Domino ſeruientes, vinum quod de prædictis vineis habebunt in vſus fratrum inibi commorantium pro eorundem potu cedat perpetuo ſicut decet. Volentes etiam pro nobis, hęredibus et ſucceſſoribus noſtris, vt ijdem fratres eorumque ſucceſſores prædicta teneant in perpetuam eleemoſinam, et exp..... in poſterum pacifice et quiete. Nos vero, ſeu ſucceſſores à ſolutione dictorum centum ſolidorum, propter aſſignationem huius, in perpetuum ſumus et erimus omnino liberi, et immunes. In cuius teſtimonium præſentes litteras ſigilli noſtri munimine duximus roborandas; ſaluo in alijs iure noſtro, et ſaluo iure quolibèt alieno. Dat. Pariſiis anno 1268. menſe Decembris. III.

Apparet etiam quam fuerit in honore apud alios Ordo iſte, quando tunc Reuerendiſſimus, nunc verò etiam (multorum opinione) Beatus, Humbertus Hedus ſiue de Romanis, V. Magiſter Generalis Ordin. Prædicat. ſequentem ſermonem in laudem eius compoſuit et ad ſuos direxit. V.

Fratres de Trinitate, quibus Regulam tradidit *Innoc. III.* de omnibus bonis ſuis ponunt tertiam partem in redemptionem captiuorum qui tenentur à Saraceniſ; alias vero duas partes ponunt in ſui ſuſtentationem, et opera miſericordię, habentes quaſi ſemper Hoſpitalia in domibus ſuis, et ita bona ſua diuidunt in tres partes. Vna eſt in redemptionem Captiuorum qui tenentur

Ex libr. eius de modo prompte cudendi ſermones, ordine 24.

nentur à Saracenis, alia in operibus miſericordiæ iuxta ſe, alia in ſui ſuſtentationem. Item Eccleſiæ eorum omnes fundatæ ſunt in honorem Trinitatis: Item à principio habebant tres fratres Clericos, & tres Laicos, licet modo plures habeant vbi ſuſtentari poſſunt; & propter hoc non immeritò vocantur fratres de Trinitate. Vt ergo nomen iſtud quod ſibi appropriauerunt verè conueniat eis, debent eſſe ſpeciales cultores Trinitatis; quia ſicut Auguſtinus, ait *Summa Religio eſt imitari quem colis*, & hoc in tribus ſpecialiter, ſcilicet in vnitate quę eſt ſumma in Trinitate: Vnde Ioannis 17. *vt ſint vnum ſicut & Nos vnum ſumus:* Item in æqualitate, quæ eſt etiam ibi ſumma, iuxta illud Matthæi 23. *Omnes vos frates eſtis*, quod dicitur tam de Petro quàm aliis comuniter, ad hoc vt nemo ſuper alium ſe extollat: Item connexione quæ etiam eſt ibi ſumma, iuxta illud Epheſ. 4. *Corpus connexum:* Et quod pertinet ad firmitatem ſtabilitatis, primò debet ab huiuſmodi domo Trinitatis Sanctiſſimæ expelli omnis trinitas ſcelerata de qua *Amoſ. 2. ſuper tribus ſceleribus*. Et nota quod eſt ſcelerata trinitas peccatum cordis, oris, & operis: Item in corde cogitatio mala, & delectatio in eodem, & tandem conſenſus, iuxta illud *Geneſ. 3.* quoad primum, *& comedit*: quoad ſecundum: & *dedit* viro ſuo, ſcilicet rationi: quoad tertium item in ore murmurationes contra maiores, obloquutiones contra abſentes, vaniloquia ad inuicem inter pręſentes; & hi ſunt tres immundi ſpiritus in modum ranarum, de quibus Apocalip. 19. Item in opere concupiſcentia carnis, concupiſcentia oculorum, & ſuperbia vitæ, quæ ſunt contraria tribus votis Religionis. 1. *Ioan. 2.* Præterea eſt quædam trinitas humana quæ tota debet applicari ad imitationem prędictam Sanctæ Trinitatis, et expulſionem Diabolicę trinitatis, quod ſummè quærendum eſt à cultoribus ſuis; Qui vero ſic faciunt recte dicere poſſunt poſt pſalmum qui ſignificat bonam operationem, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui Sancto; ſicut ſtatuit Damaſus Papa ad inſtantiam B. *Hieronimi*; materia de prædictis thema Romanor. vndecimo, *quoniam ex ipſo, & per ipſum, & in ipſo ſunt omnia ipſi honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.*

A N N V S.

IESV CHRISTI D. N. 1269.		IMP. OCCID. VACAT.	
INTER PONTIFIC.	1.	RELIG. SS. TRINIT.	72.
M.PALEOL. IMP. OR.	10.	INDICT.	12.

B R E V I A R I V M.

1 *CArdinales electores diu diffe-runt Pontificem* Clementi IV. *ſubſtituendum.*

2 Carolus *Andegauenſis* Conradinũ *Sueuum ſecuri percuti iubet, & adhuc prius* Fredericum *Auſtrium.*

3 S.Ludouicus *Francorum Rex. teſtamenti tabulis ditat Cænobium Pariſienſe Trinitariorum.*

4 *Donatio ab Epiſcopo Vergellenſi facta Xenodochio eorundem de Anguillaria.*

5 *Monaſterium de Mocboron illis ſtruitur.*

6 *Fr.Rudolphus Anglicus liberat trecentos vndecim Chriſtianos captiuos.*

FAs & æqum foret ordiri à nouo Pontificio, ſi referendum ſe offerret; atque vtinam non differret immane. Nam Clemente IV. rebus humanis I. exempto, Principes Eccleſiæ Romanę purpurati, incertum an diſcordes, an aliquâ vi ſuperiore præpediti fere totos viginti ſeptem menſes; neminem Cathedræ S.Petri impoſuerunt, quanquam præſentes tunc Chriſtianæ Reip. neceſſitates aliud popoſcerint.

Illud autem adfert commodi annus quod in eo Chriſtianiſſimi Reges Galliarum expeditionem in Syriam adornauerint, ad recuperandam non modo Terram Sanctam, ſed et ſuam ipſorum famam, alijs tentamentis vtcunque labefactatam. Ex his Carolus Andegauenſis Siciliæ Rex iter incepturus, qum Conradinum Sueuum, et Fredericum Auſtrium Duces intercepiſſet, conuocatis ex toto regno Sindicis ciuitatum, iudicium eis in illos dedit. Ex quorum ſententiâ ambo, vti pacis Eccleſiæ et regni perturbatores, ac maieſtatis Diuinæ, humanæque rei, ſolemni pompâ inſtratoque loco ſericis tapetibus Neapoli publicè ſecuri percuſſi ſunt, cum quibuſdam aliis die 26. Octobris; Raro et ſeuero exemplo quod famam Caroli non parum denigrauit. Ex iis Frederico in primis caput amputatum eſt, quod iam reciſum, et vltimis ſpiritibus calens, nomen Beatiſſimę Virginis Mariæ ſemel iterumque pronunciauit. Conradinus autem amplexus illud et oſculatus, lachrimis cauſam eius primò perorauit; tum verò facundâ oratione inimicorum feritatem, et innocentiam ſuam proſequutus, chirothecam, ſiue annulum coram circumſtantibus abiecit in ſignum inueſtituræ regnorum ſuorum, quorum hæredem ſuo iure conſtituit Fredericum Caſtellanum, filium amitæ ſuæ, ſiue (vt plures habent) Petrum Aragonium, qui duxerat filium Manfredi patrui ſui. II.

Villan. lib. 7. H Spondan. hic n. 7. &c.

Nang. Gaufrid. Ioinuille, apud Spond an. 1670. nu. 1.

In expeditione quam dixi S. Rex *Ludouicus* Galliarum nulli voluit eſſe ſecundus, et nihilominus ſe interim ad alia pietatis opera extendit. Alia alii III. expendant; meum eſt referre quod erga Sacram Religionem geſſit. Nam conditis teſtamenti tabulis, quas in lucem emiſit Claudius Menardus anno 1627. domui S. Maturini Pariſiens, Ordinis S.Trinitatis et Captiuorum. LX. libras: Fratribus Fontis Bleaudi eiuſdem Ordinis ad vſus pauperum LX. et

aliis

IV. aliis domibus eiuſdem Ordinis in regno Franciæ conſtitutis magis indigenribus et plus oneratis,C.libras legauit.

Eodemque anno Epiſcopus Vergellenſis donationem fecit Hoſpitali eorundem PP.de Angularia. Cedo ipſum inſtrumentum.

In Dei nomine.

Ego Dominus Aril, Epiſcopus Vrgellenſis,cum voluntate totius mei Cleticorum Capituli,dono & concedo Hoſpitali de Angularia meam portionem quam habeo in Eccleſia Pontis cum ſuis pertinentijs cte. Facta charta in Eccleſia Sedis Vergellenſis, VII. die menſis Februarij, anno Domini natiuitatis, 1269. Firman il obisbo y Canonigos. Concuerda con ſu original queſta en el archiuio de la Cathedral di Vrgel, de donde ſe ſaeò a la letra bien

V. fielmente.

Figuer. ſ. 80. 100. Item Monaſterium de *Mecboron* S. Mariæ Magdalenæ dicatum, eodem tempore erectum eſt à D. Alemanda de Entenza prope villam Moræ. Ipſum quam maxime procurauit P. Fr.*Ferrerius* Grait, quartus Miniſter Prouineialis Aragoniæ. *I*s adoleſcens habitum induit in Auenganenſi Clauſtro, exiſtente eius Miniſtro P. Gulielmo de Vetula. Ipſe Religioſos miſit ad Inſulas Baleares, nec non Valentiam AEditanorum. Fuit vir pins, et doctus,

Figuer. ſ. 100. ſacri eloquii preco eximius, à Conſilijs *Iacobo* I. Regi Aragonum, magnus et indefeſſus captiuorum redemptor: quippe cuius operâ e Maurorum vinculis liberati ſunt circiter bis mille triginta Chriſtiani. Munus Miniſtri Prouincialis cum laude geſſit triginta duobus annis, Denique octuageſimo quinto vitæ anno mòrtem admiſit,Idibus Decembris,& ſepulchrum accepit in cænobio Auinganenſi.

VI. Adhuc etiam Fr.*Rudolphus* Anglicus ex Comitatu Cantiano, Conuentus Montidunenſis,prouincię Angliæ Doctor Theologus Cantabrigienſis, Miniſter prouincialis per Angliam, vir vndequaque doctiſſimus, aſſumpto ſocio

Idem. Richardo,multis pro Deo exantlatis laboribus,ex ciuitate Tuniſii in libertatem aſſeruit trecentos vndecim captiuos,quos in ſuam cuiuſque patriam dimiſerunt redemptores, ipſi obſides pro pretio aliquamdiu ibidem remanentes. Interim in horridum fætidumque carcerem detruſi, tandem in odium fidei capitibus plexi ſunt XIX.Cal.Octobris.

ANNVS

ANNVS

IESV CHRISTI D. N.	1270	IMP.OCCID.VACAT	
INTERPONTIFICII	2	RELIG.SS.TRINIT.	73.
MICHAEL.PALEOL.IMP.OR.2.		INDICT.	13.

BREVIARIVM

1 *Mortes Principum virorum.*
2 *Item fæminarum.*
3 *Surgit Ordini Cœnobium S.* Mariæ *Vallis.*
4 *Memoria F.* Petri, *Epiſcopi Quiſanonenſis.*
5 *Difficultates quædam obortæ inter PP.Ordinis, & Capitulum Maſſilienſe, componuntur.*
6 *Celebratur Capitulum Generale Ordinis Maſſiliæ.*
7 *Item aliud apud Ceruum frigidum.*
8 S.Ludouici *Regis obitus, & beneficia in Ordinem Sanctiſſimæ Trinitatis.*

Iſte annus abſque iniuria nominis poteſt dici Regicida; tot in eo ſertata capita obierunt. Primus Ludouicus Rex Galliæ Sanctus, de quo fuſius infra. Secundus Theobaldus Rex Nauarræ, idemque Campaniæ. Tertius Bela Rex Hungariæ, quibus parum aberat ne adderetur Alphonſus Rex Caſtellæ. Sed aliter quàm alij, qui naturæ legibus eeſſerunt; iſti autem aſperi mores, nimia ſeueritas, & linguæ petulantia periculum tam regni quam vitæ acerſerunt. I. *Ioinvill. in Vit. Suffrid. Epiſt. l.2. Sanct.p.42. c.3.*

Neque vero tempus hoc viris tantum, ſed & fęminis fatale fuit: nam Iſabella vxor Theobaldi,& Nauarræ Regina, S. Regis Ludouici filia cum marito rediens ex Syriâ prope Maſſiliam obijt: Alia etiam Iſabella,Philippi Regis vxor Aragonia, lapſa ex equo, dum fluuium traiiceret, vterum ferens occubuit.Quam mortalitatem Ego quà poſſum compenſabo memoriâ cuiuſdam matronæ Crocouienſis, quæ nomine Margarethæ audiuit,Virboslai Comitis vxor, & vno partu triginta proles edidit. II. *Michou.lib. 3. Cromer. l.9.*

Religio hoc anno accepit locum cœnobio extruendo apud Eremitotium Sanctæ *Mariæ* Vallis de Roynela, induſtria P.Apritij qui Miniſter erat monaſterij Valentiæ. Conceſſit autem ipſis ſitum illum D. Petrus Epiſcopus Segouienſis publico Inſtrumento,cuius hic tranſumptum Latinum exhibeo,nam autographum eſt Hiſpanum. III. 1 *Figuer.f.10*

Nos D.*Petrus* Dei gratia Epiſcopus Segouienſis & Sanctæ *Mariæ*, conſiderantes bona quæ fiunt, facta ſunt, fientque in Ordine Sanctiſſimæ Trinitatis Captiuorum, 1. Damus Maiori Miniſtro, & omnibus fratribus Ordinis S. Trinitatis Captiuorum ad poſtulationes & inſtantiam veſtram Fr. Aparicio Miniſter Ciuitatis Valentiæ Ordinis S.Trinitaris, & Fratrum eiuſdem loci, Eccleſiam quę vocatur *S. Mariæ* de Royela, quam vobis damus, concedimus & confirmamus vt vos & veſtri ſucceſſores habeatis, teneatis & poſſideatis, exemptam, liberam & pacificam, tota Mundi duratione ad præſtanda Deo, & S. Trinitati obſequia Miſſarum ſacrificijs, alijſque quæ Fratres poſſunt exhibere Deo,iuxta Ordinis conſuetudinem, cum bonis quę hodie ipſius

ſunt, & quæ Deus voluerit in poſterum conferre per hominum pietatem, vt vt eam habeatis, teneatis, & in pace poſſideatis per infinita ſecula ſeculorum, cum ſuis oblationibus quæ ad manus veſtras venerint, cum teſtamentis & ſepulturis veſtris & veſtrorum fratrum, & peregrinorum qui inibi morientur, & eorum omnium qui ſe voluerint.... in..... noſtri Capituli, & noſtrorum clericorum, nempe quartam partem ex mandatis, teſtamentis, & aliis votis & obligationibus, & pœnitentijs,& aliis obuentionibus quas Deus addiderit, vt ſint veſtra, libera, exempta,& abſque omni contradictione.

Et quæ præſcribuntur in teſtamentis, vel alio modo pro captiuis in toto noſtro Epiſcopatu, præcipimus vt vobis tradatur, & nemini alteri, præterquam Abbati dictæ domus Sanctæ *Mariæ* de Roynela, & fratribus Sanctæ Trinitatis. Atque vt hæc donatio habeat valorem & firmitatem, præcipimus noſtrum ſigillum ei appendi. Dat. Valentiæ. IV. Calend. Febr. anno Domini milleſimo ducenteſimo, ſeptuageſimo; præſentibus ibi Raymundo Rectore Villę nouę. Sancio Rectore Arguis, & Ferrario Rectore Friges & Dominico Peret Vicario Eccleſiæ parochialis S. Laurentii Valentiæ, Martino Peret de Bonaca, Adamo de Iſutre Maior domo Domini Epiſcopi. Petro Catalam Decano, & Clerico D. Epiſcopi. Andrea ſubdiacono Frigis.

Concordat cum autographo quod ſeruatur in Cœnobio SS. Trinitatis Royuelæ,vnde tranſcriptum eſt bene & fideliter. Eandemque donationem poſtea,nempe an. 1396.alius Epiſcopus,nempe Petrus de Sergoue confirmauit.

Ex hoc monaſterio prodiit Fr. *Petrus* S. Theologiæ Doctor, Miniſter Prouincialis Aragoniæ, poſtea Epiſcopus Quintamonenſis, ſuffraganeus D. Didaci Epiſcopi Albarrazinenſis, & Segobricenſis, nec non Capellæ S. *Mariæ* vnitæ iam prædicto monaſterio Diæceſanus. Eodemque Fr. *Petro* Epiſcopo & Diœceſano dictæ Capellæ de Motos, Didacus Epiſcopus Segobrucēſis, & S. *Mariæ* Albarrazinenſis procurante, quadraginta dies indulgentiarum conceſſit anno 1388.

Tunc dierum ortæ ſunt diſſentiones aliquæ inter Capitulum Maſſilienſe & domum FF. Sanct. Trinitatis ibidem, quas non rectius ſignificabo quam adhibendo ipſoipſum tenorem tranſactionis factæ inter partes, eſtque iſta.

Figur. f. 103 Quæſtiones verſabantur, ſeu dubitationes erant exortæ inter Dominum Præpoſitum Sedis Maſſiliæ & Capitulum eiuſdem Sedis ex vnâ parte, & F. Nicolaum Miniſtrum domus S. Trinitatis & Captiuorum Maſſiliæ & fratres eiuſdem domus ex alterâ,ſuper diuerſis compoſitionibus initis inter anteceſſores eorum, & diuerſis contentis in dictis compoſitionibus, & ſpecialiter ſuper oblationibus quæ ad manus..... eorundem fratrum, ſiue ad altare ſeu .... vel .... obtinere ad dictam Eccleſiam fratrum Sanctę Trinitatis obueniunt, & ſuper iura inhumandi corpora defunctorum in cæmeterio eorundem fratrum Sanctæ Trinitatis, & ſuper iura maritagii, ac veluti, ſiue in rebus mobilibus, ſiue immobilibus, ſiue in monetibus, ſiue in pannis omnium illorum qui ibi, & in eorum cæmeterio fratrum ſepulti fuerunt, ſiue & canonica portione, de quibuſdam aliis qui in dictis compoſitionibus continentur &c.

Fuit autem conuentum inter partes hinc inde vt in omnibus ſtaretur iudicio Epiſcopi, quem ambæ partes elegerunt in iudicem arbitrum omnium difficultatum. Tenorem compromiſſi quia prolixus eſt, cenſui reiiciendum in Regeſtum, ne filium hiſtoriæ abrumpat. Tandem Epiſcopus habita plenâ de-

deliberatione ſuper quęſtionibus ſupradictis, Volentes (inquit) imhærere veſtigijs prædeceſſorum noſtrorum, primam compoſitionem habitam inter D.P. eundem Maſſilienſcm Epiſcopum anteceſſorem noſtrum, & B.eundem Maſſilienſis Eccleſiæ Præpoſitum, totumque Eccleſiæ eiuſdem Capitulum ex vna parte, & F.*Ioannem* de Matta inſtitutorem quondam Ordinis S.Trinitatis, redemptionis Captiuorum confundatorem, domus eorum quę in ciuitate Maſſilienſi orta eſt, & cætera pronunciando approbamus, confirmamus & ratum habemus, & eandem præcipimus, duximus, et arbitramur eandem compoſitionem pcr dictas partes perpetuo et inuolabiliter obſeruari: Et omnes alias compoſitiones, ſi quæ ſint habitæ interdictas partes, vel earum anteceſſores, caſſamus, et caſſas et irritas pronunciamus, etc.

Tenorem compoſitionis quam iudex arbiter obſeruari præcepit, infra in loco cum cæteris producendam hic omitto, eo magis quod ſupra videar aliquid illius libaſſe in hiſtoria S.*Ioannis*, atque illa Conuentu Maſſilienſis. *An.1203.*

Tunc etiam vnum Ordinis Capitulum Generale celebratum eſt in eâdem Ciuitate Maſſiliæ, in eoque vniuerſus Ordo acceptauit articulos concordiæ in dicta translatione diſpoſitos.

Ac præterea aliud apud Ceruum frigidum, in quo conſtitutum eſt iuxta Apoſtolicam Conſtitutionem Vrbani IV. vt in qualibet hebdomada duobus diebus fieret officium, die Iouis de Trinitate, Sabbatho de B. Virgine: Tempore etiam Aduentus vſque ad antiphonas maiores, et Quadrageſimæ vſque ad Dominicam Palmarum.

In tot Regum funeribus, immorandum Nobis eſt prę omnibus, illi *S.Ludouici* Regis, qui vltra omnes Sacro Ordini benefecit. Voluit enim Religioſos eius alumnos penes ſe ſemper habere, officio Sacellanos ac domeſticos, (*quos tibi in Capellanos & familiares aſſumpſiſti*) ait Pontifex Regi ſcribens. Conuentui eorum Pariſienſi dono dedit ſegmentum veræ Crucis Dominicæ, et vnius ſpinæ ex ipſius coronâ. Ibidem aſſeruatur Regium paludamentum eius in planetam verſum: *I*tem Calamarium eiuſdem et chiro tecæ: Et, quod omnibus præſtat, Corona Regia eiuſdem, auro obducta, et artificioſè fabre facta, inſertis Sanctorum Reliquiis pro gemmis. *Alexand. Pp.IV.*

A N N V S.

IESV CHRISTI D. N.	1271.	M.PALEOL.IMP.OR.	12.
INTERPONTIF.	3.	IMP. OCCID. VAC.	
GREGOR Pp. X.	1.	RELIG. SS. TRINIT.	74.

INDICT. 14.

B R E V I A R I V M

1 *Cardinales vrgentur à Regibus ad electionem noui Pontificis.*

2 *Illi omnes compromittunt in* S.Bonauenturam, *qui nominat* Theobaldum *Placentium, dictum deinde* Gregor.X.

3 *PP. Trinitarijs in Scotiâ ſurgit monaſterium de Crenach.*

4 *Memoria Alardi Miniſtri Generalis Ordinis.*

6 *Viri doctrinâ & dignitate clari eiuſdem.*

6 *Martyres aliquot illiuſdem.*

I. *Nang. in Philip.III.* Tandem aliquando Sedes vacua inuenit ſeſſorem: *Philippus* Rex Francorum, vnà cum patruo *Carolo* Rege Siciliæ, ex Apuliâ Romam, inde Viterbium accedentes, qum adhuc inueniſſent Cardinales magno Reip. Chriſtianæ damno et ſcandalo diſſidentes in electione Pontificis, hortati eos ſummopere ad concordiam, re infectâ diſceſſerunt, quiſque in regnum ſuum, diſſidentibus ad hac interſe Cardinalibus.

II. *In vita S. Bonau. cap. 13.* Sed denique illi compromiſſum fecerunt, quod quia hiſtorici variè referunt, Ego hic interim illum ſequar qui et virtute ſua, et veriſimilitudine facti fidem meretur. Refert enim *Petrus Galatinus* collegium Cardinalium, (vt dixi) ſtudia in contrarium ſciſſum, electionem futuri Pontificis commiſiſſe *S.Bonauenturæ* Ordinis Franciſcani Generali, ſpondentes ſanctè, imò etiam totâ authoritate valentes ac volentes eum Sedis Apoſtolicæ præficere, quem ille eis aſſignaret, tametſi nominaret ſe ipſum. Sed vir Sanctus, neque proprio ambitu, neque gratitudine in Cardinales motus, elegit extra Collegium illorum virum vitæ probitate, Iuris ſcientiâ, et rerum expetientiâ inſignem *Theobaldum* Placentinum, origine Mediolanenſem, ex familiâ Viceeomitum, quæ olim illi Ducatui imperauit, tunc Ptolomaide degentem, qui in Pontificatu *Gregorius X.* eſt appellatus. Quam deſignationem Dei Spiritu eſſe factam, oſtendit electi ſanctitas, nam et ipſius integerrima vita, et miracula à morte patrata id ſuadent. *Ptol. Lucenſ. AEmil. Bland. Platin.*

III. *Fig. ſ. 102.* Cæterum res Ordinis hic recenſendæ ſatis parcè occurrunt. *In* Scotiâ tamen ei erectum eſt monaſteriū de Crenach S.*Gilberti* Epiſcopi in Cathaneſiâ, Scotiæ prouinciâ magnâ religione honorati, nec non Cathanenſium patroni, à quodam *Patritio* Morauo fundatum 1271. Primum adminiſtratorem habuit Dauid Leslæum, qui poſtea ob ſingularem probitatem Epiſcopatu Orcadenſi à Rege *Erico IV.* Daniæ decoratus eſt, vbi ſedit annis XI. et obiit anno 1207.

IV. *Alaun. ſ. 165.* Sub idem tempus Reuerendiſſimus *Alardus* Miniſter omnium Generalis vitam hac meliori mutauit, cùm imperaſſet Ordini octennio circiter. Eum ille multis monaſteriis amplificauit, pluribus redditibus, poſſeſsionibus, nemoribus, et præſidiis magnificè locupletauit.

El-

Eâdemque tempeſtate in eodem Ordine floruerunt viri litteris ac dignitate magni, et(quod plurimò amplius refert,) Sanctitate. Priorum numerum componunt Fr. *Ioannes* de Duaco Doctor Theologus Pariſienſis, qui deinde cœnobia Attrebatenſe et Pariſienſe Miniſter gubernauit. Similis Fr. *Gulielmus* de Londino, patriâ Anglus, Magiſterio Gallus, quippe Doctor Sorbonæ Pariſiorum. Dicuntur etiam ex eiuſdem Ordinis alumnis duo Patres adminiſtraſſe totidem Epiſcopatus in Hyberniâ, Nicolaus Corcagienſem, et Dauid Laonenſem. V.

Poſteriorum indicem mihi texunt Sancti Martyres eiuſdem Religionis, numero duodecim, Galli à Saracenis in odium fidei Orthodoxæ pro redimendis captiuis obtruncati capitibus, et in ignem coniecti apud Tuniſium; videlicet *Fr. Ioannes*, *Fr. Petrus*, *Fr. Guillermus*, *Fr. Richardus*, *Fr. Bartholomæus*, *Fr. Antonius*, *Fr. Dioniſius*, *Fr. Claudius*, *Fr. Bernardus*, *Fr. Anaſtatius*, *Fr. Robertus* Helphiſtonus Scotus, Confeſſarius *Alexandri III.* Regis Scotorum, eiuſdemque Orator ad *Vrban. Pp. IV.* VI.

A N N V S

IESV CHRISTI D.N.	1272.	IMP. OCCID. VACAT	
GREGORI Pp. X.	1.	RELIGION. SS. TRIN.	75.
M.PALEOL. IMP. OR.	13.	INDICT.	15.

B R E V I A R I V M.

1 E*lectus Pontifex ex Oriente in Italiam redit, magnificè exceptus.*
2 *Vigilantia eiuſdem erga fortunam Terræ Sanctæ.*
3 *M.* Ailardo *in regimine Ordinis Trinitarij ſufficitur* Petrus à Cuſiaco, *cuius virtutes fusè narratur.*
4 *Floret Fr.* Gulielmus *à Duaco* Belga.
5 *Item Fr.* Robertus *Penerillius Hybernus.*
6 *Erigitur Ordini monaſterium Murciæ.*
7 *Memoria Fr.* Petri *Bergones.*
8 *Singularis gratia cuiuſdam P. Trinitarij apud Saracenos, teſte* Greg. *X. P. M.*

INeunte Ianuario huius, *Theobaldus* electus Pontifex ex Syria Brunduſium appulit, indeque a *Carolo* Rege ſummo honore, & ſolita pedeſtri dextratione exceptus, deductuſque Ceperanum, eo inde ad ſua remiſſo, Viterbium, vbi Cardenales eum operiebantur, peruenit 4. Id. Febr: ac, ſumptis Pontificatus inſignijs, Romam profectus vj. Cal: April in Baſilica Principis Apoſtolorum conſecratus, & Coronâ Pontificiâ ornatus eſt ſumpto nomine *Gregorij* eius nuncupationis Decimi, & ſymbolo: *Perfice greſſus meos in ſemitis tuis.* I. *P. Lucenſ: in Chronic.*

Qum Ptolomaide diſcederet, & concionem ad Chriſtianos haberet, Dauidicum illud magno zelo vſurpauit: *Si oblitus fuero tui Hieruſalem obliuioni detur dextera mea: Adhæreat lingua mea faucibus meis ſi non propoſuero Hieruſalem in principio lætitia mea.* Cui execrationi reſpondens in Italia priuſ- II. *pſal. 16. v. 5 Boſſ. lib. 10 Bzou. hic num. 2. pſ. 155. v. 6.*

priuſquam Viterbio exiret, operam dedit vt ei ſubueniretur, exemplum alijs prębens, nam ære Eccleſiaſtico quingentos equites conſcripſit, multoſque pedites, quibus traijciendis trirèmes a Venetis conduxit.

III. Ad noſtra deueniendo, *pro patribus nati ſunt filij*; de quibus ibidem: *Conſtitues eos Principes*: Ita enim extincto Reuerendiſſimo huius Ordinis moderatore *Ailardo*, & exacto anno, ſubſtitutus eſt ei alius P. *Petrus* a Cuſiaco, non pœnitendo auſu, ob virtutes & præclara opera electi. Fuit enim ille magiſterio Theologico Pariſijs decoratus, & ibidem ob ſingulares dores apprimè charus *Philippo* Regi Galliæ: vndè & eidem ſæpè ſupplex, dicitur nunquam habuiſſe repulſam, ac proinde ſummates regni adhibebant eum mediatorem ad negotia ſua expedienda: Ipſe verò etiam pauperibus ſuccurrebat. Acceſſit eum aliquando fœmina amiſſo marito vidua, & duabus prolibus (fœminis vtique) alendis grauata, ac proindè valdè egens, cuius vir multis annis equiſonem Regi egit. Qumque egeſtate premeretur, & Rex videretur oblitus obſequiorum amiſſi coniugis, iam ferè decreuit apud ſe proſtituere filiarum ſuarum pudicitiam. Sed interceſſit neceſſitati æque ac prauitati viduæ vir Dei à *Cuſiaco*, &, quaſi repetitus *Nicolaus*, virginum pudicitiæ prouidit. Acceſſit enim Regem & & caſum retulit, qui adeo Maieſtatem illam mouit, vt edixerit, tribus illis fœminis prouideri. Ex illis vidua mater acceſſit Patrem *Petrum*, & voluit audire reſponſum: Cui ille; Poſtula, inquit, quæcumque optas, & te decent, nam nihil omnium negabitur. Quod qùm illa crediſſet, & contuliſſet cum filiabus, in eo omnes conuenerunt, vt ex puellis maior natu nuberet, minor autem cum matre intraret monaſterium: quod & factum, nam ſingulæ acceperunt copioſam dotem.

p[ſ].44.v.17.
Aitnn, f. 167.

Sæpè Regem rogabat, dignaretur meminiſſe conſtitutionum ſuæ ſacrę Religionis nempè redemptionis vinctorum, miniſterij Sacramentorum, prædicandę Euangelicæ veritatis; nec nequidquam, proindè enim Chriſtianiſſimus multa prædia erogauit Conuentibus Ceruifrigidi, & Pariſienſi, quorum prouentibus abundè prouiſum eſt Ordini de ſacris paramentis atque etiam Bibliotechis: Plurimi etiam vincti educti ſunt ergaſtulis infidelium, quorum redemptio multo ære ſtetit. Qùmque Chriſtianiſſimus temporis tractu magis perſpexiſſet eius virtutem, atque in regimine fælicitatem, voluit eum præficere Eccleſiæ Narbonenſi Epiſcopum: ſed Petrus noluit, profeſſus ſe imparem oneri, qùm iam fratrum ſuorum curam haberet impoſitam.

Iam tum arcta fames in Galliâ graſſata eſt, quâ plurimi pauperes ſunt extincti. Alijs ille ita prouidit, vt qùm ipſius prouentus non ſufficerent neceſſitati, apud nobiles, diuiteſque perorarer pro ſubſidio miſerorum tam facundè, vt illi etiam contribuerint ad colligendum frumentum ex Sicilia, quòd ille deindè in pauperes manu ſuâ diuiſit, cuique iuxta egeſtatem eius, ac conditionem; quanquam etiam opus ei fuerit debita contrahere, quæ deindè Regis liberaſitate extinxit.

Degit penes eum Clericus quiſpiam vitæ admodum incompoſitę, etiam ſcandaloſæ; frequens enim ingurgitabat ſe vino vſque etiam ebrietatem, Huic antiſtes ſcripſit in primis ſuauiter, monens vt mores ſuos corrigeret; aliorum ſcandala caueret: ſed fruſtra. ob[illegible]nauit enim ille exceſſus ſuos, & profecit in peius. Quod qùm dolere[illegible], [illegible]it eum, & iam pre-

ſenti

ſenti obiecit iconem Chriſti è Cruce penduli, & perorauit, magnâ emphaſi ſpiritus inculcans tot tantaſque eius moleſtias, pœnas, vulnerum plagas, plagarum dolores, vt iam denique expugnauerit Clerici peruicaciam, quippè qui ſtatuit non ſolum mores corrigere ſed & conditionem in melius mutare, ſacræ Religiónis ingreſſu, quod & fecit in monaſterio huius Ordinis Medulæ, acceptâ veſte ab ipſo quem audiebat interim Miniſtro Generali.

Idem, Narbonæ erexit Confraternitatem Sanctæ *Mariæ*, dictam, cui incumberet miſeros colligere, & collectos in Xenodochijs fouere; quìmque eiuſmodi publica & pia opera multiplicaſſet, denique expertus eſt ſuam mortalitatem, cui ceſſit anno a partu Virginis 1280. quarto Epiſcopii, decimo quarto Miniſterij Generalis.

Eodem anno creditur idem Ordo cælis tranſmiſiſſe alium non inferiorem ſequutum. Is fuit *Gulielmi* a Duaco, qui ſumpto cognomine ab Vibe in qua eſt editus ex nobili familia, vix pubertatis annos attigit qùm ſe virtututum exercitio addixit: atque ad earum faciliorem vſum ſubiuit adhuc adoleſcens inſtitutum SS. Trinitatis Captiuorum. Tùm verò ille carnem ſuam perrexit acrius domare, cilicinis ſagis, & laneâ tunicâ indutus. Idem quaſi columba in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ, puta Redemptoris plagis ſe exercebat meditando. In egenos liberalis fuit. Scripſit contra Guliel. a Sancto Amore opus cui titulus, *Propugnaculum Mendicantium* pro Ordinibus SS. *Dominici* & *Franciſci*, & Pariſijs fuit familiaris S. *Thomæ* Aquinati. Tandem ad mercedem laborum vocatus, in cælum tetendit iv. Kal. Maij, & ſepulchrum accepit apud Mathurinos ſuos in media æde Capitulari, vbi hoc eius Epitaphium legitur. IV.

Anno Domini 1272. iv. Cal. Maij obijt Fr. Guillermus de Duaco Doctor Theologiæ, &c.

In hoc ſargophago iacet inclyta digna propago
Laudibus immenſis, Guillermus flos Duacenſis.
Qui penes hunc tranſis moriturus, vt hic anſis
Reſpice nunc, hora breuis eſt, pro eo precor ora.
Vir fuit eximiæ bonitatis, Theologiæ.
Doctor: parcat ei gratia ſumma Dei.

Idem annus fuit fatalis alteri eiuſdem Ordinis ornamento P. *Roberto* Peueral, alias Peuerillio Hyberno. Hic inſtitutum iſtud profeſſus dicitur in Monaſterio S.Crucis Limiricenſi. Studiorum cauſa Lutetiam Pariſiorum petiuit, vbi ſacris litteris imbutus, inter Doctores Sorbonicos adſcriptus eſt. Moxque diſcendi ardore percitus, Oxonium adiuit, vbi tam diſcendo quam docendo ingenium ſuum explicauit, ſed & poſteritati conſuluit tranſmiſſis ei præclaris commentarijs in fidei myſteria. Fertur enim ſcripſiſſe de SS. Trinitate: In pſalmos Dauidicos: In Epiſt. S. *Pauli* ad Hebræos. In Logicam in Cantic. Magnificat, & denique ſermones Dominicales per annum. Vita functus locum quietis accepit in monaſterio Atharenſi. v. Id. Maii. V.

Ipſo

VI. Ipſo eodem *Alphonſus* Rex Caſtellæ, cognomento ſapiens, iſti Ordini erexit Murciæ monaſterium extra mænia, penes flumen ab Hiſpanis dictum Segura. Et deductis eò ex Valentino cænobio monachis, tanquam primis incolis loci poſt ex pulſos Mauros, multa prædia, ac poſſeſſiones illis largitus eſt, vt conſtat ex litteris eiuſdem, atque alijs apud Franciſcum Caſcales, qui diſerte aſſerit legiſſe ſe in volumine quod vocat: *Populationis* huius vrbis, aſſignata monaſterio ſiue domui Religioſorum SS. Trinitatis in Pagijs ſiue hæreditatibus de Carauaija & Cudiacib. decem & ſeptem thaulas terræ. Deindè autem translatum fuit cænobium intra mænia vrbis, non longè a porta Horiolana, propter inundationes vicini flumini, ſæpè ac diu ei perniciosas.

VII. In prolibus huius Conuentus inter alios numeranrur P. Fr. *Petrus* Borgones, qui ob egregias virtutes habitus eſt pro Sancto in dictis ciuitate et Conuentu, tam viuus quam defunctus.

Item Mag. Fr. *Balthaſar* Ximenes, aliquando dictæ domus Miniſter. Eius Germanus Fr. Mag. *Nicolaus* Ximenes fuit S. Inquiſitionis Conſultor, aliàs Qualificator: pariterque Miniſter præmiſſi Conuentus, qui nobilitatus eſt vno digito S. *Blaſij*, ob quem D. Deus multa portenta patrauit.

VIII. Et Ego qui anni comentarium à *Gregorio* Pontifice ſum orſus, cum eodem eum abſoluam: Enim uerò ille litteris in forma Breuis (vt ipſe loquitur) datis Capitaneis, Conſilio, et communibus Ianuenſibus, refert inſigne facinus lectu et laude dignum cuiuſdam Patris ex hoc Ordine, quod omnem fidem meretur ob conditiones illud aſſerentis; primò quia Pontifex, iterum quia vtcunque rei geſtæ teſtis; nam rei geſtę author totius cum ipſo degit in Syria ante eius Pontificatum. Ait ergo: *Qùm frequenter eueniat per hoſtilitatis incurſus quod ex Chriſtianis viros, & mulieres ac ac lactantes etiam paruulos Saraceni præfati capiant, & captos ſub carcerum arctatione detrudant. Contigit olim ad cuiuſdam inſtantiam militis Chriſtiani gratiam habentis in oculis Soldani præſidio Barbarorum, procurante nihilominus quodam ex fratribus Ordinis Sanctæ Trinitatis, qui ad captiuos huiuſmodi redimendos ſunt ſpecialiter deputati, quod idem Soldanus mulieres cum paruulis ſuis, quos carceris anguſtia cruciabat, alijs ætate prouectis à gratia liberationis excluſis, per ſuas literas liberari mandauit.* Quæ verba ſpirant magnam huius Patris non ſolum in proximos charitatem, ſed etiam apud Ethnicos authoritatem, qùm Barbari illi, qui nihil æque ſitiunt ac cædes & ſanguinem Chriſtianorum, tamen ob eius hominis reuerentiam ipſam illis libertatem reſeruarunt. Magnà emphaſi declamatur fructus ille eloquentiæ *Gregor. I.* Pontificis, quando *Mauritium* Imperatorem, eos qui militare ceperant vetantem monachos fieri, à ſententia deterruit; ſed quid collatus pręſenti, quando neque orator Pontifex erat, aut Legatus Pontificius: neque Dynaſta apud quem agebat Chriſtianus, vt contigit in negotio Sancti.

AN-

ANNVS

IESV CHRISTI D.N.	1273.	IMP. OCCID.	VACAT
GREG. Pp. X.	2.	RELIG. SS. TRINIT.	76.
M.PALEOL. IMP.OR.	14.	INDICT.	1.

BREVIARIVM.

1 Greg: *Pontificis vigilantia in rebus Terræ Sanctæ: & indictio OEcumenici Concilij.*
2 *Electio* Rodulphi *Comitis Habſpurgenſis in Cæſarem Romanum.*
3 *Fiunt ordinationes aliquæ in Comitijs Generalibus PP. Trinitar. apud Ceruum frigidum.*
4 *Erectio monaſterij Pacenſis memoratur.*
5 *Obitus viri venerandi P.*Michaelis *Rebolo, eiuſdem Ordinis, & illius virtutes.*
6 *Agitur obiter de Inſula Lerinenſi.*

QVod *Gregorius* Pontifex Ptolomaide abſcedens ſpopondit, ſe non forè oblitum Hieruſalem, abundè probauit, quia nimirum propoſuit illam in principio lætitiæ ſuæ, cogitationum ſuarum primitias iuuandæ ei impendit: Nam et ſuperiori anno, priuſquam Viterbio exiret, operam dedit vt ei ſubueniretur equitibus et peditibus plurimis conſcriptis, quomodo ibi recenſui; Et eodem fine Oecumenicum Concilium Eeeleſiæ indixit, cui qùm antea tempus pręfixiſſet, hoe anno aſſignauit locum, Lugdunum Galliarum, vbi ipſe aliquando degit Baſilicæ Cathedralis Canonicus: I.

Imperium etiam hoc anno cæpit exuere viduitatem: Nam idem *Gregorius* Pontifex, intellectâ vaſtitate, et contentionibus quæ in Germania defectu capitis contingebant, præcepit Eccleſiaſticis Electoribus ſub pæna priuationis officij, ſecularibus ſub illâ excommunicationis, vt ad electionem procederent: Cui parentes illi, Francofurti ad Moſam elegerunt *Rudolphum* Comitem Habſburgenſem, qui magno omine fælicitatis, coram Electoribus cepit Cruce Chriſti pro ſceptro vti: II.

Interim in Religione Trinitaria Reuerend. de *Cuſiaco*, quem anno præcedenti dixi electum, celebrauit Comitia Generalia eiuſdem apud Ceruum frigidum, in quibus vltra alia præclara PP: ſtatuerunt vt feſtum S *Agnetis* ſecundò, in Ordine toto ſolemniter celebraretur, ob reuelationem factam *Innoc. III.* Pontifici in illius octaua de ipſa Religione inſtituenda; vnde et per omnes conſtitutum eſt vt de eodem feſto fierent nouem lectiones, atque vt in tertio duplici, et primo in primis veſperis, antiphonæ duplices dicerentur: Prima. *Ecce tu pulchra es:* Secunda *Talis eſt dilectus meus:* Tertia; *Deſcendi in hortum meum:* Quarta: *Comedi fauum*: Quinta: *Veni in hortum meum.* Capitul: de Virginibus: Reſponſoruim: *Amo Chriſtum*; vt in officio ipſius: ad horas dicuntur Reſponſoria cum alleluia, niſi in Septuageſima venerit. Omnia alia ſicut in eodem feſto, exceptis Capitulis et Orationibus, quæ ſunt de communi Virginum. III.

Ad eundem annum ſpectat memoria Monaſterii Pacenſis, non tam ipſius ergò quàm cuiuſdam alumni eius infra ſubdendi: Itaque hoc anno; (etſi ambigam annon ſequenti,) erectum eſt cænobium Auguſtæ Pacis, alias Pacenſe, (vulgò Hiſpanorum de Badajos.) *Primus* Miniſter illius fuit Fr: *Dominicus* Petri, poſtea Prouincialis Caſtellæ. *In* hoc monaſterio, non- IV.

nulla Comitia Prouincialia habita ſunt, nominatim illa anni 1496. die vi: Maii, in quibus electus eſt in Miniſtrum Prouincialem vtriuſque Caſtellæ iteratâ vice Fr: *Franciſcus* de Palacios, S: T: Præſentatus, poſtea Epiſcopus Pampelonenſis in Nauarra. In ipſo floruit P. Fr. *Franciſcus* de Rupe (vulgò de la Roche) ortus in Vrbe Pace-Iuliâ Luſitaniæ, ibique ad habitum & profeſſionem admiſſus; poſtea anno 1531. creatus eiuſdem monaſterii Miniſter; tandem ad expeditionem Peruanam profectus eſt anno Domini 1547. ac Antalauillæ Hoſpitale, Gubernatore Petro Gaſcha, ad infirmorum curam conſtruxit, quibus ipſe præfectus, ad ſalutem neceſſaria miniſtrabat, qùm etiam plures eorum, ſigno S. Crucis impreſſo, ſanitati reſtituiſſet. Denique autem in ſenectute bona deceſſit in Florida, anno ſalutis 1568. Gubernatore *Ferdinando* de Soto.

Eidem aſſignandus videtur obitus viri ſanè venerandi, P. Fratris *Michaelis* Rebolo Luſitani, qui primus ex ſua patria eidem cænobio eſt præfectus, alias enim ei præerant Galli, in gratitudinem & memoriam prouinciæ hu-
an. 1218. n. 4. & 5. ius ab illis diuino miraculo fundatæ, vt in loco retuli. Iſte autem Orbi oſtendit etiam conterraneos ſuos eſſe aptos regimini; tam egregiè ſe geſſit. Et certè niſi id egiſſet, non adeò contenderet author Hagiologij Luſitani, eum indici ſuorum inſerere, petitis à longè proauis ac parentibus eius. Certè autem illius ſanctitas probè nota fuit *Fernando* Infanti Hiſpaniarum, qui proindè illum pluribus eleemoſinis iuuit ad Captiuorum liberationem, eidemque conſtruxit Eccleſiam in Ciuitate de Syluis, in Algaruo. Denique idem Pater eiuſdem Principis munificentiâ, & aliorum ſubſidijs adiutus, ſex redemptiones captiuorum perfecit, ac tandem virtutibus ac ſenio maturus, ad meliorem vitam tranſiuit, ſub hoc idem tempus, accepto loco ſepulchri apud ſuum Santarente cænobium.

V. Quia autem de buſtis ac ſepulchris ſeſe memoria ingeſſit, non deero ornamentis Eccleſiæ Redemptorum Maſſiliæ; de quâ tamen non prius quidquam prædicabo quàm lectori in anteceſſum propinem magnificentiam & nobiliſſimam famam cænobii ſacræ inſulæ *Lerini*. Etenim illud fabricatum eſt à Sancto *Honorato*, qui deindè fuit Epiſcopus Arelatenſis. Ei debetur quod in Concilio Auraſicano fuerint tam præſtantes Epiſcopi qui ſententiam dicerent; nam plerique (ſi non etiam omnes) indè prodierunt. De
hom. 20. ad Monach. ea Cæſarius: *Hæc eſt quæ eximios nutrit monachos, & præſtantiſſimos per omnes prouincias erogat Sacerdotes*. Audiendus de ipſa Sidonius, vbi melicè modulatur.

Fratribus inſinuans quantos ea Inſula plana
Miſerit ad cælum montes. Quæ Sancta Capraſi.
Vita Senis, iuueniſque Lupi, quæ gratia patrem.
Manſit Honoratum, fuerit qui Maximus ille, &c.

In Euchariſt. ad Fauſtum. Iam ego bonis auibus Lerino Maſſiliam redibo, cum vno ex Reuerendiſſimis illius ſacri cænobij. Etenim quidam illius Abbas, *Nicolaus* nomine hìc defunctus tumulum accepit in inſigni monaſterio SS. Trinitatis Redemptionis Captiuorum, cælo illi reddente quandam vicem vnius ex ſuis Reuerendiſſimis qui oſſa depoſuit in alieno cænobio, vt paulò ante retuli. Ipſe autem *Nicolaus* Lerinenſe cænobium octo annis rexit, poſt quos peregrè obiuit.

AN-

A N N V S.

IESV CHRISTI. D. N. 1274.		RODVLPH. REG. ROM.	1.
GREG. Pp. X.	3.	RELIG. SS. TRINIT.	77.
M. PALEOL. IMP. GRAEC.	15.	INDICT.	2.

B R E V I A R I V M.

1 *Concurſus Principum tam Eccleſiæ, quam ſæculi Lugdunum Galliarum ad Synodum.*

2 *Græcorum reconciliatio, atque etiam leuitas:*

3 *Confirmatum Regnum Romanorum Comiti Habsburgenſi:*

4 *Narbona erigitur Monaſterium PP. Trinitarijs.*

5 *Inſignis liberalitas cuiuſdam D.* Stephani *Colaſſo in Ordinem Trinitarium.*

6 *Conuentus Peri-nenſis exordium:*

7 *Memoria* Ioannis *Epiſcopi Conſtantienſis, & beneficia eiuſdem atque aliorum in Ordinem.*

DIximus *Gregorium* Pontificem aſſignaſſe locum Concilio Lugdunum: Illuc ergo aſcenderunt tribus, tribus Domini, Chriſtiani proceres I.
Cleri & ſæculi, Latini & Græci, Epiſcopi quingenti, Abbates ſexaginta, *an. 1273.*
& alij Prælati magno numero ac apparatu.

Accceſſerunt etiam apocriſſarij *Michaelis Paleologi* Imperatoris Græcorum, & Patriarchæ Conſtantinopolitani, cum alijs Prælatis Orientis numero 40. Adfuit etiam *Balduinus* II. Latinus Imperator Conſtantinopoleos, & Legati aliquot Regum ac principum, etiam Tartarorum. Adfuit *Iacobus* Aragoniæ Rex, deuexæ ætatis Princeps, atque alij alijque; vt proindè meritò S. *Bonauentura* noſter (cui ſermo ſynodalis comiſſus eſt) vſus ſit themate illo ex BarucK. 5. *Exurge Hieruſalem, & ſta in excelſo, & circumſpice ad Orientem, & vide collectos filios tuos, ab Oriente* Sole *vſque ad Occidentem.* Ibi Græci ſuo & ſuorum nomine abiurarunt hæreſes omnes Romanæ fidei contrarias; faſſi ſunt primatum Romani Pontificis in omnes Chriſtianos & vniuerſam Eccleſiam. Item ſeptem eius Sacramenta, & alia; quæ ſi illi tam ſeriò obſeruaſſent quam facilè promiſerunt, non foret neceſſe indici aliud Concilium Florentiæ, ducentis annis deindè. At enim natio per fida, Græcia mendax reſorbuit vomitum ſuum, non ſolum poſt cautionem Lugduni præſtitam, ſed etiam poſt Florentinam.

II. *Blond. 2. dec. 8. Sanut. 3. p. 12. c. 13.*

Ibidem etiam à Pontifice prouiſum eſt ſeculari regimini, nam & *Alphonſus* Caſtellæ ac Legionis Rex ceſſit ſuo iuri in Imperium, & *Rudolphus* III.
Comes Habſpurgenſis à Pontifice cum Concilio, Romanorum Rex eſt *Marian. Surit.*
pronunciatus.

*I*n monumentis ad me tranſmiſſis annus iſte aſſignatur fundationi Conuentus Narbonenſis in Occitania, quod difficulter euadet verum, qùm in IV.
publico inſtrumento Capituli Generalis aſſignetur ei annus præcedens, & *Fig. f. 110.*
acceptatio eius fiat iſto pręſenti. Sed quia parum intereſt, dicamus cum quodam quòd monaſterium Narbonenſe anno 1274. fundatum ſit per Fr. *Vincentium* Miniſtrum Maſſilienſem, Prouincialem & Cuſtodem Ordinis Trinitarij in partibus prouinciæ Vianens: Albigens; Prouinciæ Toloſæ, vt patet ex confirmatione facta per Fr. *Ioannem* Miniſtrum Ordinis in Ca-

pitulo Generali apud Ceruum frigidum, hiſce verbis: *Fr: Ioannes Maior Miniſter Ordinis SS: Trinitatis & Captiuorum, cum Definitoribus eiuſdem Ordinis in Capitulo Generali celebrato anno 1273 die Mercurij Dominica iv: poſt Paſcha, fundationem Domus Narbonenſis; precibus Fr: Vincentij Prouincialis & Miniſtri Maſſilienſis, & Fr: Ioannis Miniſtri de Limoſio confirmamus.*

V. Videor exhibuiſſe Lectori in loco ſactas ac ſolemnas primitias conuentus Santaranenſis huius Ordinis in Luſitania; non enim temerè cepit ille, ſed ingenti portento diuinitus patrato, vt ibi retuli. Hic autem referre habeo

an. 1218. n. 4. & 5. vnum beneficium, vnumque benefactorem illius notâ & gratitudine dignum; eſtque vir nobilis D. *Stephanus* Colaſſo, qui Cancellarium egit D. *Alphonſo III:* Huius munificentia videri poteſt Rege potius quàm priuato digna: Si quidem vltra alias terras dedit ei villam Aleuto in Alenteio anno 1251, quam eidem Rex iam dictus aſſignauit in mercedem operum & obſequiorum quæ ei impendit. Super quo ſua Maieſtas vſque adeo gauiſa eſt, vt non ſolum confirmauerit donationem, ſed inſuper voluerit donum deinceps fore liberum à ſolutione vectigalium, & cuiuſcunque publici tributi. Ipſe autem *Stephanus* à morte ſua legauit ei omnes facultates ſuas, eiuſque teſtamentarij fuerunt D. *Durandus* Epiſcopus Eborenſis, Fr: *Dominicus* à S. *Laurentio* Cuſtos Minorum, & Fr. *Dominicus* Botelho Guardianus Vliſſiponenſis, quæ hæreditas fuit acceptata per Generalem Ordinis P. Fr. *Petrum* Cuſiaco, anno 1274.

Iſtud oppidum cum omni ſuâ iuriſdictione temporali & ſpirituali poſſedit pacificè dictus Conuentus in vita dicti Regis *Alphonſi*; ſed poſt mortem eius *Dioniſius* Rex mouit Patribus tantas lites ac moleſtias vt debuerint per amicam compoſitionem, temporalem ipſi dimittere in Capitulo celebrato Burgis anno 1282, Miniſtrum Prouincialem agente celebri illo Pre *Ionane* Nauarro, concedente in compenſationem eius, ius patronatus . . . Benalbergæ, Orнulæ, Aliuti & Montis de Trigo; Conſtat ex libro proprio Regis *Torre di Tombo* fol. 61. & 64. quod deindè confirmauit *Bonifacius* Pp. IX. anno decimo Pontificatus; qui incidit in 1399. Priorem autem donationem iſto anno acceptauit & incorporauit Ordini Reuerendiſſimus illius Miniſter Generalis *Petrus* Cuſſianus in Vrbe Lugduno, dum ibi Synodus celebraretur.

VI. In eundem annum incidit etiam obitus alterius eidem Ordini calidè addicti; ad cuius relationem præmittere opportet, aut potius attexere præmiſſis de Conuentu eiuſdem Ordinis Perinenſi; (vulgò *la Perine*). Eſt autem

Artur. in Neuſtria pia. ille ſitus in diœceſi Conſtantienſi, inter fanum D. Laudi, & Catentomen, via Regia, ad rubeum foſſatum, fundatus ab iluſtri heroina D. *Euſtachia* nobiliſſimi viri D. *Gullelmi* de Hommet Normanniæ Stabuli Comitis vxore, tempore S. *Ludouici* IX. Regis Franciæ, dicatus S. *Catharinæ* Virgini & Martyri. Horum meminit Negrologium huius domus iſtis verbis: *Non: Maij an: Dom: 1254: obijt Domina* D. Euſtachia *fundatrix iſtius domus: anima eius requieſcat in pace.* Item: *x Cal: Septembr: obitus D: Guillelmi de Hu-*

VII. *metto Comeſtabularij Normanniæ, cuius vxor domum iſtam fundauit:* Sanè hæc domus olim ſpectabat ad Eccleſiam Baiocenſem, quapropter Pontifex Baiocaſſinus intuitu pietatis omne ius vltrò dimiſit; quod conſtat ex chartulario in theſauro Epiſcop. aſſeruato, huius tenoris: *G: Epiſcopus Bajocenſis conceſſit in puram eleemoſinam Miniſtro & fratribus domum S: Cathari-*

tharinæ Virginis & Martyris de Perina Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Captiuorum Conſtantienſis diœceſis an. 1275. Præſules quoque Conſtantienſes non minori deuotione hunc locum ſunt proſequuti. Adhunc autem annum ſpectat ſingulariter vnus qui in obituario eiuſdem Conuentus refertur hoc tenore. *Cal. Martij an. Domini* 1274. *obijt vir bonæ memoriæ* Ioan. *Epiſcopus Conſtantienſis, qui dedit nobis centum libras Turonenſes ad emendos redditus.* iterum *iij. Non. Maij, ac iij. Calend. Nouembr.* Succeſſerunt alij in eadem ſede, ſimili pietate & benificentiâ in Patres, quos idem necrologium meritâ gratitudine ſic recolit: vij. *Id. Aug: anno Domini* 1291. *obijt C. quondam Epiſcopus Conſtantienſis qui dedit nobis triginta libras ad emendos redditus.* Item x. *Cal. Decembr. obitus D. Gulielmi Epiſcopi Conſtantienſis qui dedit nobis centum libras.* Sed in præcedenti textu, noſter *Arturus* à Monaſterio notat loco litteræ maiuſculæ C. apponendum eſſe G: eo quod tunc temporis *Gillanus*, ſeù Gallius, qui & AEgidius ſeù Euſtachius dictus, huic Eccleſiæ præſiderit.

A N N V S.

IESV CHRISTI D. N.	1275.	M. PALEOL. IMP. OR.	16.
GREG. Pp. X.	4.	RELIG. SS. TRIN.	78.
RVDOL. ROM. REG.	2.	INDICT.	3.

B R E V I A R I V M.

1 *PRæci ab vnione in Conc. Lugdunenſi facta recedunt.*
2 *PP. Trinitarijs ſurgit monaſterium Zaguntinum in regno Valent: & AEditanis.*
3 *In eodem Ordine floret* Osbertus *de Burgo, Hibernus.*
4 *Item D.* Sancius *Infans Hiſpaniarum, qui oſtenditur valenter fuiſſe huius Ordinis.*
6 *Diſponuntur exceptiones cuiuſdam P. Mercenarij contra argumenta iam allata.*
7 *Sed repelluntur armis domi ipſius inuentis; & defenduntur publica Inſtrumenta Principum.*
8 *Recenſus Chronologi PP. Mercenar. de educatione & monachatu Principis* Sancii.
9 *Conuincuntur plurium errorum.*
10 *Alia antilogia PP. Mercenar:*
11 *Addita aliqua de Petro Paſchaſio, per quæ arctantur Mercenarij.*
12 *Adhuc amplius refelluntur exceptiones factæ contra Regis & Reginæ diplomata.*
13 *Et denique illæ contra ipſum ipſius Sancij.*

SVpra delibaui leuitatem ac pertinaciam Græcorum, hoc loco lentius referendam. Abſoluto enim Concilio Lugduni, *Michaelis & Andronici* 1
Imperarorum apocriſarii, ac reliqui Græcorum proceres, rebus ex animi ſententia confectis, in Orientem reuertebantur. His *Gregor.* Pontifex ſuos Legatos adiunxit, vt perfectam concordiam, & vnionem amplectendam Græcis perſuaderent. Quatuor capita legationis fuerunt ex decreto Concilii præfinita: primùm, vt in ſacrorum voluminum hymnodiis, Pontificis Romani cum quatuor Patriarchis mentio fieret: Alterum vt liceret cuiuis

vete-

veterem *Romam*, quæ Curia maior atque perfectior, nec non prima eſſet, appellare. Tertium vt ſummo Pontifici Romano principatus in omnibus deferretur. Quartum vt proceſſionem Spiritus Sancti æque à Filio ac à Patre vnà cum reliquis myſteriis fidei, atque Sacramentis Eccleſiæ, ex formula Eccle-

Greg. lib. ſiæ Romanæ crederent atque faterentur. Sed enim eius gentis leuitate ac inconſtantia, & *Ioſeph.* Patriarchæ Conſtantinop: proteruiâ ac fallacijs, nec non ſummo *Andronici* ſcelere atque impietate, omnium hominum nequiſſimi, natio ad ingeniũ ſuum reuerſa, ſacra omnia fœdera Religionis, violauit, confudit, ac perturbauit, & tenebris æternæ noctis ſeſe perpetuò inuoluit.

II. Fig. f. 112. Interim ſacro Ordini Trinitario in regno Valentino Hiſpaniarum fundatum eſt monaſterium Zaguntinum (vulgo Moruiedo) in AEditanis, ſiue muri veteris, in ſuburbio eiuſdem Vrbis apud fanum quod olim ab Ethnicis Deæ Palladi erat dicatum.

Videtur etiam æquo iure ad hunc annum pertinere donum Epiſcopi Boyocaſſini, quod paulò ſuperius breuiter perſtrinxi. Tenor enim conceſſionis eſt iſte: *G. Epiſcopus, Bajocen: conceſſit in puram eleemoſinam Miniſtro & fratribus domum S. Catharinæ de Perinà Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Captiuorum Conſtantienſis diœceſis anno* 1275.

III. Ioan ibid. Inuenio etiam in eodem Ordine tunc floruiſſe Patrem quendam noſtratem, ſiuè Hibernum *Oſbertum de Burgo*, Conuentus Atharenſis ſocium, a *Benedicto* Pp. XI. Epiſcopum Darenſem in Angliâ creatum. Certè familia illa olim, etiam hodie, in Hiberniâ, florida, multos genuit belli paciſque artibus inſignes.

IV. Sed nos hoc loco quàm maximè occupabit obitus herois multis nominibus illuſtris, qui ſe huic ſacro Ordini addixit, olim Infans Hiſpaniarum; Don *Sancius*, proles *Iacobi* I. Regis; iſto enim anno is debitum humanitatis exoluit, fœlicior morte quàm vitâ, (tametſi hac fœliciſſimus;) obiit enim militiæ belli, apud Vrbem Mentiſſa (vulgo Iaen) à Mauris cæſus dum fidem Catholicam ſtrenuè propugnaret non modo ſumptibus ſuis, ſed induſtriâ etiam ac præſentiâ.

V. Ariſtot. Ethic. lib. & cap. 1. Et quoniam externi aliqui imminent huic prædæ ſibi aſſerendæ, meum erit vim illatam huic ſacro Ordini, quà poſſum propulſare. In primis tamen laudo exterorum conatus, dum ſtudent aſſerere ſibi tam nobile ornamentum, Rectè enim definiuit Philoſophus, *Bonum eſſe quod omnia appetunt*; atque ità duorum Ordinum ſimultas in vendicando ſibi hoc alumno, non modo illis hinc inde, ſed etiam fœtui militat; oſtendit enim illorum zelum, iſtius excellentiam.

Sed enim aduerſarii, nempè PP. B.V. *de Mercede*, videntur hic plus animi quàm virium ad pugnam attuliſſe; & acceſſiſſe ſerò ad conuellendam traditionem tot annorum decurſu, tot populorum ſenſibus confirmatam. Quod vt palam fiat, adferam huc Ego ea quibus illi conantur vim ac virtutem detrahere iis argumentis quibus hæc ſacra Religio ſibi, & Ego illi hunc heroem aſſeruimus. Adhuc etiam ipſorum inuenta aliqua in ipſos retorquebo, vt ſi quid proſint, cogantur Mercenarii causâ cadere, &

P. Ioan. a Concep. prædam concedere nobis. Totum enim iam ante præſtitit nuperus quidam ex noſtra parte & hac ipſa Religione per hæc quæ ſubnecto.

Omnia autem ſupponunt duo Principum Reſcripta per quæ conſtat aperta veritas partis aſſerentis Infantem Trinitarijs: Primum eſt inclyti, & inuicti

uicti Reqis *Iacobi*, patris illius de quo diſceptamus, quo ille concedit conuentui Gerdenſi piſcatum fluminis Segræ ab ipſa vrbe, quo vſque illud influat in Hebrum; additque ſe hanc munificentiam exercere in gratiam filij ſui *Sancii* qui in eo conuentu agit Religioſum. Tenor indulti eſt iſte.

Nouerint vniuerſi quod Nos Iacobus Dei gratia Rex Aragonum, Maioricarum, & Valentiæ, Comes Barchinonæ & Vrgelli, & dominus Montis Peſſulani ad preces filii mei Sancii, qui in monaſterio SS. Trinitatis Ciuitatis Ilerdæ, Ordinis Redemptionis Captiuorum inter cæteros fratres vitam & habitum ducit, concedo tibi Rudolpho ſtanti Miniſtro, fratribuſque ibidem vitam ſanctam degentibus, tam præſentibus quam futuris piſcarias ipſius fluuii Sicorii de ipſa Ciuitate vſque iungit ſe cum Ibero magno fluuio, & hoc dono pro luminari: ipſius Eccleſiæ, & redemptione Captiuorum, ſecundùm admirabilem veſtram conſuetudinem. Quicunque autem contra hanc noſtram conceſſionem tentauerit, iram noſtram. & pænam mille Morabitanorum ſoluerit. Datis Cæſarauguſtæ, pridie Idus Iunij. anno Domini 1251.

Signum Iacobi &c. ſequuntur teſtes & Notarij &c. Hoc priuilegium autenticatum, & legaliſatum per D. Antonium Lupian· Zapata impreſſum eſt in libello ſupplici fol. 59. B.

Alterum inſtrumentum eſt quædam donatio eiuſdem *Infantis* D. *Sancij*, in qua concedit Miniſtro &c. conuentus Ilerdenſis Eccleſiam S. Mariæ de Pudeiio annexam Belchit, ad erigendum monaſterium Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis. Ipſum autem Miniſtrum ille vocat dominum ſuum & magiſtrum, Ordinem autem pronunciat eſſe ſuum: ſeries Inſtrumenro eſt iſta;

In nomine D.N. Ieſu Chriſti, & indiuiduæ Trinitatis, Patris & Filij & Spiritus Sancti Ego, denique Infans Sancius, filius illuſtris Regis Iacobi, & Reginæ D. Violantis, Archidiaconus Eccleſiæ S. Saluatoris Cæſarauguſtæ, cum conſenſu Epiſcopi, Capituli eiuſdem Sedis, offero tibi magiſtro, & domino meo Fr. Iacobo de Vallis, ſtanti Miniſtro in Hoſpitali Ilerdenſi, tuiſque ſucceſſoribus Eccleſiam Sanctæ Mariæ dictæ de Pueyo, prope Belchit, vt in ea facias & conſtruas monaſterium noſtri Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis. &c. Ità extat abſque Datâ, deſcripta ex vetuſto codice pergameni Conuentus Ilerdenſis per D. Antonium Lupianum Zapata, anno 1630. eſtque impreſſum in libello ſupplici fol. 61.

Magiſter *Cabecas* anno proximè elapſo 1672. octauo Auguſti exhibuit vnam peticionem in qua reprehendit plura priuilegia & inſtrumenta huius ſacri Ordinis, & inter alia, vtrumque iam relatum, atque in hunc modum loquitur. Parum fundamenti habuerunt quotquot crediderunt Infantem D. Sancium fuiſſe Religioſum ſacri Ordinis Trinitarii, non diſcuſsà veritate priuilegii in quo eam fundat pars aſſertiua eius, aſſerendo quod fuerit D. Iacobi Regis anno 1251. lib. ſup. fol. 59. B. incipit. *Nouerint vniuerſi quod nos Iacobus*, obſeruando ſolitam methodum, quæ videri poteſt in nonaginta priuilegiis conceſſis Vrbi & Regno Valētiæ. Statim autem recedit ab hoc tenore S. illis; *Ad preces filii mei Sancii*; Deindè etiam ſecundò ac tertiò edit ſatis malam conſonantiam iſtis; *Concedo tibi* &c. & hoc dono; qùm debuiſſet dixiſſe, concedimus & donamus, adhoc vt congrueret cum ſuperioribus illis: *Nos Iacobus*: Relinquit ſingulare in dicto S. 3 aiens, *Conceſſionem noſtram, iram noſtram*; reddens ſe ſummè ſuſpectum, tum ob vitioſam latinitatem, tum ob receſſum à phraſi omnium aliorum priuile- VI

gio-

giorum ; atque amplius inde quoniam ſolus ille *Antonius Zapata*,aliàs ſuſpectus id affirmat. Augetur ſuſpicio ex tabulis teſtamenti ſanctæ Reginæ matris ipſius Infantis, editis 12 Octobris, an. 1251. quas refet Zurita; vbi habet; *Relinquo Infantibus D. Petro, & D.Iacobo D. Sancio, filijs, Comitatum Poſſanæ*, non ſignificans quod dictus Infans fuerit Religioſus Trinitarius; qùm tamen teſtamentum fuerit quatuor menſibus poſterius dicto priuilegio.

Lib. 3. Annal. cap. 46 fol.164. col. 3.

Ex alio etiam capite impugnatur,quia eſt contraria magis receptis, communibus, & antiquis hiſtorijs, quæ aſſerunt dictum D. Infantem fuiſſe Religioſum Mercenarium, cui Rex *Iacobus* aſſignauit pædagogum doctiſſimum Patrem Fratrem *Petrum* Paſqual à Valentiâ, qui deindè fuit Epiſcopus Giennenſis & martyr Granatæ, ex eadem familiâ Mercenariâ, & talis declaratus in iudicio contradictorio cum oppoſita parte, puta ſacrâ Religione Trinitariâ, quę etiam illum prætendebat.

Secundum etiam *I*nſtrumentum in hunc modum reprobatur; donatio quam dicunt D. Infantis Sancii fol. 61. non habet Notarium, diem, aut locum, quibus confectum eſt; ſolus ille ſuſpectus *Zapata* autoritatem ei conciliat. Aſſerit eum fuiſſe Archidiaconum Eccleſiæ S. Saluatoris Cæſarauguſtæ, qùm fuerit Belchite. Incipit; *Ego denique Infans Sancius*; non enim capio cur adhibeat τὸ *denique* in principio &c. Cui non moueat ſuſpicionem tale Reſcriptum? Miniſtro dicit *Domino meo*: Vult vt ex vnâ Eccleſia fiat monaſterium noſtri Ordinis Sanctæ Trinitatis, in quibus gerit ſe tanquam Religioſum dicti Ordinis vt conſtat ex particula *noſtri*. Super quo expectetur ſententia huius ſupremi & Regii Conſilii; & notetur quod adhibet dicto Ordini epithetum *Redemptoris*.

His tamen omnibus,& ſi quæ ſint talia reſpondeo, multo fundamento, &
VII. ſolidè aſſeri quod D. Infans *Sancius* fuit Religioſus Trinitarius; quod debeat adhiberi fides priuilegio producto à D. *Antonio Lupian*, non modo quia nobilis presbiter, & valdè honeſtus, ſed amplius quia Apoſtolicus Notarius & integerimus.

Neque his obeſt quod obiicitur de inepta concordantia primi Reſcripti in iſtis; *Nos Iacobus*; & deindè; *filii mei*; Item; *dono & concedo*, qùm dicendum foret; *Concedimus & donamus*, vt conueniret cum τῷ *Nos*. Pars aduerſa in hac ipſa lite exhibuit priuilegiũ *Sancij* Regis Nauarræ, & typis commiſit in libello ſupplici admodum prolixo, fol. 42. num. 96. in quo inueniuntur concordantiæ quas hic ſubdo; *Sancius Diuina miſeratione Rex Nauarræ, &c. Eum noſtræ Regiæ dignitatis* &c. *infirmitatum mearum languore* &c. *volentes* &c. *in remiſſionem peccatorum meorum* &c. *in noſtro Regno* &c. *grato animo concedimus* &c. *parentum noſtrorum* &c. *orando pro me* &c. Inſuper *dono* &c. *à me ſcripta diſrumpere tentauerit, anathematizetur &c. Regente me Sancio in Nauarra, & teſtibus et confirmatoribus tradidi ad roborandum*.

Vide ſis iam Pater Cabecas an non in iſto priuilegio, in eadem & ſolà perſona Regis tranſitus fiat à ſingulari ad plurale & viciſſim, tam in nominibus quam in verbis; *Ego, mei, noſter, noſtra, noſtrum. Concedo et concedimus*. Omitto totum latinum priuilegij. Non ergo miretur ſi Regis *Iacobi* Maieſtas ab amore inclinetur ad *filii mei*.

Teſtamentum Reginæ *Violante*, matris noſtri Infantis D. Fratris *Sancii*, non obſtat Marcenariis ne eum ſuum dicant, quandoquidem illi eum in ſuis nume-

meràrit annis aliquot ante conditum teſtamentum; & volunt obſtare Trinitariis quia non eum appellat Religioſum anno 1251. quo factum eſt teſtamentum. Hæc obiectio fortius ferit authorem ſuum: Lepidum enim eſt, habere pro ſubreptitio inſtrumentum donationis Infantis D. *Sancii*, quoad id quo eum aſſerit Trinitarium; & ſimul velle quod valeat quoad omiſſionem Redemptionis; primum relinquere cenſuræ S. R. E. & ſecundum &c.

Quando vnus Religioſus ſcribit aut loquitur alteri de rebus Religionis, non eſt neceſſarium neque conſuetum addere Redempt. Captiuorum. In veris Reſcriptis oppoſitæ partis inuenitur hæc omiſſio, quod iam eſt notatum &c. non proindè tamen illa erunt ſubreptitia. Iam iam videbimus quę nam ſint hiſtoriæ probatæ, communes, & antiquę in quibus legitur quod *Sancius* fuerit Mercenarius.

Alterum inſtrumentum diſpoſitum eſt ſicut fuit inuentum abſque datâ, hęc enim eſt ſinceritas, & fidelitas vera. Illud *denique* ſtatim à principio, inuenies etiam in altera parte apud Libell. fol. 31. in quadam donatione D. *Sancii* Comitis Ronſellonis: *Ego denique Sancius Comes Ronſilonenſis* &c. niſi forte etiam hoc ipſis malè poſitum videatur, quoniam eſt è re noſtra. Dimittitur iudicio prudentum lectorum vt cenſeat vtrum è duobus mereatur fidem, publica inſtrumenta ſupra allata, an ſequens hiſtoria plena contradictionibus & antilogijs.

Magiſter *Alfonſus Remon* præcipuus chroniſta Mercenar: typis commiſit primam partem ſuæ Chronologiæ Madriti an. 1618. atque in primis quatuor capitibus quarti libri deſponit vitam Infantis *Sancii* Aragonii, ipſum ſuo Ordini adſcribens; ante ipſum vix inuenire eſt vel vnum qui id aſſerat. Totius autem quod *Remmon* prolixè extendit, ſumam eſt iſta. VIII.

In primo Capitulo refert occupationes & dignitates eius in adoleſcentia priuſquam ageret Mercenarium. Ait fuiſſe eum filium Regis *Iacobi* & Reginæ *Violantis*, quæ & ipſa filia fuit *Andreæ* Regis Hungariæ. Addit *Sancium* fuiſſe filium quarto-genitum eiuſdem parentis, quæ etiam eundem Eccleſiæ deputauit, curauitque ei concedi Canonicatum, & Archidiaconatum Belchit in Eccleſia Cæſarauguſtana. Adhæc quod anno 1247. D. *Violanta* filia *Iacobi* Regis, coniux Infantis *Alfonſi* à Caſtella, qùm intellexiſſet fratrem ſuum Clericali militiæ adſcriptum, & iam tum Archidiaconatu Belchitenſi potitum, procurauit ei Abbatiam Valliſoletanam, quodque impetrata fuerit à ſummo Pontifice diſpenſatio vt licitè vtraque dignitate frueretur. Quodque *Alfonſus* iam dictus Infans, ipſius affinis tranſmiſerit ei Apoſtolicas litteras, & præterea epiſtolam familiarem, quâ aſſerebant inter alia: Si penes ipſos foret, collaturos ſe ei Archiepiſcopatum Toletanum ſicut curarunt conferri Abbatiam Valliſoleti. Quibus *ſancius* reſpondit. Veſter germanus minorennis Sancius Infans Aragoniæ, Archidiaconus Belchitti demittit ſe vobis ad oſcula manuum Regiarum, ob inſigne beneficium Abbatiæ Valliſoletanæ veſtræ, Fateorque me nec illam eſſe promeritum, nec Pontificias Bullas pro eadem. Adiungit hiſtoricus quod incubuerit ſtudio ſacrorum Canonum; frequentauerit exactè ſuæ Eccleſiæ chorum Cęſarauguſtæ. Valliſoleti autem non exhibuit ſe in perſona præſentem, in primis quia debuit, certè autem voluit pacem inducere parenti ſuo & fratribus, qui videbantur iam tùm diſſidere; tùm etiam ob morbos,

quorum ergò deliberauit omnia renunciare, & ingredi Religionem. Vultque credi ſibi quod *Iacobus* Rex voluerit eum deſtinare ad Curiam Romanam, cum quodam *Andrea* Abbate ad tractanda negotia aliquot ardua cum Pontifice *Innocentio IV.* quodque Infans, quanquam adhuc tam crudæ iuuentutis & immaturæ, admiſerit legationem. Iſtud autem euenit circa annum 1246. qùm celebraretur Ilerdæ Synodus ſuper eo quod iRex egit cum Epiſcopo Gironę &c. Totum hoc opportuit referri, vt deprehendantur pugna & oppoſitio eorum ſecum, quæ iam oſtendetur.

Capite ſecundo refert vocationem D. *Sancij* ad ſuam Religionem, & conuerſationem eius in ipſa. Dicitque quod ſtatuerit proficiſci in Caſtellam, & ibi ſuâ met perſonâ ac preſentiâ Abbatem agere: Quod videbatur ei valdè indecens non eſſe initiatum ſacris Ordinibus &c. Ad hæc, quod qùm legeret apud Sanctos Patres quanta eſſet dignitas Sacerdotij, & quantum onus, abſtinuit exequendo quod conſtituit. Item, quod nocte quadam excepit vocem quandam dicentem ſibi: Fili, debes prius meus eſſe quam Sacerdos: &c. Quod renunciauerit Abbatiam, & perrexerit Barcellonam, vbi S. *Petrus* Nolaſco induit eum habitu Equitum ſecularium. Quod ob mortem Regis *Ferdinandi* anno 1252. regnum adminiſtrauerit *Alfonſus* filius eius; inuiſit eum *Sancius*, atque etiam reginam coniugem eius, ſororem ſuam, quę in Bætica degebat. In Regno Granatæ perfecit redemptionem quadraginta captiuorum. Per quod ſatisfit cuidam difficultati quam aliqui obiiciunt ne fuerit Ordinis Trinitarii: Patet enim (ait *Remon*) quod fuerit Mercenarius, qùm egerit officium redemptoris. Item quod religionem ingreſſus ſit anno 1247. aut ſequenti, deinde autem euectus ſit ad Archiepiſcopatum Toletanum ad annum ſexageſimum ſextum, aut ſequentem; iuxta quem calculum geſſit veſtem Religioſam, octo, ant decem annis circiter. Addit etiam ille quod longum interuallum temporis quo degit extra Ordinem, vſque adeo impoſuit ſcriptoribus tam Ordinis quam extraneis, vt vix, aut ne ſic quidem, reputauerint eum Religioſum.

Capitibus 3 & 4 refert quomodo fuerit in presbiterum ordinatus; quodque *Iacobus* Rex Toleti interfuerit primitiis Miſſarum eius. Miſcet his hiſtorias, itinera, viſiones, quibus denique ſubdit eius mortem anno 1275. menſe Octobris iuxta rupem & Vrbem Martos; vbi eum Maurus quiſpiam enſe transfodit; & protinus capite truncauit, atque etiam manu ſiniſtra quâ annulum geſtabat. Vtrumque autem Eccleſia Toletana redemit, appenſo in bilance auro ad pondus memborum; quæ deinde reliquo corpori coniuncta, ſepulta ſunt in Regio ſacello Sanctæ Crucis, maioris Baſilicæ Toletanæ. Ait etiam quod eum plures liberè martyrem appellent, ipſe autem quaſi martyrem vocat.

In hac autem ſerię relationum aliquę veritates miſceantur multis dubiis, incertis, & antilogiis, ne erroribus dicam. Certum eſt quod Infans *Sancius* fuerit filius *Iacobi* Regis, & Reginæ *Violantæ*, item quod fuerit Archidiaconus Belchitti, & Abbas Valliſoletanus, ac deinde Archiepiſcopus Toletanus; quodque eius parens audiuerit primum illius Sacrum; Sed neque Archidiaconatum, neque Abbatiam habuit quando refertur à *Remmon*, neque illa abdicauit vt fieret Religioſus illius Ordinis; neque fuit Mercenarius quando id aſſerit Remmon; imò nec eſſe potuit; quod omne per ſequentia patebit.

Hiſto-

Hiſtorici Aragoniæ ſcribunt quod *Iacobus* Rex contraxerit matrimonium & celebrauerit cum D. *Violanta* filiâ Regis Hungariæ anno 1235. Ex ipſa idem ſuſcepit octo proles maſculas, quarum poſtremus fuit Sancius. Demus eum ſingulis annis ſingulos filios procreaſſe, tunc *Sancius* vtero prodiret circa annum 1243. Tùm videat qui volet quot anni ſuperſint ad quadrageſimum octauum, in quo Remon ait quod ſuſceperit habitum Religionis? ſunt enim ſex. Et in tam tenera ętate *Remon* eum exhibet egregiè verſatum in SS. Patribus, pacatorem Principum, electum ad ardua negogotia Romæ tractanda, Canonicum Belchitenſem, Abbatem Valiſoletanum, & abdicatis his omnibus Mercenarium.

Archidiaconatus illius temporis ac ætatis eſt fictus, cum enim illi contulit Arnaldus Epiſcopus Cæſar Auguſtanus anno 1253. & confirmauit collarum ei Innocent. Pp. IV. anno ſequenti. Cuius aſſerti habeo authenticum inſtrumentum exceptum Archiuio Eccleſię Cathedralis Cæſar-auguſtæ, atque ita ſecundum Remon ſeptem annis poſtquam reddidit ſe Mercenarium fuit Archidiaconus, & ſeptennio priuſquam eam dignitatem acciperet, dimiſit quam nondum habebat.

Quod autem Abbatiam Valliſoletanam non niſi pluribus deindè annis acceperit, conſtat ex Cathalogo Abbatum illius Eccleſiæ, quem adfert Doctor Ioannes Tamayo de Salaſar in ſui Hiſpanici Martirologii menſe Maio, ad diem 21. pag. 267. Deinde conſtat quod ab anno 1248. vſque quo Sancius Abbatiam illam accepit, fuerint ſex Abbates, ordine iam referendo, & inter ipſos duo *I*nfantes, filii Regum Caſtellæ; ſunt enim.

D. Philippus Infans Caſtellæ Regis Ferdinandi cognomento Sancti filius, Abbas Vallıſoletanus quintus, ad annum 1248. quo electus eſt Archiepiſcopus Hiſpalenſis.

D. Ioannes Abbas Valliſoletanus ſextus, qui fuit Abbas S. Emeterii & Epiſcopus Oxomenſis.

D. Gundiſaluus cognomenta Garcia, Abbas Valliſolet. ſeptimus.

D. Martinus Alphonſus, filius Aldephonſi Regis cognomento ſapientis, Abbas Valliſolet. octauus

Sancii IV. Regis Caſtellæ Notarius maior, cui ex aulicis omnibus fuit chariſſimus, itemque Orator ad Galliæ Regem; qui qùm excidiſſet ſui Regis gratiâ, mærore occubuit.

D. Ioannes cognomento de Medina, Abbas Valiſolet. decimus, poſtea Epiſcopus Oxomenſis, deinde Burgenſis, ac demum Archiepiſcopus Toletanus.

D. Sancius Aragoniæ Infans, filius Iacobis Regis. Abbas Valiſolet. vndecimus, poſtea Archiepiſcopus Toletanus ad annum 1266.

Iſto anno electus eſt Archiepiſcopus Toletanus, & dimiſit Abbatiam Valiſoletanam. Iam expendatur quomodo idem potuerit anno 1248. dimittere quod non habebat vt fieret Mercenarius?

Aliqui Scriptores Mercenarii aſſerunt Infantem *Sancium* natum an. 1238. in Ianuario. Sed feſtinant nimis; quoniam *I*acobus Rex matrimonium contraxit anno 1235. Septembri; & genuit ſex, vel etiam ſeptem filios ante Sancium; vt iam plus nimio immaturum ſit religionis habitum ei concedere quo tempore id aſſerit *Remon.*

Pater *Ioannes* à Præſentatione Chroniſta Mercenar. Diſcalceat. in hi-

 ſtoria

lib.4. num.3 & 4. ſtoria S. *Petri Nolaſco*, dicit quod anno 1253. Calendis Martii, vir ſanctus induit Infantem *Sancium* habitu ſuæ Religionis in Conuentu illius Cæſarauguſtano. Additque quod inde profectus ſit Toletum ad inuiſendum, & conſolandum Dnam Violantem Reginam; magna triſticiâ ideò afflictam quoniam maritus eius Alfonſus X. Rex Caſtellæ ipſam ſterilitatis ergò repudiabat, & accerſiuit Chriſtinam filiam Regis Noruegiæ, in vxorem ſibi aſſumendam: Dum autem accederet iſta, D. Deus fœrauit Reginam Violantem; & Rex Alfonſus Chriſtinam vxorem dedit Philippo filio ſuo iam tum Abbati Vallisoletano, &c.

Ad hæc Ego, in primis aio quod horum aſſertor contrauenit catalogo ſupra diſpoſito, in quo legitur quod Infans Philippus fuerit Abbas Valiſoletanus annis præcedentibus iſtum 1248. Ipſo autem anno Hiſpalis adquiſita eſt, &c. & Rex ſanctus notatis dotibus magnis, meritiſque Philippi, eum elegit Archiepiſcopum Hiſpalenſem; atque hac occaſione ille dimiſit Abbatiam Valiſoletanam, in quâ ei ſucceſſit Ioannes, & alii quatuor, ante Infantem Sancium Aragonenſem.

Aliud ſecundò dico, quod, vt demus Infantem Philippum retinuiſſe Abbatiam illam vſque annum 1253. quo Pater Mercenarius aſſerit eum dimiſiſſe illam, vt matrimonio ſe iungeret Chriſtinæ, euidenter conuincitur quod Infans Sancius Aragonenſis non habuit eam dignitatem illo anno, ac proinde falſum eſt quod eam tunc depoſuerit vt fieret Mercenarius, qùm iam conſtitutum ſit quod habitum acceperit è manibus S. Petri Nolaſci; menſe Martio, quodque poſt indutum ipſum perrexerit ad conſolandam Reginam Violantem, quæ tunc non euaſit fœcunda, neque adhuc acceſit Chriſtina, nec Infans Philippus renunciauit Abbatiam. Hinc enim fit quod tunc non poſſederit eam Sancius Infans Aragonenſis, neque dimiſit eam vt redderet ſe Mercenarium, vltra alias ſequelas quæ hinc poſſunt deduci.

Egregius Prælatus fuit Infans Sancius, & Religio Trinitaria videtur ſatis negligenter ſe geſſiſſe in ſpargendis eius virtutibus. Non eſt exhitus ei cultus Sancti, neque eſt reputatus martyr; non enim id videtur ſatis conuenire cum epitaphio ei appoſito in Eccleſia Toletanâ, & Sacello Regio titulo S. Crucis, quod eſt ſequentis tenoris.

Sancius Heſperiæ primas Ego, Regia prolis
Aragonum, iuuenis ſenſu, feror hoſtis in hoſtes
Turbidus, incautus, mihi credo cedere cuncta,
Nec minimum fallor, quia credens vincere uincor
Sic quaſi ſolus Ego pereo: Dat dogma futuris
Mors mea, ne dominus præcedere Marte *ſit auſus*.

Refert hoc Epitaphium Reuerendiſſimus *Salmeron*, in ſuis monumentis

pag.

pag. 92 qùm tameu Sriptores ſui Ordinis deceant quod occiſus ſit in odium fidei, ac proindè ſit Martyr. Alii addunt quod inſcriptus ſit Miſſalis Mozarabi Calendario.

Iam vt regrediar ad Magiſtrum *Remon*; fatetur ille in dicto lib. 4 pag. 156. & 158. dubium fuiſſe num Infans Sancius Aragonenſis fuerit ſui Ordinis, & dicit quod hoc dubium facilè euadatur, quia qùm Granatæ peregerit vnam redemptionem captiuorum quinquaginta, liquidum ſit quod fuerit ſui Ordinis. Quod argumentum tùm denique aliquid valeret, quando in Eccleſia non fuiſſet alius Ordo Redemptor Captiuorum præter Mercenatium. At qùm floridè vigeat in illâ Ordo Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis huiuſmodi captiuorum, deficit illud, & relinquitur affirmatiuum quaſi à genere ad ſpeciem, vel à ſpecie ad indiuiduum ac ſi intuliſſet; eſt animal, ergo homo.

Idem ille *Remon* loco iam citato dicit quod qùm eſſet Toleti, perſuaſit quibuſdam Canonicis ſanctę illius Eccleſiæ, & reliquit illis valdè probabile quod Archiepiſcopus Don *Sancius* Aragonenſis, fuerit ſui Ordinis, idque eo fine vt interArchiepiſcopos illius ſedis pingeretur ille habitu Mercenario. Ad quod aio Ego quod Illuſtriſſimum Capitulum Toletanum non ſe permitteret vmbris aut apparentiis probabilitatum; & multo minùs antilogijs ac impoſſibilitatibus relatis: nec ſine rigido examine veritatis concederet Infanti ſuo Sancio habitum Mercenarium circumponi.

Adhuc etiam, ad abſoluendum indicem pugnantium aſſertionum quas congerit P. Remmon, notà dignum eſt quod habet in 1 parte Hiſtorię, vbi agens de itinere quod ex mandato Iacobi Regis S. Petrus Nolaſcus Valentiam verſus ſuſcepit, quando tractabatur adhibenda ei obſidio; Erant (inquit) primi fratres qui noſtræ S. Religionis habitum induerunt, & iam tum viuebant Fr. Guliermus de Luſo, Fr. Bernardus de Corbaria, Fr. Guliermus Bas, Fr. Leonardus, Fr. Ramon Nonnat, Fr. Gulielmus de S. Iuliano Fr. Dominicus Doſo, Fr. Berengarius Caſaus, Fr. Sancius de Aragon, &c. Fr. Petrus Paſchaſius &c. Apud omnes omninò authores conſtans traditio eſt quod obſidio vrbis Valentiæ inciderit, in annum 1238. triennio vno antequam Iacobus Rex celebraret nuptias cum Regina Violante ex qua ſuſcepit ſex vel etiam ſeptem filios ante Don Sancium. Vnde iſte Princeps nec dum natus erat illo anno obſidionis; quomodo ergo potuit eſſe ex primis profeſſoribus illius Ordinis? Et, etſi fuerit, qua fide aut veritate idem Remon. lib. 4. cap. 2. ſcribit quod Ordinem ingreſſus ſit anno 1248? aperta eſt contradictio aſſertorum, qua ſi aduerſarii voluerint ſe liberare, numerabunt duos Sancios Aragonenſes, ſicut introducunt duos fratres Bernardos de Corbaria, nam in vno ſolo non poſſunt contingere quod obierit an. 1275. & tamen viſus ac auditus ſit in Capitulo Generali, habito an. 1290.

Iſte Fr. Petrus Paſchaſius non poterit eſſe ille ſanctus Epiſcopus . . . . XI. quoniam de Epiſcopo dicunt quod necdum fuerit Religioſus quando anno 1238. expugnata eſt Valencia: quodque poſt quam Granata euaſit Eccleſia Cathedralis, ipſe in illa egerit Canonicum, ſed abdicauerit Canonicatum vt redderet ſe Mercenarium. Erit igitur alius, & iam habemus duos Bernardos à Carbaria; Videatur ergò num Chronicum P. Alfonſi Remon impreſſum anno 1618. habendum ſit hiſtoria antiqua, communis, & probata, qùm

qùm Lectoribus propinet tot antilogias, & alia apocrypha, etiam fabuloſa? Num præferendum ſit inſtrumento publico, &, ex ſubſcriptione Apoſtolici Notarii, autentico?

Neque allegandum hic eſt ſilentium huius Ordinis ſcriptorum, qui pauci & recentes ſunt, ſuper negotio hoc *Sancij Infantis*; iſto enim iure non deeſſent quæ adferri poſſent contrapartem aduerſam. Et denique deſinamus quoad hoc punctum litis, in eo quod quendam venerandum Patrem Trinitarium, à cuius obitu necdum centum anni fluxerunt, volunt eripere nobis, & reddere, (ſi Deo placet,) Mercenarium.

XII. Ego tamen ſtatui inſiſtere præmiſſis nouâ armaturâ. Prima enim exceptio contra Regium diploma fuit; quod qùm Rex cepiſſet in eo dicere: *Nos Iacobus*, deindè ſubdit; *ad preces filii mei*, deſcendendo à numero plurali ad ſingularem. At verò hic cauillus Gramaticus eſt, & ſtatim repelletur non modò Grammaticis Canonibus, ſed & ratione, quæ à viro graui (qualis Remon) pluris eſt æſtimanda. Meminiſſe enim debuit Mag Remmon. Regem à principio poſuiſſe duo nomina, ſiuè veriùs, nomen & pronomen; *Nos*, & *Iacobus*; ex his autem primum eſt pluralis numeri, ſecundum ſingularis. At verò ex regulis Grammaticæ habemus quod quando quidpiam variabile additur duobus diuerſis, quorum ſingula reſpicit, poſſit illud accomodari cuilibet ex ipſis. Sit exemplum ſummè reuerendum ex Bibliis pſalm. 118. v. 143. *Mandata tua meditatio mea eſt*; quod nemo negabit recte efferri ſi dicatur; *Mandata tua meditatio mea ſunt*; quia nimirum ſupra præceſſit nomen vnum ſingularis numeri, & aliud pluralis. Relatiuum etiam poſitum inter duo ſubſtantiua cuilibet eorum accomodari poſſe docuit *Liuius*, & probauit illis: *Iſt locus in carcere quod Tullianum appellatur*.

Salust. in Catil. Quam phraſin quis audeat carpere, qùm author eius fuerit vnus ex protopatribus Latiniſmi? Et tamen eſt extra dubium rectè dici potuiſſe & magis ad communem methodum: Eſt locus qui Tullianum appellatur. Si ergò Rex præmiſit; *Nos & Iacobus*, cur non licuit ei accomodare ſequentia verba & pronomina ſiuè relatiua, ſiue poſſeſſiua cuilibet ipſorum, atque ità modo adhibere ſingularem numerum, modo pluralem? vt omittam quod in hoc negotio vix honeſtè potuerit adhiberi pluralis numerus quem Remon expectat; obſtar enim materia quæ non patitur comunionem plurium ſine macula, aut ſaltem ſuſpicione; ſic enim occaſio aliqua preberetur putandi quod proles illa eſſet plurium patrum, ſiuè (quod aiunt) filius populi; atque ità multò cautius dictum eſt *filii mei*, quam diceretur *filii noſtri* ſine dubio.

Altera exceptio Remmonis tunc ei proderit qùm oſtenderit ille Reginam matrem in tabulis teſtamenti expreſſiſſe conditiones aliorum filiorum, Petri ſcilicet, & Iacobi, dicendo quod fuerint equites aut Principes, cælibes, &c. ſi enim non tenebatur exprimere horum conditiones ſæculares, aut ciuiles, cur tenebitur exprimere Regularem Sancij?

Exceptiones contra ipſius *Sancii* reſcriptum plus aliquid virium habent; ſed quid referet, ſi non ſatis ad victoriam? Fateor *w' denique* diſpoſitum eſſe ad vltima ſignificanda; ſed fateri debet aduerſarius aliquando apponi primis: neq; ſolum illud aduerbium, ſed alias etiam coniunctiones ſuis compagibus auulſas ſubindè ab authoribus ad peregrina flecti. S. *Ambroſius* dignitate Epiſopus, patriâ inſuber, ſed origine *Romanus*, tunc floruit qùm latina

elo-

eloquentia ſuæ puritati conſtabat, (quanquam illa iam tunc ceperit ad barbariem aliquam inclinari;) dequo conſulendus eſt inſignis arbiter *Melchior* Incofer; huius, ego vtar authoritate ad euincendum quod propoſui: *lib. de Sacr. Latinit.*
incipit enim commentari illud Luc. 1. *Spiritus Sanctus ſuperueniet in te*, & ait, *Hodie primum auditur Spiritus Sanctus ſuperueniet in te; & auditur & creditur; denique; Ecce ancilla Domini, fiat mihi*, &c. vides *w' denique* ſtatim à principio paulò minùs. Simile occurrit apud nuperum caſtigati ſtyli *Iuſt. Lipſ. in præf. ad Senec.*
authorem. Si hæc inuiridi; ſi apud eloquentiæ profeſſores miſcentur verba & aduerbia; quanto magis apud Legiſtas qui datà operà abutuntur vocabulis vt res ipſas exponant?

Iam verò quod Reſcriptum Infantis legatur ſine die, ſine datà, abſque XIII.
numero & nominibus teſtium, &c. fateor aliquid facit; ſed (ſi intrò diſpiciatur) pro nobis, vt videor hoc ductu euincere, quo etiam retorqueo exceptionem in aduerſarios. Volunt tot defectus eneruare *R*eſcriptum, & oſtendere fictitium; Ego autem aio oppoſitum eſſe inferendum; Si enim inſtrumentum hoc fuiſſet factitium, quid facilius authori eius quàm fingere Datam, teſtes pro libito nominare? Qùm ergò nihil horum ibi legatur, vtique ſignum eſt parum quod ibi legitur, purum eſſe, eſſe ſincerum, nec quidquam minùs quam fictum.

Deſino in alio argumento eius, quo oſtenſiuè (vt ait) probat Infantem Sancium ex ſuis fuiſſe Mercenarium, quia fuit *R*edemptor Captiuorum quod tantum abeſt a probando intento eius de *R*eligione Mercedis, vt nec ſufficiat probandæ vlli omninò *R*eligioni. Quot enim Chriſtiani adhuc ſæculo innexi redimunt captiuos? S. Paulinus an Mercenarius? an omninò *R*eligioſus, ac non magis ſeculo & coniugio implicatus? & tamen liberauit uinctos, numerato precio, etiam ſeipſo. Ipſe *R*ex Iacobus qui *R*eligionem Mercedis inſtituit, quanquam cum alijs, vtique plures redemit, neque tamen fuit *R*eligioſus, ſi verè & præſsè loquamur, ſequatur.

ANNVS

IESV CHRISTI D. N. 1276.		M.PALEOL. IMP. OR.	17.
INNOC. Pp.V.	1.	RELIG. SS. TRINIT.	79.
RODVLPH. REG. ROM.	1	INDICT.	4.

BREVIARIVM.

1 Obitus *& eulogia* Gregor. *Pp. X.*

2 *Patribus Ordinis Trinitarij in Anglia ſtruitur monaſterium Lancaſtriæ. Floret item* Gulielmus *Coldæus illius Ordinis Hibernus.*

3 *Alius etiam natione Anglus, nomine* Rudolphus.

4 *Perſtringuntur aliqua de nobilitate & potentia familiæ Lancaſtræ.*

6 *Notata Chronologia Authoris quoad hunc annum.*

S. Anton. tit. 20. cap. 2. 5. Ptolom. in Cron. Blend.

I. GRegor. Pontifex vſque adeo ſeruauit fidem iuuandæ Paleſtinæ impenſam, vt eriam ipſe voluerit eo accedere; Ar enim ille Arerium, Hetruriç Ciuitatem ingreſſus correptus eſt morbo quo è virâ migrauit, iij. Id. Ianuar. Vir cerrè in omni vita clarus, prudentiâ rerum gerendarum, fortitudine animi, quà pecunias & lucra ab alijs adorata conremnebat; humanitate & clementia, benignitate eriam in panperes Chriſti, eos potiſſimum qui ad gremium fidei Apoſtolicæ confugiebant. *R*ecuperarionem Terræ Sanctæ, & inimicorum Crucis Chriſti exterminium præcipuè cogitabat, ad eamque vnam rem Chriſtianos omnes, poſiris inter ſe contentionibus, intendere debere iudicabat. Denique autem viuis vi morbi ereptus, in Eccleſiâ Carhedrali S. Donari ſepultus, multis miraculis poſt mortem editis ſanctitarem ſuam Mundo manifeſtauit, vt planè apparear S. *Bonauentura*, cuius operâ ille Eccleſiæ præfectvs eſt, *S*piriru Sancto impulſus ad eum illi aſſignandum.

Io. Figuer. Carpi in Chr. pag. 75. vid. Geer. in lib. 5. de fundat. Ordin.

II. Cærerùm annus effætus eſt rerum ſacri Ordinis Sanctiſſimæ Triniraris; equidem non credo quaſi Parres non geſſerint ſcripru digna, ſed quia amanuenſes, aut Chronologi non inſeruerunt chartis geſta. Inuenio tamen in ipſo monaſterium Lancanſtrenſe, ſiue de Laneaſtro in Angliâ fundarum; Er ex Parribus Gulielmum Coldæum Hybernum iam tum in Anglia floruiſſe, quem eriam non nemo ait à Greg.X. Cardinali purpura inſignitum.

III. Si autem anni anguſtias deſeramus offert ſe nobis alius einſdem Ordinis qui *R*eligionem illuſtrauir, *R*udolphus natione Anglus, Conuentus Sanctæ Crucis Hunſtonienſis, ſiuè de Honſolovv in Prouineia Melidexiæ, decem milliaribus Londino diſtantis, Doctor Theologus Oxonienſis, à ſacris confeſſionibus *R*egi Edvvardo, huius nominis primo; ab Honor. IV. Pontifice anno 1286. inſtirutus Epiſcopus Boſtomenſis. Dicitur ſcripſiſſe in Nahum Prophetum lib. 1. De laudibus Deiparę: 6 Carhalogum Epiſcoporum Eccleſiæ Baſtionenſis.

vid. Polydor. Virg. in hiſt. Ang.

IV. Quia autem penuria ſcribendorum campum in chartis albentem reliqnit redibo parumper ad illum conuentum, cuius vocabulum reducit mihi memoriam clariſſimę domus Lancaſtriæ in Angliæ regno, eius enim origo vi-

detur

videtur indè cepiſſe quod Henric .III. Anglorum Rex ex Eleonora genuit duas proles mares, Edvvardum VValliç Principem, qui ipſi in regno ſucceſſit, & Edmondum Comitem Lancaſtriæ; Deindè autem longo poſt tempore exſtiterunt qui dicerent hunc Edmundum fuiſſe maiorem natu Henrici Regis filium, ſed quia deformis erat, idcircò Edvvardum obtinuiſſe regnum. Hinc poſtea duæ nobiliſſimæ familiæ ortum habuerunt; quarum etiam nunc vulgus alteram ROSAM RVBRAM, alteram ALBAM appellat, eo quod roſa alba vnius, rubra ſit alterius inſigne; atque iſta commentatio proindè adhibita videtur vt Henricus IV. iure imperare cenſeretur, qui regnum vi inuaſit.

Ne autem à lectoribus traducar Chronologiæ imperitus dum apud me V.
ſequenti anno legerit *Ioannis* Pp. XXI. primum annum, hic in calce præſentis moneo, inter ipſum *I*oannem & Gregorium interceſſiſſe duos Pontifices Innoc. V. & Adrianum item V. ſed quia vterque parum admodum Eccleſiæ ſupefuit, prior quinque menſibus, alter vix trimeſtri, non diuident nobis annum: Erit ergò.

A N N V S.

IESVS CHRISTI D. N.	1277.	MICH. PALEOL. IMP. OR.	18.
IOANNIS Pp. XXI.	1.	RELIG. SS. TRINIT.	80.
RVDOL. REG. ROM.	4.	INDICT.	5.

B R E V I A R I V M

1 *Eligitur in Pontificem* Ioannes *XXI.*
2 *Immaturus obitus eiuſdem.*
3 *Monaſterium Cuprenſe Trinitarium.*
4 *Memoria inſignis viri* Caroli *à Spiritu Sancto, Ordinis Trinitarij.*
5 *Eius Opus de B. V. imaculata Conceptione.*

AD hæc tempora facilè referri poteſt illud Eccleſiaſti iv. *Omnis potentatus vita breuis*, adeo intra cancellos vnius anni, Eccleſia quatuor I.
Pontifices extulit, *Gregor. Innocent. Adrian. Ioan.* nam iſtius nominis Papa à Cardinalibus eſt Adriano ſuffectus xvj. Calend. Octobr. numero nominis xxj. quanquam nonnulli refragentur: Fuit autem natione Luſitanus, Ciuitate Vliſſiponen. profeſſione Medicus, ſed notior Logicæ rudimentis, quæ ab eo prodierunt ſub nomine Petri Hiſpani, quo ante Pontificatum vocabatur. Is autem qùm longam vitam ſibi promitteret, cæteriſque prædiceret, de nocte dormiens oppreſſus eſt ruinâ cameræ in qua decubabat, II.
interque ligna & lapides colliſus, ſexta poſt die Sacramentis Eccleſiæ procuratus obiit, qum ſediſſet menſes octo & quatriduum.

verſ. 11
Ptolem. hiſt. lib. 23. c. 22.
Onuphr. in addit. Plat.

Quod his ſubtexam proprium ſacri Ordinis vix aliud habeo quam monaſterium Cuprenſe in Scotia à Iacobo Comite Fiſenſi fundatum hoc anno, & redditibus ab eodem auctum. Illi primus præfuit Edvvardus Iunius, qui III.

Figuer. pag. 113.

poſtea omnia Scotiæ cænobia Miniſter prouincialis rexit. Obiit autem anno Chriſti D. 1315. & in adminiſtratione ſucceſſit ei Ioannes Beconus, author duorum librorum de vita ſpirituali.

IV. Eodem circiter anno obiit magnum Ordinis ornamentum Pater *Carolus* à Spiritu Sancto, quem proindè liberius ſcribo Cardinalem, quia id lego apud exteros etiam authores, ac non ſolum ſuos, ſiuè Triuitarios. Fuit igitur ſacra purpura amictus a Greg. Pp. X. qui etiam dicitur conſtituiſse eum Vrbis Romæ Gubernatorem. Vir magnæ prudentiæ & dexteritatis in negotiis tractandis, quo cum proindè Pontifex ardua quæque tractabat, Interfuit Concilio Lugdunenſi, ſed obiit Romæ, ſepultus in ſuorum Eccleſiâ S. *Thomæ* de Formis, vt creditum quibuſdam; alii enim aiunt eum depoſitum apud S. Mariam de Nauicella, in qua corpus eius repertum eſt anno 1650. cum tota armatura ſiue compage, oſſibus vnitis, licet caro fuerit in puluerrm reſoluta.

Hippolit. à Marrac. in Bibliot. Marian.

Ioan. Petr. de Creſcentio in Præſid. Roman.

V. Non nemo externus quoque ſcribit eum inter alia pietatis tributa B. Mariæ Virgini impenſa, ſuum erga puriſſimam eius Conceptionem ſtudium eſſe teſtatum, duobus libris de ea editis, quos doleo non eſſe mihi viſos dum de ea ſcriberem. Sanè multi eam prouinciam amplexi ſunt, quaſi Spartam quandam ſuo ſtilo defendendam, ſiuè affectu in Virginem, ſiue ambitu proprio, auidi numeroſo Scriptorum choro interponi; quorum tamen plerique adhuc tenebris ſuis obluctantur, nondum in lucem typis obſtetricibus educti. Ex his (credo equidem) erit Pater iſte à Spiritu Sancto, quem non dubito fuiſſe impulſorem eius ad criſin ſuam illo opere exprimendam hoc eſt, tuendam per omnia immaculatam, non modo Deiparam Virginem, ſed ipſam eius Conceptionem.

A N N V S

IESV CHRISTI D. N.	1278.	M. PALEOL. IMP. GR.	19.
NICOLAI. Pp. III.	1.	RELIG. SS. TRINIT.	81.
RVDOLPH. REG. ROM.	5.	INDICT.	6.

B R E V I A R I V M.

1 *Auſpicata electio* Nicolai *Pp. III.*
2 *Erectum PP. Trinitariis cænobium Caſareæ Paleſtinæ; cuius vrbis conditio breuiter exponitur.*
3 *In Ordine Trinitario floret* Thomas *Risbettus Anglus.*
4 *Floruit item Pater Fr.* Ioannes *de Burgis, illuſtri martyrio coronatus.*
5 *Item alius (ſed Confeſſor) Fr.* Petrus *a charitate, miraculis glorioſus.*
6 *Criſis Authoris de iſtis.*

1 IVſtis *Ioanni* peſolutis Septem-viri Electores (nam totidem duntaxat Cardinales ſuperfuerunt) Comitio indicto, ſexto primùm menſe vltra dies quatuor, vj. Cal. Decembr. demortuo Pontifici ſubſtituernut Ioanem

Caeta-

Caetanum S. R. E. Archidiaconum Cardinalem, patria Romanum, familia Vrſinum: qui & nomen Nicolai III. & ſimbolum accepit *Miſerere mei Deus miſerere mei*; Ei olim infanti S. *Franciſcus* Pontificatum prędixit, & ipſe Ioannes illi in Cardinalatu Protector, & in Pontificatu exſtitit fautor. Fuit eâ morum integritate & religinis præſtantiâ vt vulgò Pater compoſitus diceretur. *Plat. Volater. l. 23 Antrep. Pſal. 56. v. 1. VVadding. hic n.*

Res Ordinis hic etiam parcè procedunt. Inuenio tantùm penes hunc annum conditum eſſe ei monaſterim Cæſareæ Paleſtinæ, quæ vrbs antea dicta eſt Turris Stratonis, ſed ab ab Herode Rege reſtaurata Cæſareę nomen in honorem Auguſti Cæſaris accepit, multis de nouo fabricis & quidem nobilibus amplificata, vt author eſt Ioſephus Iudæus; atque etiam S. Hieronimus. Proſtat ad littus maris medi terranei, inter Doram & Ioppen. Eſt autem altera eiuſdem nominis vrbs recentior in Phœniciâ ad radicem montis Libani, vnde Iordanis fluuius erumpebar, quę prius Panæas dicebatur, quam Philippus Herodis filius, & Traconitidis regionis tetrarcha auctam ornatamque in honorem Tiberii Cæſaris Cæſaream vocari iuſſit; poſtea verò Rex Agrippa Neroni adulatus Nerodiadem appellauit, vt idem hiſtoricus ſcribit. II. *Figuer. pag. 114. Lib. 1 Bel. In cap. 16. ſ. Matth.*

Atque hæc de domibus: quoad homines annus eſt ditior. In eo floruit Fr. Thomas Risbottus Anglus, Conuentus S. Crucis de Hunslou, Doctor Theologus Oxonienſis, qui etiam dicitur doctrinam ſuam alijs communicaſſe, ſcriptis voluminibus (fortè etiam editis) de ſignis iudicii Vniuerſalis: In Epiſtol. S. Pauli ad Corinth. atque alijs, quibus defunctus, ſarcinam corporis depoſuit in dicto Conuentu. III. *Georg. Inet lib. 2 defunctat. Ordin. 2.*

Alii duo ſuperſunt potiori iure celebrandi, ſcilicet ſanctitatis: vnus Martyr, alter è numero Confeſſorum: Prior fuit Fr. *Ioannes* de Burgis, Burgenſis etiam Conuentus alumnus, qui à Patre Miniſtro illius (atque etiam Prouinciali Fr Ioanne de Salis,) Granatam miſſus ad Captiuos liberandos, à Mauris captus, omnibus redemptionis pecuniis expoliatus, Almeriam ductus eſt, & in carcerem truſus, tum flagellatus acerbè, denique gladio guttur transfixus, martyrio laureatus occubuit Calend. Nouembr. Eius Corpus à Chriſtianis magno precio emptum, nocte ſepultum eſt. IV. *Martyr. Hiſ. ian. Fig. 111.*

Alter erit Pater Petrus dictus à charitate, quam ſanè magnam oſtendit lue ſæuiente Ouicdę, cuius erat alumnus, erga pauperes & infirmos, ſuſtentando ciuitatem, atque eius territorium. Quâdam autem die, vrgente valenter egeſtate apparuit ei puer admodum formoſus, qui ſe Raphaelem Angelum aſſeruit, & huius Ordinis habitum præferebat. Is autem impreſſo panibus S. Crucis ſigno, ipſos in maiorem molem produxit, vehementer auctos, in ſubſidium egenorum. Dicitur etiam mortuos ſuſcitaſſe. Triennio ſuperfuit lui contagioſæ, & emiſit ſpiritum ipſo die S. Petri ad Vincula. Deindè autem acceſſerunt ſepulchrum eius pauperes cum gemitu orantes: P. Fr. Petre reſpice filios tuos, & da nobis eleemoſinam, nam perimus fame: Quibus ille retulit: Iam audio Vos; & exertâ manu e buſto porrexit ſingulis vnum panem; ac deindè eam retraxit. Iacet Ouediæ ſepultus. V.

Pro huiuſmodi gloriandum; neque cenſendus eſt annus effætus qui vllum ex talibus profert; reddunt enim multitudinem aliorum, non ad numerum, ſed ad pondus. In his, ſicut in gemmis, præcium compenſat paruitatem.

Summè autem *precioſa eſt in conſpectu Domini mors*, *quæ emit ſanguine immortalitatem*, aio cum S. Cypriano: *Spectaculum illud ſanè ſublimè, magnum, Dei oculis, Sacramento ac deuotione militis acceptum.*

ſol. 125. Epiſt. ad Mart. & Confeſſor.

A N N V S.

IESV CHRISTI D.N.	1279.	M.PALEOL. GR.IMPER.	10
NICOL. Pp. III.	2	RELIGION. SS. TRIN.	82
RVDOLPH. REG. ROM.	6.	INDICT.	7

B R E V I A R I V M.

1 *Græci diuiſi in negotio amplectendi fidem Eccleſiæ Romanæ.*
2 *Ordo S. Trinitatis augetur nouo monaſterio in Syria.*
3 *Memoria inſignis viri ex hoc Ordine P. Edvvardi Heruiſij, Scoti.*
4 *Legatio teſtamentaria* Alphonſi *Luſitaniæ Regis, Ordini Trinitario.*
5 *Cambium factum ab Epiſcopo Monſpeſſulano cum eodem.*
6 *Eiuſdem monaſteria Tyrenſe & Lundenſe,*

I. Am experimento palpabitur quod ſupra in loco præmiſi de perfidia & leuitate Græcorum. Enim verò hoc anno aduenerunt à *Paleologo* eorum Imperatore Nuncij *Nicolao* Pontifici at um gratulantes, per quos etiam id ipſum officii præſtitit *Ioannes* Beccus Patriacha Conſtantinopolitanus Nicolaum agnoſcens Paſtorum paſtorem, omniumque Præſulum ſuper eminentem, Prælatorum. Addidit *Oggerius* Protonotarius Imperatoris inſtructionem quà voluit Nicolao Pontifici ſignificatum, hactenus eundem Imperatorem pro viribus conatum eſſe ſuos omnes ad Romanæ Eccleſiæ vnionem reducere; verum pleroſque ex illis, etiam propinquis ac conſanguineis ſuis, nedum exrernos, acriter reſtiriſſe, adeo vt in apertam rebellionem eruperint, & ipſe Imperator, nequidem armis, & immiſſis exercitibus eos compeſcere potuerit. Quinimò congregatâ quâdam Synodo, centum fere monachorum, aliquot Abbatum, & octo Epiſcoporum, anathema dixiſſe Nicolao Papæ, Imperarori, & Patriarchæ Conſtantinopolitano, & omnibus adhærentibus iiſdem.

Regiſtr. Nicol. III. num. 156. VVadding. hic Spond. ann. num.

II. Interim creditur hoc anno Sacer Ordo ditatus nouo Cænobio Anconenſi in Syria & ſuburbano Ciuitatis, vbi Equites Templarii olim habitabant, prope Carmelitas, Sanctiſſimę Trinitati dicato. Deindè autem anno 1291. vrbe à Saracenis capta die 18. Maii, feria ſexta, triginta quatuor Religioſi huius Ordinis, à victoribus comprehenſi, manibus naribuſque abſciſſis, denique in odium fidei Catholicæ in ignem conjecti arſerunt.

Fig. f. 115.

III. Iam quoad homines huius inſtituti, iſti anno adſcribendum eſt funus inſignis viri P. Edvvardi Heruiſii. Fuit patria Scotus, Magiſterio Oxonienſis, Conuentus, S. Trinitatis Aberdonenſis, in Diuinis litteris verſatiſ-

Idem. fol. 105.

ciſſimus. Ordinis per Hiberniam, Angliam & Scotiam Comiſſarius Generalis, inſtitutus à Fr. Alardo maiore Miniſtro; ab Vrbano Pp. IV. Archiepiſcopus Nazarethanus in Galilæà: Is in lege Domini meditatus die ac nocte dicitur plurima ſcripſiſſe; in Magiſtr. Sententiar. in Epiſtolam S. Pauli ad Roman. de laudibus Deiparæ, de Prædeſtinat. Sepulchrum accepit in Regio monaſterio Aberdonenſi.

Eodemque anno Alphonſus Luſitaniæ Rex, huius nominis III. teſtamento legauit Ordini huic Sanctiſſimæ Trinitatis mille libras ad fidelium vinctorum ab infidelibus redemptionem, quas ſummâ diligentiâ Fr Ioannes Nauarro, tertius Miniſter Conuentus, à Regiis miniſtris recuperauit. Ipſe autem teſtator Rex Alphonſus hoc eodem anno è viuis exceſſit. IV. *Hagiolog. Luſitan.*

Similiter iam tum (iuxta gemellos authores) Epiſcopus Monſpeſſulanus numero trigeſimus primus, nomine Berengarius, excambuit neſcias quid cum quodam Miniſtro S. Trinitatis prope Vrbem illam, nomine Nicolao. Quo eodem tempore Balaenſes profitentur ſe tenere ab Epiſcopo ſiluam dicti loci ſub recognitione annua. V. *Gall. Chriſtian. tom. 3. fol. 595.*

Et denique videntur iſti eidem anno deberi fabricæ duarum domuum huius ſacri Ordinis; primum eſt Lundenſe in Danià: Alterum Tyrenſe in Phænicià, per Fr. Richardum de Alberdonià S. T. Doctorem Oxonienſem. Eſt autem Tyrus; vetuſtate, potentiâ, & ſacris litteris notiſſima; olim nobile Orbis emporium, à Tyro Noes nepote, vt creditur, condita, qui idem erat Iapheti ſeptimus filius: iam tunc inſula, prætalto mari 700. paſſibus diuiſa, nunc autem Alexandri Magni operâ Continens. Quondam partu præclara, vrbibus Lepti, Vticà, & illa Romæ æmula Carthagine, etiam Gadibus extra Orbem, nunc oppidum 22. ſtadia obtinet, de quibus conſulendus, C. Plinius. VI. *lib. 16. c. 19.*

ANNVS.

IESV CHRISTI D. N.	1280.	M.PALEOL.GR.IMP.	7.
NICOL. Pp. III.	3.	RELIG. SS. TRINIT.	83
RVDOL. ROM. REG.	7.	INDICT.	8

BREVIARIVM

1 *Deſinit in viuis eſſe* Nicolaus *III. Pontifex; qui pro merito laudatur.*
2 *Cædes Gallorum in Sicilia; vulgò* Veſperæ Siculæ *dicta.*
3 *Cœnobium Illurgitanum Ordinis S. Trinitatis alio translatum.*
4 *Illius cœnobij illuſtres alumni.*
5 *Notabilis hiſtoria cuiuſdam ex ipſis.*
6 *Floret P. Fr.* Thomas *Bonſebamus*
7 *Conuento facta cum Epiſc. Eboren.*
8 *Officio & vita defungitur Petr: Cuſiac.*

I. *Iacent Platun. Onuphr. &c.* ANnus eſt duobus euentis notabilis verius quàm nobilis: Vnum eſt immaturus obitus *Nicolai* Pp. *III.* qui in Caſtro Suriani VII. à Viterbio Lap. XVIII. Calend. Septembr. fatis concedens, Eccleſiam ſponſo viduauit; Pontifex cuius longè latèque fama claruit, vita emicuit, prudentia & experientiâ inſignis, quemadmodum ſucceſſor ipſius Martin. IV. Pont. Max. in encielica Orbi Chriſtiano datâ prædicabat. Virginem perpetuò caſtum, & honeſtum moribus, bonæ famæ ac vitæ huius ſeculi authores prodiderunt. Eius mortem nonnulli ex prodigioſo Tyberis incremento diuinarunt; nam per id tempus amnis ille adeo inſolenter intumuit vt ad aram maximam Pantheon (vulgo Rotunda) quaternis pedibus & amplius aſcenderit.

II. *Collenut. lib. 5 hiſt. Neap. Sumon, lib. 8. eiuſd.* Alterum eſt conceptum ſcelus planè tragicum Terræ Cyclopum; (ita enim Siciliam *Homerus* appellat) quo denique illa Gallorum iugum, ipſorum non modo ingenti damno, ſed immortali infamiâ excuſſit. Dux *Procida* facti, *Ioannes* ſcilicet qui ob quandam priorem proditionem intentatam, bonis & opibus à Carolo priuatus, ampliuſque (vt ferunt) contaminationem coniugis à Francis paſſus, deſiderio priſtinarum opum flagrans, & vxoris violationem vlturus, vt erat callidus ingenio, ſecretam coniurationem contra Gallos Carolumque toto biennio apud pleroſque Siciliæ proceres, quibus ſciebat Francos eſſe inuiſos, clam ſollicitauit, eo euentu quem ſequenti anno exhibebimus.

III. Interim Religio Trinitaria accepit, non tam nouum domicilium quam veteris varietatem. Quod vt capiatur, reuocare in memoriam debeo Lectori quæ ſupra ad annum 1251. dixi de erectione conuentus Ilurgitani: Hunc enim illis eo anno fundauit Sanctus Rex *Ferdinandus* in vno Eremitorio quod hodie dicitur S. Dominici de Fueole. Iſte autem præſenti anno translatus eſt ad eum locum quem hodie occupant PP. Carmelitæ diſcalceati. Deindè autem anno 1575. reductus eſt ad eum qui nunc dierum ab ipſis habitatur.

Cænobium multis nominibus inſigne, habet ſegmentum aliquod ſacri corporis S. Euphraſij Epiſcopi ac Martyris, & patroni eiuſdem Ciuitatis: Item Sanctæ Potentianæ Virg. & Anacoretæ, aliaſque aliquot Sanctorum.

Alum-

Alumnos habuit P. Magiſtrum Alphonſum Palomino, primum Prouincialem poſt factam diuiſionem prouinciarum; virum eruditum admodum & pium. IV.

Magiſt. Alphonſum Aroto Cathedraticum Academiæ Valentinæ,& eiuſdem Doctorem; & denique huius prouinciæ Miniſtrum, in qua habitus eſt pro Sancto, ob eximias virtutes, nominatim Caſtitatem & obedientiam. Obiit ibidem anno 1617.

Vener. Fr. Marcum Criado, oriundum Niguera de Anduxar. A teneris propendebat in exercitiavirtutum. Subiit martyrium in Peca ſex leucis vltra Granatam, anno 1570 in hunc modum. Lapidibus eum obruerunt impetentes, deindè ſuſpenderunt in arbore quadam, in qua triduo pependit, hymnis & canticis extollens creatorem ſuum. Carnifices,qùm viderent eum adhuc ſpirantem,eruerunt ei cor, in quo inuenerunt deſcriptum nomen *Ieſus* ſicut etiam ſupra relatum eſt.

Ibi illud memoriâ & admiratione dignum euenit Mag: Quiſado Miniſtro Conuentus, Religioſo ſatis obſeruanti, quem qùm D.Deus voluiſſet inuitare ad maiorem perfectionem; ipſe Quiſada quadam die aprehendit manibus librum, quem cum aperuiſſet legendum, in prima omnium linea offendit hæc verba: *Intende ad conuertendum Te:* Iterum eundem aperuit idque in alia parte, & incidit tertiò in ipſa: Tùm verò ipſe occluſit librum & ſecum ruminans quod vidit, tradidit codicem alteri Religioſo legendum ſed alter voluens reuoluenſque eum, illa verba nullibi legere aut inuenire potuit. Propter quod ille euentum tanquam cęleſte monitum accipiens, incepit, & perrexit viam ſpiritus ac pęnitentiæ, cui totum ſe dedicauit. V.

Eodem anno in Ordine floruit Fr. Hugo Bonſchamus Anglus Conuentus Montiidunenſis ſocius, S: Teol. Doctor Oxonienſis, Angliæ Prouincialis Miniſter per 19 annos; qui relictis pluribus ingenii ſui monumentis, ſenio confectus vitæ finem ſortitus eſt in cœnobio S. Crucis Hunſtonienſi. VI.

In eundem incidit occaſus Reuerendiſſimi P. Petri de Cuſiaco, totius Ordinis Miniſtri Generalis, qui vltra ſupra à me dicta in loco, erexit Confraternitatem B. V. Marię, (erga quam calidè afficiebatur,) eiuſque opus eſſe voluit ſuccurrere egentibus & afflictis; ad quem finem ipſorum duo aſſignati ſunt in Xenodochio ad colligendas illis eleemoſinas, quas etiam diuidere debebant cum egentibus verecundis,: quos pudor domi continebat. Atque his aliiſque præclarè geſtis, animam emiſit, qùm pręfuiſſet Ordini annis quatuordecim. VII.

Denique iſto eodem P. Martinus Fernandes Miniſter Cœnobii huius Ordinis Santareni, fecit conuentionem cum Epiſcopo Eborenſi Durando Paez,in qua partes conſenſerunt quod Religioſi ſiue per ſe, ſiue per alios, puta Clericos ſæculares,inſeruirent Eccleſiæ loci de Aluito. Rector item aut Prior dictæ Eccleſiæ confirmaretur ab Epiſcopo Eborenſi, cui ille promitteret iuramento adiecto obedientiam. Idque omne tranſactum eſt cum aſſenſu P. Miniſtr. Prouincialis, qui tunc erat Luſitanus P. Fr. Ioannes Nauarro.

ANNVS

IESV CHRISTI D.N.	1281.	M.PALEOL. GREG.IMP.	21.
MARTIN. Pp. IV.	1.	RELIGION. SS. TRIN.	84.
RVDOL. ROM. REG.	8.	INDICT.	9.

BREVIARIVM.

1 *TVmultus Viterbieſium in Cardinales ante electionem Pontificis.*

2 *Cædes Gallorum in Sicilia, miſeranda, & notabilis.*

3 *Nouus Miniſter Ordinis Trinitarij eligitur in Comitijs Generalibus illius.*

4 *Floret in eo P. Fr. Arturus Hybernus, doctrinâ & probitate.*

5 *Querela authoris de parcitate ſcriptorum Religionis.*

DIſcordia annum auſpicatur: Qùm enim Pontificii Electores Viter-
I. bium conueniſſent, eius Vrbis primores, duos Cardinales ex fami-
Plat. in Nic. III. lia defuncti Pontificis, vi abreptos in vincula conieeerent. A reliquis ele-
Bond. 2. Dec. 8. ctus eſt in Pontificem *Simon* à Bria Gallus, dictus deindè *Martinus* IV. fe-
ſtinatio numero, qùm reuera fuerit II. nam alii duo non Martini, ſed
Marini fuerunt.

Clariorem memoriam conciliauit anno cepta rebellio Siculorum, quan-
II. quam adhuc clandeſtina, quippè tecta ingenio illius quem dixi Procidæ:
Hic enim & Alphonſum Aragonium, & Michaelem Paleologum circum-
ueniens, ab vtroque opem impetrauit ad ſuorum & patriæ libertatem, ex-
cluſo Carolo, vendicandam. Cauſam quæris? habe: Præfectorum Ca-
roli & reliquorum ſuorum plerumque tanta erat petulantia in Siculos, vt
his non liberorum hominum ſed mancipiorum loco Siculi haberentur; Pro
Leon. Aretin. in Florent. Marian. l. 14. Æmil. in Phil. III. leuiſſimis rebus, ac ſæpè pro verbo liberius emiſſo, ſupplicia aderant cru-
deliſſima. Delatorum plenæ erant vrbes, laquei & ſecures in leuiſſimis
pænis habebantur. Ad hæc, auaritia Gallorum, & auri cupido inſatiabi-
lis nocentes pariter & innocentes peruadebant; nec vllus erat modus ra-
pinis. Diuitiæ pro crimine læſæ maieſtatis habebantur; Vt quiſque erat
ampliſſimo patrimonio, ità in periculum capitis & fortunarum vocabatur.
His accedebant libidines, non maiorum modò, verùm etiam miniſtrorum
atque vulgarium in vxores & filias Siculorum: Neque alicui noua nupta
in genialem thorum adducebatur niſi à Præfecto Regio eius pudicitia præ-
libaretur; propter quæ Galli cum imperio vitam in Sicilia reliquerunt, ipſo
die Chriſti D à morte rediuiui. Qùm enim populus ſonitu campanarum
ad hymnos veſpertinos vocaretur, tota inſula cædes inermium Gallorum,
& nihil tale metuentium vno temporis momento euaſit; vnde *Siculus veſper*
in prouerbium abiit.

Ipſo anno Ordo Trinitarius ſimiliter Superiorem accepit Reuerendiſſi-
mum P. Ioannem Bosleau. Comitiis publicis apud Ceruum frigidum cele-
III. bratis. Et meritò; fuit enim Ioannes Theologiæ ſcitu inſignis, etiam illo
Alvar. f. 171. Matheſeos, ac proindè in vtraque ſcientia celabratus tam apud Gallos Pa-
riſiis, quam in Anglia apud Oxonienſes. Eum Philippus Rex Franciæ in

Con-

Conſiliarium, & Prædicatorem aſſumpſit. Commentatus eſt Ptolomæum; alios etiam aſtrologos explicauit, nominatim Iulium Hilinium. Scripſit de elementis & Meteoris; de Acu nautica, de fluxu, & refluxu maris. Præceſſores ſuos Miniſtros Generales imitatus, magnam vim pecuniæ congeſſit pro captiuis redimendis, quorum etiam plurimos numerato precio liberauit.

IV. Sub eundem annum floruerunt huius Ordinis magna nomina, Fr. Arthurus Edmundus Hybernus, S. Theologiæ Doctor Oxonienſis, Hybernię Prouincialis, Epiſcopus Lincolnienſis in Anglia deſtinatus. Scripſit de iuſtificatione libr. 2. Alter Fr. Dominicus Miniſter Burgenſis, Conſiliarius & Sacellanus maior Alphonſi Regis Caſtellę cognomento ſapientis. Item Fr. Robertus Burlerus, Epiſcopus Roſsenſis in Hibernia. Fr. Petrus Flandrenſis à Doctoribus Sorbonicis nuncupatus Flos Philoſophiæ. Dicitur ſcripſiſſe de Angelis libros 5. item Comentaria in vniuerſam Logicam Ariſtotelis; ſepultus in Capitulo S. Mathozini Pariſienſis. Fr. Stephanus Scotus, Epiſcopus Anconenſis, deindè patriarcha Conſtantinopolitanus, vt creditur. Fr. Edvvardus Holdeſtovvn, Scotus, authot operis de origine linguæ Hebreæ. Fr. Ioannes de Salis Miniſter Burgenſis, Prouincialis Caſtellæ & Luſitaniæ; quinque mille & amplius captiuos ex Maurorum ergaſtulis redemit. Fr. Stephanus de Fulburne Hybernus, Epiſcopus VVaterfordenſis, deindè Archiepiſcopus Tuamenſis. F. g. 116.

V. Cætera quæ huius temporis hiſtorias integrarent perdita dolere poſſumus, delere non poſſumus, ſiuè nequimus recuperare. Sancta vetuſtas maluit præſtare magna, & conſcire ſibi quam ſcribere, contenta vno teſte, qui eſt omnium inſtar, & nouit rependere non modo præſtantiam operum, ſed & neglectum ſcriptorum. Cæteroqui enim inſtitutum hoc ter ſanctum, & toto Orbe propagatum, non potuit tàm pauca capita ad laudem ipſorum & poſterorum memoriam numerare: Pergamus ergo, & illuceſcat per gentibus.

A N N V S.

IESV CHRISTI D.N. 1282.	M.PALEOL. GR.IMPER.	23
MARTINI. Pp. IV. 2	RELIGION. SS. TRIN.	85
RVDOLPH.ROM.REG. 9.	INDICT.	10

B R E V I A R I V M.

1 *MArinum monſtrum Leonis ſpecie.*
2 *Reſumptus calculus chronographicus veſperarum Sicularum.*
3 *Ordini Trinitario ſurgit Monarium Moncomenſe.*
4 *Fr. Ioannis Nauarro inſignis memoria, & acceptatio donationis factæ cænobio Scabalitano.*
5 *Alia illuſtrior quadraginta Martyrum huius Ordinis Hybernorum.*
6 *Item aliorum tredecim circiter, etiam Hybernorum.*

I. *Sabellic. 9. En. 7. Naug. in Cronic. & in Philip 111.* HOc anno apud Centumcellas in mari Thyreno, captus eſt piſcis, pilos & membra formatus abſolutâ Leonis ſpecie; horrendum ſtridens, & faridicum malorum, quæ in adiacente Inſulâ euenerunt.

Etenim fide dignum eſt quod aliqui authores tradunt, contra calculum à me anno proximo initum, Siculas veſperas, hoc eſt, cædem Gallorum hoc anno contigiſſe. Vno eodemque eiuſdem horæ fluxu ad pulſum æruum
II. pro veſpere Paſchali, omnes vbique Galli, nihil tale meditantes, viri, fæminæ, pueri, omnis ætatis, ſexus ac conditionis, idque omne tanto ſæuitiæ exceſſu vt etiam Siculæ mulieres à Francis grauidæ exenteratæ ſiut, & paruuli ſaxis illiſi.

Cur autem exiſtimem negotium verius ad præſentem annum pertinere, cauſa eſt quoniam duæ tùm fuerunt operis circunſtantiæ quæ non poſſunt præcedenti anno aptari. Vna quod ſtrages contigerit exeunte Martio; alterum quod patrata ſit in ipſo Paſchate: at verò illo anno 1281. Paſqua neque in Martium, neque in calcem eius incidit, ſed in meditullium propè Aprilis, die 13. eius, iſto autem benè, quia fuit 29. Martii.

Interim Sacro Ordini ſurrexit monaſterium Mencomienſe, (vulgò de
III. Monſon) extructum annuentibus Conſulibus eiuſdem Villæ, quos Iura-
Fig. f. 171. tos appellant. Relligioſiſque conceſſum fuit Xenodochium Diuo Antonio dicatum, cum aliquibus ædibus eidem annexis propè Xenodochium Sanctæ Barbaræ, vt liquet ex Inſtrumento concordiæ initæ inter ipſos Religioſos Trinitarios, & presbiteros Eccleſiæ Sanctæ Mariæ de Romeral.
IV. Eodemq; anno Fr. Ioannes Nauarro tertius Miniſter Scalabitanus in Luſitaniâ, magnus captiuorum redemptorum, à Miniſtro maiore Ordinis Fr. Ioanne Flandrenſi inſtitutus anno 1274. qui ingentem donationem prædicto monaſterio factam à Stephano Alphonſi Tertii Luſitaniæ Regis collactaneo, ac totius Regni Cancellario oppidorum Aluito, & Villænouæ cum terminis ſuis in Eborenſi diæceſi ad Xenodochium condendum, Captiuos redimendos, & Religioſos ſuſtentandos acceptauit. Quique cum

cum Dioniſio Luſitaniæ Rege de eadem poſſeſſione retinendâ tranſegit, præhabito conſenſu Fr. Ioannis de Salas Caſtellæ Prouincialis, ac Burgenſis Miniſtri, & aliorum Miniſtrorum, qui in Capitulo Burgis celebrato ad hoc ſpecialiter conuenerunt.

Nihilo tamen minùs multò illuſtrius ornamentum hoc anno attulit huic ſacro Ordini Hybernia. Monumenta ſiquidem cænobii Atharenſis in Hyberniæ Momonia referunt quadraginta circiter huius Inſtituti Religioſos pro orthodoxâ fide animas inter tormenta emiſiſſe: Horum primus B. Arthurus Onellus, Onelli Principis, Tyroniæ Comitis, filius; qui generis nobilitatem operum probitate æquauit. Corpus ieiunio domabat, animum orati one & ſtudiis occupabat, Doctoris lauream Oxonij tam in Theologia quam in vtroque Iure facilè Oxonii aſſequutus. Religionis ſuæ prouinciam in Hybernia, magno omnium applauſu bis adminiſtrauit. In Albione, ſiuè minore Scotiâ, cænobia aliquot exſtruxit. Iam ſexagenarius, viribus ad huc firmus, & pauculis canis albens, qùm concepiſſet ſpiritum Ethnicis Euangelium prædicandi, Socios ſecum duxit Ferganaminum, (quod Latine anonimum ſignificat,) & Patricium, vtrumque ſuæ Religionis alumnos, & adhuc egregios Diuini verbi Oratores, illum triginta annis, hunc ſexennio amplius adultum: Omnes autem qùm iam diu Gentibus Chriſti D. fidem tum viuâ voce, tùm vitæ auſteritate ſuaſiſſent, multos magnoſque terrarum anfractus emenſi, denique in Regiam Amara Presbiteri Ioannis deuenerunt. Ibi biennio morati, ab illo Principe humaniſſimè excepti, albi Apoſtoli, (vtique à veſtium candore) vocabantur. Abeuntibus illis Princeps plurima dona argenti aurique obtulit: Illi autem profeſſi velle ſe Chriſtum & ſuos olim diſcipulos imitari, qui veritatem gratis docuerunt, omnia ipſi reliquerunt, atque inde Babilonem profecti, qùm Chriſtum conſtanter prædicarent, ad mortem quæſiti & comprehenſi, illuſtriſſimo martyrio finem laboribus dederunt, Arthurus igni iniectus, alii verubus infixi, Calendis Septembris. V. Fig. p. 117 Ajnar. cap 11.

Præterea Georgium, Chormacum, Ioannem Leoſem Doctorem; Redmundum, Thadæum Hyginum, alioſque ſeptem & viginti martyres Atharienſis liber memoriæ commendauit. Hi omnes ante Anglorum hæreſin, Barbarorum furore pro redimendis captiuis, peregrè perierunt. VI.

ANNVS.

IESV CHRISTI D. N. 1283.		M.PALEOL. OR. IMP.	23.
MARTIN. Pp. IV.	2.	RELIG. SS. TRINIT.	86.
RODVLPH. ROM. REG.	9	INDICT.	11.

BREVIARIVM.

1 Martinus *Pontifex offenſus ſcelere Siculorum & complicum, Regem & Imperatorem anathemate percellit.*

2 *Conuentio duorum Regum ſuper Regno Siciliæ.*

3 *Erectio Conuentus Vliſſiponenſis in Luſitaniâ.*

4 *Item Deidonenſis in Scotiâ. Ibidem memoria Gulielmi Fraſerij Ordinis Trinitarij.*

5 *Aliùs etiam Ioppenſis in . . . .*

6 *Tertij etiam apud Aleppum.*

7 *Reditur ad prædia Conuentus Santarenſis.*

8 *Copioſa redemptio Captiuorum.*

I. *Breu. hic num. 1.* Nouus Pontifex Martinus ægerrimè tulit hoc facinus Siculorum, & Petri Regis, cuius præſidio animati & armati illi ſtragem tentarunt. Vndè monitum illum vt deſiſteret, & parere recuſantem execratus, apud Montem Faliſcorum excommunione damnauit, præforibus Baſilicæ S. Flauiani Martyris. Eâdemque ſententiâ inuoluit Michaelem Paleologum Græcorum Imperatorem, conſcium, & complicem rebellionis.

II. *AEmil. in Philip. III.* Denique autem conuentum eſt inter Reges Petrum & Carolum, vt vterque & ſinguli vnâ tantùm militum centuria armati Burdegalam venirent ad certamen, in quo victoris præmium eſſet Sicilia; victus autem, aut non accedens, perpetuo infamis, & Regio nomine indignus haberetur. Comparuit Carolus dictis die, & loco, in quibus Petrum ad veſperam vſque expectauit. Cætera proſequi non eſt noſtrum, qùm paſſim apud authores legantur.

III. *Roderic. de Cunha in hiſt. Vliſſip.* Bene autem incumbit nobis deſcribere cænobium Vliſſiponenſe in Luſitaniâ hoc anno iſti Ordini erectum. Vliſſippo (credo equidem ab Vliſſe dicta) totius regni metropolis & caput es inter præcipua Europæ emporia ſuo iure cenſenda. In ipſa autem, aut verius ſecus eam, extra antiquos muros eius, è regione arcis, ad Occidentem, monaſterium hoc ſtructum eſt, opibus S. Eliſabeth Reginæ, & aliorum procerum. Poſtea tamen intra muros à Rege Ferdinando conſtructus, manet incluſum. Structum eſt pulchro opere iam tunc, ſed deindè pulchriore reſtructum â fundamenris, Ecclcſiâ exceptâ, ità vt omnium ſacri Ordinis primum ab aduenis prædicetur. Primus Miniſter illius fuit Fr. Martinus Fernandes vſque ad annum 1312. Secundus Fr. Stephanus ex Priore Domus Santarenenſis, idemque Confeſſor Sanctæ Reginæ, obſeruantiâ vitæ regularis poſteritati commendatus. Prope illud exſtructum eſt à Fr. Stephano Santarenſi Xenodochium in quo pauperes & infirmi iuxta horum Inſtitutum, alebantur ex annuis redditibus, & fidelium elleemoſinis, quibus etiam captiui aliqui redimebantur.

Regina Sancta quam præmiſi, Dioniſij Regis vxor, multam pecuniam

ad

ad Eccleſiæ ſtructuram exhibuit, in quâ etiam Sacellum peculiare ſibi ſepelliendæ iuſſit erigi, vt patet ex litteris filii eius Alphonſi III, Luſitaniæ Regis, in Archiuio eiuſdem Conuentus. Huius autem Miniſter, ad preces Emanuelis Regis à Leon. X. inſtitutus eſt Iudex Apoſtolicus Præceptoriarum Ordinis militiæ Ieſu Chriſti, quam Dioniſius Rex erexit, eique attribuit redditus omnes Militum templi, quorum cætum Clem. V. extinxit. Licet autem in Luſitaniâ Prouinciâ præ aliis Ordinis vigeat Regulæ obſeruantia, & diuini cultus celebritas, atque etiam Captiuorum liberatio, nihilo tamen minùs, in Vlyſſiponenſi & Santarenſi cænobiis omnia exactius quàm in cæteris ſeruantur.

Alia ædificia eodem tempore eidem Ordini acceſſerunt, in primis Dei- IV.
donenſe, in Scotiâ à Iacobo Siringer equite erectum. Primus illud adminiſtrauit Georgius Siringer, nepos fundatoris. Ex ipſo prodiit Gulielmus Fraſerius, qui ob egregias virtutes prudentiæ coniunctas, Epiſcopus S. Andreæ ordinatus eſt, & Regni Cancellarius; poſtea etiam diſſidentibus inter ſe proceribus de Regno, vnus e tribus ſeptentrionalium partium adminiſtrator; quùmque poſt exitum Alexandri III. Regis, tota ſucceſſio in vnicâ filiola Regis Nouergiæ ex Margharita filia Alexandri ſuſcepta remanſiſſet, eaque etiam obiiſſet, poſt varia Concilia à nobilibus Scotiæ habita, ne Regnum planè acephalum & ex lex remaneret, placuit ſex Gubernatores creari, quorum tres eam regni partem quæ ad Aquilonem tendit, adminiſtrarent: VVilelmus Fraſier Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, Epiſcopus S. Andreæ, Durandus Magduffus Comes Fiſienſis, Ioannes Dominius Buchaniæ Comes, Robertus Glaſcuenſis Epiſcopus, Iacobus Stuartus Seneſcallus Scotiæ, & Dominus (vulgo Mylord) Lines in medio Farthamnis eſſet, Auſtralem plagam procurarent, qui ſex integros annos, & nouem menſes Rempublicam Scoticam capeſcebant, eo quod Ioannes Baliolus, & Robertus Bruſius de Regni iure ac principatu acerrimis animis toto illo tempore contendebant. Et quanquam prædictus VVilhelmus Fraſerius politicis negotiis ſemper grauaretur, ſtudiis tamen frequenter & ſeriò incumbebat, vndè & ſcripſit occaſione horum tumultuum, de iure ſucceſſionis regni Scotici item (vt creditur) Concordantias in Euangelia, &c.

Aliud etiam cænobium dicuntur accepiſſe in Ioppen: Eſt autem Ioppen, V. *Fig. p. 119*
alias Taffa ſeù Tapho, quinquaginta millia paſſuum vltra Hieroſolimam, antiquiſſima Iudeæ ciuitas, iuxta littus maris, à Iaphete Noe filio ante
diluuium cepta; Vrbs olim frequentiſſima in edito promontorio ſita. Di- *Idē p. 119*
ſtat Cæſareâ Paleſtinæ triginta millibus paſſuum.

Denique aliud tertium cænobium dicuntur accepiſſe iam tunc in Syria VI.
apud Aleppum, ſiuè Calephum, quam antiquitus Neream dictam cenſet Ruvvolfius in ſuo itinerario. Eſt Celeſyriæ oppidum, etiam Chaliben dicta, de quo Gulicl. Tyrius lib. 20. c. 19.

Interpolauimus redemptiones annis aliquot, nunc denuo reſumemus: VII. *Martyr.*
iſto enim quem agimus P. Dominicus Pardo, huius Ordinis Doctor Theo- *Hiſpan.*
logus Toletanus, Feſſâ liberos eduxit, catenus captiuos, ducentos Chriſtianos.

ANNVS

IESV CHRISTI D.N.	1284.	M.ANDRON. GREC.IMP.	2.
MARTIN. Pp. IV.	4.	RELIGION. SS. TRIN.	87.
RVDOL. ROM. REG.	10.	INDICT.	12.

BREVIARIVM.

1 *Notabilis mortalitas Regum.*
2 *Res Chriſtiana in Orient e perit.*
3 *Monaſterium Trullenſe in Hibernia, quale,*
4 *Memoria Edvvardi Brien.*
5 *Itemque Nicolai Alueraici.*
6 *Et denique Roberti Lyncæi Hyberni.*

I. Similis eſt, 1283. præcedenti, ſcilicet Regicida, ſiquidem in eo deſierunt viuere, nedum regnare, Carolus Siciliæ, & Alphonſus Caſtellæ Reges: Item Hugo Luſignanus Cypri, Philippus Galliarum, & Petrus Aragonum Reges.

M rian. lib. 14 cap 7. Villan. lib. 7. c. 110

II. Eodemque illo, & aliis herenter decurrentibus, res Chriſtianorum in Syria peſſum labebantur, qùm illi diſſentionibus ſuis viam pararent victoriis Saracenorum. Accon, alias Ptolomais, primaria Ciuitas Chriſtiano-norum, multitudine & diſcordiâ rectorum, in peius ruebat, iuxta illud Domini: *Regnum in ſe diuiſum deſolabitur*, vbi videlicet Rex Cypri, Legatus Apoſtolicus, Patriarcha Hieroſolomitanus, Præfectus Regis Siciliæ, Duces Regum Francorum & Angliæ, Princeps Antiochiæ, Comes Tripolitanus, Hoſpitalarij, Templarij, Teutonici, Veneti, Genuenſes, Florentini, Piſani, Armeni, Tartari, eam ſibi quiſque diuerſis iuribus, atque prætextibus vendicare cupientes, ſingulas regiones, ſua prætoria, Iudices, Magiſtratus habebant, nihil alteri deferentes, ſed quiſque ſupremum ius in ſuos exercens.

Matth. 12. v. 15.

III. Dicitur etiam hod anno erectum Ordini Trinitario monaſterium Trullente in Hybernia: ſed videtur eſſe vicinia nominis, non ipſum; Nam non facilè inuenietur ciuitas, aut Terra nobilis in eo regno quæ eo vocabulo appelletur. At enim, quod-fuerit cunque, ex eo prodit Fr. Edvvardus o Brien, nobilis Doctor Theologus Oxonienſis, ab Honorio II. anno etiam Pontificatus 2. factus Archiepiſcopus Caſſelenſis in Hybernia.

Fig. 128.

IV. Circa eadem tempora floruit Fr. Nicolaus Alueruicus Anglus, qui cucullum Sanctiſſimæ Trinitatis induit in Monaſterio S. Crucis Hunſtouienſi, prouinciæ Anglicanæ, ipſe etiam Doctor Oxonienſis. Dicitur ſcripſiſſe præclara Commentaria in pleroſque libros Bibliorum. Obiit in Collegio Oxonienſi.

V. Ad eandem palmam, & meritum memoriæ redit etiam ſecundò Hybernus, eiuſdem Ordinis, Robertus Lyncæus; ab Honorio Pp. IV. Epiſcopus Fernenſis in patriâ creatus; ipſe etiam aliquot voluminum author, de laudibus vitæ ſolitariæ: Quodlib. Theologic. Fatis ceſſit anno 1305. x. Calen. April. in ſua Eccleſia ſepultus.

ANNVS

A N N V S

IESV CHRISTI D. N.	1273.	M.ANDRON.GREC.	3.
MARTIN.Pp.IV. vltim.HONOR.1.		RELIG.SS. TRINIT.	88.
RVDOLPH.ROMAN.	12.	INDICT.	13.

B R E V I A R I V M.

1 *Mors Martini Pp. IV. miraculis illuſtris.*
2 *Eius affectus in S. Franciſc. Aſſiſiatem.*
3 *Patribus Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis erigitur monaſterium Deluſnes in Scotia.*
4 *Memoria P. Roberti Bilingam.*

DIxi Superiorem annum fuiſſe Regibus fatalem, hunc dico fuiſſe etiam Pontifici talem; in eo enim extinctus eſt Martinus Pp. qui ipsâ die Paſchæ, occulto morbo correptus, & incognito medicis, quatridvo inde viuere deſiit, qùm ſediſſet aunos quatuor, menſem vnum, dies ſemptem. Et in Eccleſia Cathedrali Peruſii ſepultus, miraculis confeſtim claruit, reſtitutâ cæcis, claudis, mutis, aliiſque infirmis ſoſpitate. I. *Contin. Polon. Nangius. Platin. Spondan n. 1.*

Mortem excepit in habitu noſtro Fr. Minorum, voluitq; in eodem ſepelliri, ac proindè cadauer ſuum deferri ad Eccleſiam eiuſdem Sancti Franciſci Aſſiſiatem, relicto inter alios Iacobo Sabello Cardinale huius ſupremæ voluntatis ſuæ exequtore. II. *V. Vading. tom. 2. an. 1286*

Quoad negotia huius ſacri Ordinis, inuenio hoc anno exſtructum ei cænobium in Deluſnes Scotiæ; Cæterum fundatorem non inuenio, nec Miniſtros qui eum deinde rexerunt. Videntur monumenta Eccleſiarum cum Catholicâ fide, Scotiâ exulaſſe. III. *Fig. 123.*

Ex ipſis Patribus fleruit hoc tempore Robertus Billingham Anglus, Collegii Oxonienſis ſocius, & illius Academiæ Doctor. Duo præſtitit quæ ipſum multorum gratitudini, omnium memoriæ commendant: Vnum quod ex Vrbe Granata multos fidelium captiuorum erutos libertate donauit. Alterum, quod Ariſtotelis Philoſophiam (vt fertur) fusè ſit commentatus. Denique illam Angliæ Prouinciam Miniſter gubernauit, & tot laboribus functus, vitam cum morte mutauit, ac ſepulchrum accepit in ſupradicto nobis Collegio Calendis Auguſti. IV.

ANNVS

A N N V S.

IESVS CHRISTI D. N.	1286.	M.ANDRON.GRAEC.	3.
HONOR. Pp. IV.	2.	RELIG. SS. TRINIT.	88.
RVDOL. REG. ROM.	13.	INDICT.	13.

B R E V I A R I V M

1 *ITerata mortalitas Regum.*
2 *Polonia vaſtitas à Tartaris illata.*
3 *Florent Patres aliquot Ordinis Trinitarij.*
4 *Erigitur iiſdem Monaſterium Ruthenæ.*
5 *Redemptio Captiuor. ab illis facta.*

I. *Luc. Flor. Sabellic. En.2.lib 6. Sa-ut. lib. 3.p.12. K-nt.7. Dan.24* ISta temporá habent aliquid Tarquinii, qui ſumma papauerum meſſuit: Ità adhue debemus Regum funera efferre; iſto enim anno Alexander Scotiæ Rex equo deiectus, & ceruice fracta obiit. Rudolphus Romanorum Rex toties inuitatus Romam ad capeſſenda inſignia Imperii, & toties pollicitus, adhue diſtulit acceſſum. Ericus Daniæ Rex à coniuratis proceribus, dum in lecto quieſceret, inopinato inuaſus, ſex & quinquaginta vulneribus trucidatus eſt.

II. Tartari Poloniam tam horrendè vaſtarunt, vt inter captiuos viginti & vnum millia puellarum innuptarum numerauerint; prouectos enim viros æque ac mulieres immaniter occiderunt.

III. *Georg. Ineſ lib. 2 fundat. Ord. cap. 3.* Cæterum annus ſacro Ordinis ſterilis eſt; Duos tamen inuenio qui interim ipſum illuſtrarunt, vnus Hybernus, alter Anglus. Prior fuit nomine Edvvardus, Conuentus S. Crucis, Doctor Thelogus Oxonienſis, cognomento Trallone, Hyberniæ Prouincialis, eiuſque tempore, domus illa S. Crucis, Lymericenſis &c. annuis redditibus, & numero doctorum virorum ad miracalum floruerunt. Singularem curam, & indefeſſam egit redimendi captiuos, ex poteſtate Maurorum. Præſens ipſe eruit eorum ergaſtulis mille ducentos. *Fig. f. 124* Alter Anglus fuit Robertus Daiis, e conuentu item S. Crucis Hunſtotienſis, Doctor Sorbonæ Pariſienſis. Prouinciam Anglicanam trigintanta tribus annis prudenter rexit, Edvvardo huius nominis primo Anglorum Regi vnicè charus, eiuſque à ſecretis culpis expiator ſacramentalis. Calluit apprimè linguas Latinam, Græcam, Hæbraicam, & Caldaicam: ab Honorio IV. procurante Edvvardo Rege Archiepiſcopus Nicomedienſis eſt inſtitutus. His duobus alii totidem acceſſerunt; primus Fr. Georgius Strodus Conuentus Abernonſis, Oxonii laureâ Doctorali donatus, huius Ordinis ſingulare ornamentum; à Nicolao Pp. IV. anno primo Pontificatus Epiſcopus Binconienſis inſtitutus. Viuis valedixit anno 1316. Secundus fuit Humbertus Cardenus Scotus, Regalis Conuentus S. Nicolai de Pepelis in prouinciâ Laudoniæ, Doctor Pariſienſis, Miniſter Prouincialis Scotiæ, tandem vt creditur Epiſcopus Limericenſis.

IV. *Ide 125* Eodem anno eidem Ordini Monaſterium Ruthenæ in Scotia fundatum dicitur.

Deni-

M.ANDRON. IMP. OR. 3. INDICT. 13. RELIG. SS. TRINIT. 88.

Denique in ipſo Fr. Antonius de Plicgo Algerium (Saldas) concedens, indè ex captiuis Chriſtianis retulit ducentos quinquaginta, priſtina libertate donatos.

A N N V S.

IESV CHRISTI D. N.	1287.	ANDRON. GR. IMP.	5.
HONOR. Pp. IV.	3.	RELIG. SS. TRINIT.	90
RVDOLPH. ROM.	14.	INDICT.	15.

B R E V I A R I V M

1 Honorij *Pontificis obitus.*
2 *Singularis pudicitiæ exemplum præbitum à* Guidone *Monfortio.*
3 *Conuentus de Crenach: Ordinis Trinitarii.*
4 *Florent eiuſdem Ordinis FF. Edvardus & Humbertus.*

Alternamus funera Regum, & patriarcharum. Proximo anno extulimus Alexandrum Regem, iſto efferrimus Honorium Pontificem. Hic enim iſto quem incipimus in viuis eſſe deſijt Romæ, poſtquam ſediſſet duos annos & vnum diem. Sepultus quidem eſt in baſilicâ S. Petri, ſed indè poſtea translatus in noſtram Eccleſiam Aracælitanam Frr. Minorum, ad ſepulchrum maiornm ſuorum. I. *Sabellic. 9. En. 3. Bergomen. lib. 13.*

Plura non libet ex publico præfari tam paucis ex proprio adferendis. Neque tamen diſſimulare auſim egregium & opportunum noſtro ſeculo (in quo plurimos nec pudet, nec piget libidinum) facinus Guidonis Montefortij, qui cum in carcere grauiter ægrotaret, & quidem ad mortem iudicio medicorum, niſi ſibi Veneris vſu ſubeniret, abſente coniuge maluit corpus perdere quam animam adulterio taminare. II. *H. Spondæ. hic n. 6.*

Iam verò quoad ſacrum Ordinem, peculium huius anni ſatis parcum eſt. Videor tamen mihi deprehendere in eo adquiſitionem Conuentus de Crenach in prouincia Cataneſiæ. III. *Fig. 124.*

Floruit etiam in ipſo Fr. Edvvardus Haldeſtoun Scotus, Regalis Conuentus Sacræ Trinitatis Aberdonenſis Socius, Doctoris Theologi inſignia adeptus Cantabrigiæ, & Pariſijs inter Doctores Sorbonicos annumeratus. Fertur ſcripſiſſe de origine linguæ Hebraicæ lib. 4. De Angelis duos. Iacet ſepultus in iam dicto monaſterio. Nec nimis erraret qui Humbertum Nardenum, præcedenti anno poſitum, huic adſcriberet; neq; aliud de eo nouiter occurrit quàm quod mihi ſubeat dubium de Epiſcopatu eius Lymericenſi, ob rationem quam dudum attuli in ſimili infula alteri negata. IV.

A N N V S.

IESV CHRISTI D.N.	1288.	ANDRON. GREC.	6
NICOLAI. Pp. IV.	9	RELIGION. SS. TRIN.	91
RVDOLPH.ROM.REG.	15.	INDICT.	1

B R E V I A R I V M.

1 *SEdes Apoſtolica vacat aliquam diu, & cur.*

2 *Impouitur ei Hieron. Aſculan Ordinis S.P.N. Franciſci.*

I. POſt Honorij obitum conuenerunt Cardinales in Montem Auentinum ad S. Sabinam, vbi ille deceſſerat, & eorum plures grauitate cæli offenſi, (eſt enim Auentinus magnâ ex parte noxijs Auſtri flatibus expoſitus) morbis afflicti ſunt, nonnulli etiam mortem obierunt: Vndè Sedes vacauit paulò minus vndecim menſibus.

Villan. l. 7. cap. 118. Vvading. Spondan. Brev. hic.

Tum autem in feſto Cathedræ S. Petri, illam aſcendit. Fr. Hieronimus

II. ab Aſculo Picem, patre Arminilao, profeſſione Religioſus S.P.N. Franciſci. Renunciatus eſt autem Pontifex ad S. Sabinam, & biduo poſt coronatus apud S. Petrum, ſumpto nomine Nicolai IV. in memoriam tertij à quo fuit creatus Cardinalis. Ipſe autem paulo poſt creauit pluies virtute præſtantes, qùm omnes pariter amaret: nec plus ſe debere affinibus aut cognatis quam cuius bono arbitraretur. Quæ quamuis ſint extranea operi, non ſunt tamen authori, qui Pontifici non quidem dignitate, ſed priſtina profeſſione ſuccedit: & optaret denſiorem meſſem actorum Religionis Sanctiſſime Trinitatis, atque in eorum penuria ſubſtituit aliquando ſua, quippè vteunque contigua. Certè de Seraphico P.N. Franciſco in Eccleſijs eius canitur.

Gregor. Pp. IX. in hym. 1. veſp.

Legi, Prophetæ, Gratiæ
Gratum gerens obſequium
Trinitatis officium
Feſto ſolemni celebrat.

AN-

ANNVS

IESV CHRISTI D. N.	1289.	ANDRON. GRAEC.	7.
NICOLA. Pp. IV.	2.	RELIG. SS. TRINIT.	92.
RVDOLPH. ROM. REG.	16.	INDICT.	2.

BREVIARIVM.

1 Nicolai *Pp. IV. magnalia, præſertim erga nationes Orientales.*

2 *Ordini Sanctiſſimæ Trinitatis erigitur cœnobium Ruthenæ.*

I. Oſtendit Orbi Nicolaus, quam expediat ei regi ab Apoſtolicam vitam profeſſis. Nam & primo anno, puta præcedenti, Carolum Caluum è carceribus Aragoniæ liberari curauit, eumque deinde Siciliæ atque Apuliæ regem coronauit; Et iſto præſenti gymnaſium generale in ciuitate Monte-Peſſulana, Apoſtolicâ authoritate erexit, quod hodieque celeberrimmum eſt. Ad hæc, aduertens ille quàm ſibi incumberet ſollicitudo omnium Eccleſiarum; qùm per Fr. Ioannem de Monte-Coruino in Apulia (qui vna cum alijs Minoritis in Orientem ad luſtrandas prouincias, & fidem prædicandam miſſus fuerat,) audiuiſſet de ſtatu AEthiopiæ, Armeniæ, ac Perſidis, ſingularum prouinciarum peculiaribus neceſſitatibus prouidens, eodem Ioanne cum ſocijs remiſſo, in primis ad Imperatorem AEthiopiæ, Demetrium Regem Georgianorum, Dauidem Regem Hiberorum, & omnem populum Neſtorianorum, & AEthiopum, pariterque ad earum Gentium patriarchas, Metropolitanos Epiſcopos, hortatus eſt omnes magnâ emphaſi ad amplectendam veritatem, hoc eſt Romanæ Eccleſiæ fidem.

Naug. in Cronic. AEm. l. in Philip.

Regiſt. Vatican. VVaddin hic.

Cæterùm hoc loco ac tempore fateor me pauperem in ſacri Ordinis hiſtoriâ. Vnum inuenio monaſterium eius hoc anno Ruthuenæ in Scotia erectum: Vt debeam hic iterare querelas meas ſupra ceptas de ſilentio authorum huius Ordinis ac ſeculi: aut certè alias eis germanas ſuper aliorum Patrum neglectu, per quem fortè perierunt præclara monumenta maiorum, ac Religionis: Quanquam etiam id contingere poterit abſque multorum culpa, qùm etiam Diuinæ hiſtoriæ Bibliorum partes aliquæ perierint, quæ à Spiritu Sancto dictatæ æternitatem merebantur. Verba dierum Regum Iuda: Verba dierum Regum Iſrael quoad Abiam, Nabad, Ela, Zambri, &c. vbi nunc Synagogæ audiuntur? vbi librorum leguntur? Pergamus compendio, & ſit nobis. II.

ANNVS

ANNVS

IESV CHRISTI D. N.	1290.	ANDRON. GRECOR.	8.
NICOLAI. Pp.IV.	3.	RELIG.SS. TRINIT.	93.
RVDOLPH. REG. ROM.	17.	INDICT.	3.

BREVIARIVM.

1 *Obit Alexand. III. Scotiæ Rex, & qualis ille?*

2 *Item Chunus Hungariæ: [ob] quod Regnum illud multorum votis appetitum.*

3 *In Religione Trinitar. floret F. Ionathas Scotus.*

4 *Alius, item Ioannes de Boſchocuius epitaphium Leoninum refertur.*

I. *Virgil. Eglog. 3 v. 106* Hac annorum, ſerie

——— inſcripti funera Regum
Naſcuntur flores.

Etenim iſto iam labente Alexander Scotiæ Rex, huius nominis tertius, filum vitæ abrupit, Princeps ſingularis virtutis, qùm regnaſſet annos non tantum triginta ſeptem, vt hiſtorici Scoti numerant, ſed quadraginta vnum, vt Angli, & exactè deducit Henricus, qui etiam refert vatem quendam, (niſi rectius ariolum) eius obitum, etſi obſcurè, prædixiſſe.

II. *Spondan. tom. 2. an. 1290 n. 2. vros Cro- Tnic. Hũgar. p. 2. Michon. cap. 66.* Auxit etiam mortuorum indicem eodem anno Ladiſlaus Chunus Rex Hungariæ, ab ipſis Chumanis, quos in delicijs habebat, dum in tabernaculo quieſceret, crudeliter cæſus. Eius obitus tot procos Hungariæ peperit quot longum eſset recenſere. In ijs qùm eſſet Rudolphus Rex Romanorum pro Alberto filio ſuo Duce Auſtriæ, Nicolaus Pontifex deſtinauit ad eum Nuncios ſuos, qui eum monerent regnum Hungariæ in clientelâ Sedis Apoſtolicæ eſſe; ac proindè non eſſe ipſius Hungaris regem dare. Nihilo tamen minus Carolus Martellus eius Regni coronâ inguratus eſt à ſuo patre, Andreas ab Hungaris &c.

III. Ex proprijs pauca habemus ſubdenda, ſcilicet hoc anno floruiſſe Fr Ionatham Scotum, in partibus transmarinis huic Ordini addictum, tamen locus profeſſionis eius fuit Romę apud S. Thomam de Formis in Monte Cælio. Hic in Scotiam cùm Legato Apoſtolico pro exigendis pecunijs ad bellum ſacrum miſſus, tam prudenter ſe geſſit vt dignus ſit viſus qui Dumblanenſem Eccleſiam regeret. Scripſit illâ occaſione de belli ſacri ſubſidijs lib. 1. Monita Papæ alterum.

IV. *Fig. 126* Plurium monumentorum penuria cogit me rem dubiam huic loco inſerere, quia controuerſam inter annos præſentem, & ſequentem: nam eorum altero claruit in hac Relligione Fr. Ioannes de Boſcho Anglus, Conuentus Montidunenſis in Cantio, Doctor Sorbonicus, deindè Conuentus S. Maturini Pariſienſis Prior (quem hodie PP. Vicarium appellant.) Eo procurante factum eſt vt Academia Pariſienſis ſua Comitia celebret ſemper in cænobio Trinitariorum eiuſdem Vrbis, dicto S. Maturini. Ipſe eius clauſtrum erexit columnis marmoreis fultum. Vir fuit integerrimæ vitæ. Dicitur

citur

citur plura ſcripſiſſe, quorum indicem alius texit, ego miſſum facio, quia non videntur in lucem prodiiſſe. Denique autem mortalitati cedens, ſepulchrum accepit in medio Capitulo S. Mathurini, vbi hoc eius epitaphium Leoninum legitur.

Fratris deuoti lapis hic tegit oſſa Ioannis,
In meritis voti laudabilis ſtetit annis;
Anglicus, Anglorum retinens exempla bonorum.
Cæpta Miniſtrorum ſtuduit complere priorum.
Annis bis ter ſolers fuit ipſe Miniſter,
Clauſtrum perfecit, Domui bona plurima fecit,
Hunc Cruce ſignatum pie Ieſu fac tibi gratum
Pace quieta, tum facias ſine fine beatum.

A N N V S.

IESVS CHRISTI D. N.	1291.	M. ANDRON. GRAEC.	9.
NICOL. Pp. IV.	4.	RELIG. SS. TRINIT.	94.
RVDOL. REG. ROM.	18.	INDICT.	4.

B R E V I A R I V M

1 *Alfonſus Rex Aragoniæ moritur.*
2 *Monaſterium Armachanum erigitur PP. Trinitarijs.*
3 *Aliud etiam non minus magnificum Oxonij.*
4 *Reſcriptum Edmondi Comitis Cornubiæ pro loco conceſſo fratribus Trinitarijs.*
5 *Alia tranſacta circa eorum habitationem ibidem.*
6 *Repetita celebratio Comitiorum Pariſienſium apud Trinitarios.*
7 *Geraldus Hybernus martyrio laureatur.*
8 *Memoria C. Epiſcopi Conſtantienſis, qui Ordini benefecit.*
9 *Item Patris* Ioannis *Boleaud Miniſtri Generalis Ordinis Trinitarij.*

SEmper admonemur noſtræ mortalitatis; nam etiam nunc efferimus Regium funus: iſto ſiquidem anno Alphonſus Aragoniæ Rex vitæ curriculum abſoluit; importunè ille, cùm aula omnis lætitiâ ſingulari exultaret, apparatiſſimi ludi inſtruerentur ad excipiendam eius ſponſam Eleenoram Regis Anglorum filiam, quam ſplendido comitatu ex Aquitaniæ finibus aduocabat. I. *Marian. lib. 14. Vrban. l. 8.*

Deſcendendo iam ad propria Ordinis, hoc anno illi erectum eſt inſigne cœnobium Ardmachæ in Vltoniâ Hyberniæ: eſt autem Ardmacha prima metropolis Hyberniæ, ſedes non ſolum Archiepiſcopi, ſed primatis, idque totius regni. In ea fuit olim erecta Academia multis priuilegijs aucta. II.

Sunt

Sunteque qui eius antiſtites ſanctos numerent triginta vnum, vltra alios aliaſque politici Ordinis, de quibus conſulendus eſt *Colganus*. Tom. 1.

III. Ipſo etiam anno, ijdem PP. acceperunt domicilium Oxonij in Anglia, cum adiacentiis ſatis magnificum, cuius rei ſeriem placet hic referre ex monumētis Academiæ Oxonienſis, ità enim habent ad annum 1291. *Hoc anno fundos & tenementa Oxoniæ aſſequuti ſunt fratres Sanctiſſimæ Trinitatis de redemptione Captiuorum, quibus vtique conſolitum iam pridem erat eruditionis causâ vniuerſitatem noſtram frequenter inuiſere, & de quorum familia hic demum conſidente ac florente, deque euerſa tandem funditus eadem. ſic paucis accipe.*

Chopin fol. 199. Hiſtor. vniuſ. Oxon.

Edmundus Plantegeniſta (vulgo Plantagenet) Cornubiæ Comes, & ſummus Religioſorum patronus, tùm fratrum iſtorum, tùm aliorum ipſis fauentium precibus permotus, à Priore fratribuſque Hoſpitalis S. Ioannis extra portam Orientalem ſiti tenementa quædam obtinebat, reddendo indè dictis PP. & FF. vnam libram incenſi annuatim pro omni ſeruitio. Stabant illa ante portam antedictam ex parte occidentali, & portam S. Fiedeſvvijdę, ſiuè viam à ponte Orientali ad campos penes Collegium Mertonenſe poſitos ducentem, quibus dirutis domicilium cum capellâ excitabat poſtea, Edmundus & Fratribus præfatis donabat. Charta autem donationis eorundem tenementorum, quæ non hoc anno, ſed ſecundo ſequenti, data fuit, talis eſt.

IV. Sciant præſentes & futuri quod Nos Edmundus claræ memorię Richardi Regis Alemanniæ filius, & Comes Cornubiæ, dedimus, conceſſimus, & præſenti charta noſtra confirmauimus Deo, & B. Mariæ, & fratri VVilhelmo de Hamine Prouinciali Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis in Anglia, & Fratribus eiuſdem Ordinis in Anglia apud Oxoniam Deo ſeruientibus, in perpetuum ſeruituris, pro ſalute animæ nonſtræ, & pro animabus prædicti Regis patris noſtri, Schenchiæ matris noſtræ, & pro ſalute animæ D. Eduardi illuſtris Regis Angliæ &c. omnes terras & tenementa, redditus & poſſeſſiones cum ſuis pertinentiis eiſdem qualitercunque expectantibus quæ habuimus in parochia S.Petri extrà portam Orietalem apud Oxon. ſine vllo retenemento habendi, &c. faciendo capitalibus dominis feudi ſeruitia indè debita & conſueta. Pro hac autem donatione conceſſione, & chartæ noſtræ confirmatione conceſſerunt nobis dicti VVilhelmus Miniſter & fratres ſui pro ſe & ſucceſſoribus ſuis quod inuenient propriis ſumptibus quinque Capellanos in eo loco Diuina celebrantes in perpetuum, pro ſalute animæ noſtræ. Nos verò prædictus Edmundus & hæredes noſtri omnia prædicta tenementa, redditus, & poſſeſſiones cum omnibus pertinentiis ſuis prædicto VVilhelmo Miniſtro, fratribus eiuſdem Ordinis & ſucceſſoribus ſuis vvarantisabimus, acquietabimus, tanquam liberam & perpetuam eleemoſinam noſtram defendemus in perpetuum, his teſtibus, Dominis Richardo de Cornubia fratre noſtro, VVilhelmo de Bereford, Henrico de Scotebrok, Reginaldo de Boſeran militibus, Ioanne de Scardeburg, Rogero de Merlavv; Ioanne de Bleburgc, VValtero de Ayleburg, Henrico Verrayn, tunc Maiore Oxoniæ, VVilhelmo Leſpicer, Henrico le Spicer, Philippo de Hoc Ioanne de Hoc; Thoma Forinii, Ioanne VVitth, Martino le Samplarier Ioanne le Cuner, & multis aliis: Dat. apud Bechele in feſto Dedicationis S. Ioannis Baptiſtæ, anno regni Regis Edvvardi 21. In cuius rei teſtimonium præſenti chartæ ſigillum noſtrum fecimus apponi.

Extru-

M.ANDRON. GRAEC.	INDICT.	RELIG. SS. TRINIT.
9.	4.	94.

Extructis verò paulò poſt Hoſpito & Cappellâ per eundem Comitem Edoardus I. petente Edmundo, donationem ratam habuit, eandemque fratribus prædictis & eorum in perpetuum ſucceſſoribus confirmabat; perque eadem tempora Guardianus vel Cuſtos, Sociique Mortonenſes, necnon Vicarius S. Petri in Oriente (qua vtique in parœcia ſtabat Hoſpitium, & Capella de quibus iam ſermo eſt,) indulſerunt prædictis fratribus, (loquor ex quodam Regiſto deplomatum ſeu chartarum,) habere liberum Oratorium ad opus ſuum, & Cantariam, & cæmiterium ad corpora fratrum ſui Ordinis ibi ſepelienda, quibus denique acceſſit ea omnia ab Epiſcopo Lincoldrienſi (diœceſano ſcilicet) probari, firmarique. Poſt hec verò de ampliandis finibus cogitantes, à Maiore, ciuibuſque Oxonienſibus fundum exiguum cum ædificiis in eo collocatis impetrabant hac conditione, vt 13. ſolidos & quatuor denarios iiſdem perſoluerent. Verum qùm anni aliquot decurriſſent, nec redditum penſitarent, exigente Prætore & Communitate coactus eſt Gulielmus de Paris Hoſpitii Miniſter, & Henricus de Ledes Miniſter Prouincialis, anno Edoardi II. 3. Dom. M.CCC.XIV. pactionem facere qua ſancitum ad ſucceſſores ſuos habuere, quod ſi deinceps ſummam illam, vel aliquam eius partem, poſt certum dierum aut hebdomadarum numerum præſtari non contingeret, in tenementa eorum quæcunque inuadere, eademque diſtringere Maiori ciuibuſque fas eſſet.

Sciendum eſt capellam quandam perantiquam, & SS. Trinitati dicatam tum intra portam Orientalem ex parte Aquilonari olim poſitam fuiſſe: V. hanc illi venerabundi ſuſpiciebant, eamque, propterea terris conterminis à Priore & Canonicis S. Frideſvvdiæ obtinere nitebantur; eodem commigrare, ſedemque veterem tanquam anguſtam nimis relinquere ſtatuentes. Quâ in re qùm fruſtra aliquantiſper ſategiſſent, voti demum compotes fiunt, impetrantque vt mox ante dicti officinam propterea propinquam, duaſque areas tenementorum vacuas iiſdem dimitterent, quod ab Edvvardo II. anno regni eius ſecundò confirmatum videtur, poſtquam ille inquiſitionem fieri curaſſet; vndè exploratum haberet vtrum damni ſibi quidquam accreſceret ſi conceſſionem illam Frideſvvidenſem approbaret? Paulo poſt, nimirum, quarto Edvvardi II. Domini autem M. CCC. XI. à Maiore & municipio Oxonienſi vacuas tres areas conſequuntur, iacentes ſub muris Oxonienſibus (vt in autographo eſt) quarum altera extendebat ſe in longitudine à poſtico proximo iuxta S. Mythgate (quod ſcilicet poſticum loco illi obiacebat,) in quo ſtat hodie aulæ ceruinæ Refectorium, vel potius aulæ nigræ nuper dirutæ, ex aduerſo erat poſitum, vſque ad aream Capellæ SS. Trinitatis iuxta portam Orientalem Oxon: ex parte Boreali eiuſdem Capellæ annexam, quam dicti fratres habuerunt de perpetuo dono Prioris, & Conuentus S. Frideſvvidę &c. Aliæ verò duæ plateæ iacebant coniunctim ex altera parte dictæ capellæ ex parte Auſtrali annexa vſque ad Turellum proximum finis Curię de Runcemball hait, cum eodem Turello, reddendo indé annuatim 13. ſolid. & 4. den.

His ità comparatis, geſtiebant fratres huc ſe continuò transferre; Sed cum id ſine Regia licentia facere nequirent, Edvvardus II. anno regni ſui ſexto, mandatum ad Vicecomitem tranſmiſit ſub hac forma: Præcipimus Tibi quod per Sacramentum proborum hominum &c. diligenter inquiras ſi ſit ad damnum vel præiudicium noſtrum aut aliorum ſeù nocumentum vil-

lę no-

læ noſtræ Oxon: ſi concedimus dilectis nobis in Chriſto, Miniſtro, & Fratribus Ordinis SS. Trinitatis extra portam Orientalem Oxon: villæ prædictæ commorantibus quod ipſi à loco prædicto ad capellam SS. Trinitatis infra portam prædictam, quam vnà cum quibuſdam plateis prædictæ villæ adiacentibus, nuper de noſtra licentia adquiſiuerunt, ſe transferre, & ibidem ædificare ac morari poſſint in perpetuum, &c.

An nunciatum fuerit ab Inquiſitoribus, an verò Rex migrandi licentiam fratribus conceſſerit, ignoro. Atqui compertum habeo Edoardum III. Richardi II. auum eandem ipſis indulſiſſe, cum venia ædificandi & ibidem degendi, dum tamen prædicti Miniſtri & fratres facerent quandam Cantariam in Capella prædicta (vt autographum habet) pro fundatoribus & alijs benefactoribus, &c.

VI. Magnum etiam ornamentum huic Ordini acceſſit iſtius anni menſe Iunio quo ſcilicet decretum eſt, quod anno præcedenti dixi procuratum à P. Ioanne de Boſco, vt Pariſienſis Academiæ Comitia in eorum cænobio habeantur.

Sed plurimo maius ex vno illius alumno Geraldo Hyberto Hiberno, qui
VII. Diuini cultus propagandi ſtudio Hieroſolymam profectus, ibi aliquam diu
Fig. 67 degit cum alio quodam populari ſuo nomine Morocho. Hic quaſi Confeſſoris lauream adepturus, corpus flagellis & inediâ coercebat: Alter Geraldus fidem Chriſti animosè propagans, ab infidelibus capite truncatus, Martyrij lauream accepit.

VIII. Dignum etiam videtur his inſerere memoriam Epiſcopi Conſtantienſis, de quo in Obituario Conuentus Perinenſis ita legitur: VII. Idus Auguſti; anno Domini 1291. obiit C quondam Epiſcopus Conſtantienſis, qui dedit nobis triginta libras ad emendos reditus. Notat tamen noſter *Arturus*, loco maiuſculi C apponendum eſſe G; tunc enim Gillanus ſiuè Gillius, qui eſt AEgidius, ſeù Euſtachius dictus, huic cathedrali Eccleſiæ præſidebat.

IX. Neque deeſt qui ad præſentem annum referat obitum Reuerendiſſimi
Altun. fol. 171. Guigin. fol. 129. Patris Ioannis Boleaud Miniſtri totius Ordinis; ſicut nec alius qui illi aſſignet eundem hunc annum ad electionem, non ad obitum; quaſi tunc cœperit officium Miniſtri Generalis adminiſtrare. Quidquid illud, Religio à morte eius remanſit trunca, acephala, & nullo capite præfecta. Cauſa mali tanti contagio morbi, qui tot prouincias tantâ mortalitate inuoluit, vt non potuerint PP. electores ad commitia conuenire. Vbi tamen Diuina pietas voluit malis finem dare, factum eſt etiam vt PP. vnum ſibi præfecerint, de quo ad proprium annum dicetur, nunc ſit nobis.

ANNVS

A N N V S

IESV CHRISTI D.N.	1292.	ANDRON. GRECOR.	19.
INTER PONTIFICI.	1.	RELIGION. SS. TRIN.	95.
RVDOL. ROM. REG.	1.	INDICT.	5.

B R E V I A R I V M.

1 *Equiuis abſcedit Rudolphus Rex Romanorum.*
2 *Item Romanus Pontifex, cuius laudes perſtringuntur.*
3 *PP. Sanctiſſima Trinitatis ſurgit cænobium Lugduni Batauorum.*
4 *Memoria Patris Fr. Ioannis Angli.*
5 *Item alterius Ioannis Maioris.*
6 *Decretum Capituli Generalis de celebrandis officio SS. Fundatoribus.*
7 *Copioſa redemptio captiuorum.*

ALijs annis notauimus Reges Orbi ereptos, iſto biennio amittimus I.
Pontificem, etiam Imperatorem. Nam proximè præcedenti homi- *Suffrid. & Cronolog.*
nem exuit Rudolphus Romanorum Rex, ipſa die annuatim recurrente qua *annexa*
in Regem electus, nempè prid. Id. Octobres. *Onuphr.*
Iſto autem viuis exceſſit Max. Pontif. Nicol. IV. idque quarto anno Pon- *item in Cron. &c.*
tificatus, ſeſqui menſes magis: magnâ Eccleſiæ iacturâ; vir ſummâ ſede II.
digniſſimus, qui heroicis factis, & in Orbem beneficijs aliorum longiſſimos *Villan. le. 7. c. 118*
Pontificatus æquauit. Terræ Sanctæ recuperationem egregiè iuuit; Chri- *VVadding. hic Tom.*
ſtianos Principes fœdere vinxit; Prouinciam Flaminiam in Eccleſiæ Roma-
næ ditionem iterum redegit: Tumultus vrbicos ſedauit; atque alia aliaque
præſtitit quæ ei nominis immortalitatem peperunt.

Rodulpho in Cæſarem ſuffectus eſt Adolphus Comes Naſſouiæ; Nico-
lao adhuc nullus, tàm difficile fuit parem ei inuenire.

In hiſtoria huius Ordinis illud eſt anno præſenti aſſignandum quod in ip-
ſo adquiſiuit monaſterium Lugduni Batauorum, vulgo Leiden. III.
Perdidit tamen inſigne ornamentum Ioannem, natione Anglum, Mini- *Fig. f. 127* IV.
ſtrum domus de Tellefourd, prouinciæ Angliæ Doctorem Oxonienſem, & *pag. 127.*
ſuæ patriæ Prouincialem: Vir fuit doctrinâ clarus, à ſacris confeſſionibus V.
Edvvardo I. Regi. Creditur ſcripſiſſe plura quorum ſyllabum refert Figueras, *Artur. à Monaſter. in Neuſt.*
Ego tacitus tranſeo quia non credo prodiiſſe in publicum. Author autem
vitâ defunctus, humo commiſſus eſt apud monaſterium S. Crucis Hvvſto- *Hebr. 9. v. 27.*
niæ, decimo milliari Londino.

Item alium Ioannem, Maiorem cognomento, primum cænobiarcham
Aſcetorii Perinenſis, cuius commemoratio ibidem in codice emortuali bis
refertur per annum, ſic; iij. Non Maii Fr. Ioannes Miniſter primus obiit
anno 1392. ſed eſt mendum, (vt notat noſter Arturus) ſcribendum enim
fuit; an. 1292. Item Cal. Decemb. Obitus Fr. Ioannis Maioris Miniſtri
primi ibidem, de Humetto Caſtro in Conſtantienſi Comitatu. In quo ite-
tum neceſſe eſt mendum irrepſiſſe, qùm non potuerit ille vtroque menſe
mori: *Statutum eſt omnibus hominibus ſemel mori.* *Heb. c. 31.*

Prodijt etiam iſto anno, ſecundùm quendam, Decretum Capituli Generalis VI.
PP. apud princeps cænobium Cerui-frigidi editum de celebratione feſto- *Ex ſummar. Canon. n. 6.*

Oo rum

ſtorum vtriuſque eorum patriarchæ, ſcilicet SS.Ioannis & Fælicis: Do verba ipſa Decreti. Duodecimo Calend. Ianuar. feſtum S. Ioannis exordinatione Capituli Generalis apud Ceruum frigidum. Item, feſtiuitas S.P. N. Fælicis, ſodalis S. Ioannis, primi Prioris domus Cerui frigidi iv. Cal. Octob.

VII. Pig.p.116. Denique eodem anno floruit Fr. Ioannes de Salis Miniſter Prouincialis Caſtellæ, qui propriâ induſtria, & ingenti charitate, vltra mille quingentos Chriſtianos Barbarorum vinculis & ſeruitute liberauit.

ANNVS.

IESV CHRISTI D. N.	1293.	ANDRON.GRAECOR	11.
INTER PONTIF.	2.	RELIG. SS. TRINIT.	96.
RODVLPH. ROM. REG.	2	INDICT.	7.

BREVIARIVM.

1 *Diſſenſus & mora Cardinalium in eligendo Pontifice.*
2 *Ordini Trinitario erigitur monaſterium Lucenſe in Galeciâ.*
3 *Item Farnenſe in Scotia*
4 *Henrici Gandauenſis ortus, ætas, obitus.*
5 *Induſtria.*
6 *Opera.*
7 *Pugna duorum Ordinum de eo.*
8 *Criſis authoris, neutri eum adiudicat.*
9 *Pergit probari.*
10 *Inclinat Author ad eum Trinitarijs permittendum.*
11 *Satisfacit argumentis PP. pOrdinis Seruorum.*

I. Villan.l.7. cap.10. Pontificij Electores diu multumque deliberantes Româ Peruſium abierunt, rati meliorem ibi futuram electionem, vbi mente & corpore ſaniores, pleniori libertate rem tractare poſſent, quàm in Vrbicis tumultibus Neque tamen per hanc quam ambierunt valetudinis augendæ commoditatē adhuc in Pontificis deſignationem conuenerunt, ſed ambitionis æſtu abrepti, maximo Chriſtianæ Reip. damno, Sedem vacare coegerunt. Aduenerat tum opportunè Peruſium *Carolus* Rex Siciliæ è Galliâ Narbonenſi; vbi menſes aliquot commoratus, nihil non egit vt patres aliquem ſibi præficerent, qui tamen ex tam ſancto conatu, nihil niſi conuitia retulit, *Benedicto* Caetano hanc vicem referente præ aliis.

II. Pig.fol.127. Iam accedendo Ordinis negotia, hoc anno fundatum eſt ei monaſterium Lucenſe (vulgò de Lugo) in Galæcia, cuius memoria potiſſimum debetur antiquis monumentis Archiuii Conuentus Burgenſis. Manſit ſartum tectumque vſque annum 1428. in quo deſijt, violentiâ hæreticorum, ruinâ ſui, an temporum calamitate, incertum.

III. Fundatum etiam eodem anno eſt aliud Farnenſe in Scotia eidem.

IV. Sed quod maximè annum hunc, & annales iſtos illuſtraret, eſt ingenium, ac induſtria, *Henrici* de *Gandauo*, Theologi ſuo tempore præſtantiſſimi. Is enim anno mihi interim decurrente exuuias corporis depoſuit, graui febre pulſa-

pulſatus quam decem diebus ſæuientem patienter ſuſtinuit; abſoluit autem ipſam ſimul & vitam ipſo die Apoſtolorum Petri & Pauli, ætatis ſuæ ſeptuageſimo ſexto. Vir extra omnem aleam multis nominibus magnus, ortus eſt Gandaui in Flandriâ, ex nobiliſſima Bonicollorum, olim Eutrachelorum, quos vulgò Goothalſios vocabant, familiâ. Quidam nuperus Henricum Mardanum nominat, & addit eum habuiſſe fratrem *Ioannem*, domeſticum ac familiarem *Philippo* Pulchro Regi Gallorum. Natales eius inciderunt in annum 1217. A teneris parentum diligentiâ, optimis moribus imbutus, & liberalibus diſciplinis, Grammaticâ, Rhetoricâ, Logicâ inſtructus, vbi ætatis maturitatem attigit, Coloniæ Vbiorum *Albertum* Magnum audiuit, quo doctore adeo profecit, vt æquales longè præcederet, magnâ omnium admiratione. Vndè annos natus 25. S. Theologiæ Doctor eſt renunciatus. Domum reuerſus Philoſophiam ac Theologiam publicè profeſſus eſt; deindè in gymnaſio Pariſienſi tunc florentiſſimo, clariſſimus euaſit, & in in Academiâ Sorbonicâ titulum *Doctoris ſolemnis* promeruit. *Iacob. Marchan. in deſcrip. Fland.*

Anno autem 1276. qùm ab Epiſcopo Pariſienſi, & Teologis illius façultatis permiſſum fuiſſet vt quiſque liberè diſputare poſset ſuper quibuſdam articulis contra doctrinam S. Thomæ Aquinatis congeſtis, Henricus præ aliis hanc in ſe prouinciam ſuſcepit. V.

Scripſit Henricus plurima ipſo, & publico vſu digna.

1 Summam Theologiæ, ſeù Quæſtion: Ordinariar: lib. 4. VI.
2. Super Sententias. lib. 4.
3 Super Metaphiſicam. lib. 14.
4 De Virginitate ſeruanda
5 Quodlibeta Theoliga, dicta aurea
6 De viris Illuſtriſtribus, ſiuè Scriptoribus Eccleſiæ poſt Sigibertum tum Gemblacenſem. lib. 1.
7 Vitam S. Euleutherii Tornacens; Epiſcopi
8 9 Alia quodlibeta de variis materiis ordine Alphabetico digeſta Louarii apud Martinianos M. SS. Sermones item M. SS. reperti ſunt anno 1606. in Bibliotecha Curiæ Epiſcopatus Chiemenſis.
10 Fertur etiam alia plura ſcripſiſſe: de Pænitentia. lib. 1.
11 In Phiſicam Ariſtotelis. lib. 8.
In alios etiam libros eiuſdem
12 Lecturas aliquot in ſacra Biblia.

Quæ Ego ex variis authoribus inde collegi; & credo ipſius authoris omnia eſſe: illud tantum admiror, quod in vi operis de viris illuſtribus ſcriptoribus Eccleſiæ, Henricus non meminit *Thomæ Aquinatis*; ſiuè enim fuerit eius tempore Sanctus, ſiuè non; certè fuit vir illuſtris & ſcriptor Eccleſiaſticus primæ notæ, neque potuit neſciri ab Henrico, qùm fuerit quodam modo condiſcipulus eius, auditor Alberti, & ipſius Thomæ publicus impugnator. VII.

Quidquid illud, Ego indicem compegi, vt ſacro Ordini Trinitatis cederent in ornamentum omnia, ſi quando probaretur Henricus fuiſſe illum professus, vt aſſerit non memor ex illo. At enim quia inſignis Ordo Seruorum VIII. *Fig. p. 30.*

-tum B. Mariæ eum ſibi aſſerit, & fidenter quidem, nolo litem vllius præiudicio terminare.

Id ſolum affirmo quod authores Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, dum referunt viros illuſtriores qui ex ipſo prodierunt, Henricum adhibent, nominatim *Figueras* in Chronico. Præterea Doctores Cathedratici dicti Ordinis, quando producunt hunc authorem & veteranum Doctorem, in Academiis & Clauſtris Hiſpaniæ, dicunt eum epitetho *ſuum*: ſic *noſter Henricus Gandauenſis*, idque ab immemorabili (vt aiunt)

Quibus non obſtantibus RR. PP. Ordinis Seruorum B. Marię reputant Henricum ſuum; proindeque citant & ſequntur eum in quâ ſcribo Italia, tam ſcriptis, quam editis Concluſionibus & publicè propugnatis. Vndè & Ego interim abſtineo ab eo aſſignando vlli Ordini præ alio; & relinquo quemque vnum in priſtinâ poſſeſſione: Si tamen aduertam quòd editio operum Henrici quæ Venetiis prodiit, aſſerit eum Ordinis Seruorum, quod tamen longè abeſt autogrâpho, & antiqua impreſſione, vt conſtabit Lectori, qùm ei libuerit conſulere, & euoluere vtramque, vt & materiam ſequentium numerorum expunctam: Itâ enim Iacobus Genuenſis Archiepiſcopus, Alexander de Villa &c. acutiſſimi ſcriptores.

Robertus Bellarminus: Henricus à Gandauo natione Belga Archidiaconus Tornacenſis, vir doctiſſimus, ſcripſit egregium opus Quodlibetorum; Item ſummam quæſtionum ordinariarium: Item, de Virginitate, & Pænitentiæ &c. obiit anno Domini 1293.

Prol. in lib. ſent. q. 3. Comparat. Ariſt. & Platon. lib. 1. Phiſicor. ca. 9 qu. 3.

Conradus Geſnerus: Henricus de Gandauo Archidiaconus Tornacenſis, natione Teutonicus, tantæ opinionis & authoritatis in gimnaſiis Pariſiorum extitit, vt Doctor ſolemnis per vniuerſum Chriſtianum Orbem vocatus ſit. De opuſculis eius reperi tantum ad præſens ſubiecta, &c.

Gualter: in Chronic: ſecul: 13. Henricus Gandauenſis in Belgio: & alii niſi erro, vt Michael de Palacio, Iacob: Mobronus, Colleg. Conimbrecen: & ſi qui ſint alii quos viderim, hi (inquam) omnes numerant Henricum inter Theologos; addunt ſubinde fuiſſe Socium Sorbonicum, Doctorem epitheto ſolemnem, Archidiaconum Tornacenſem, Trinitarium aut Seruitam, vel vllatenus Relligioſum fuiſſe, non addunt; qùm tamen exiſtis nomenclatoribus plures fuerint Religioſi, qui vtique ſuam Rempubl. libenter augerent tali nomine.

In tanta turbâ authorum, vnus eſt Antonius Poſſeuinus qui huius negotii aliquid attigit, ſed ferè in aduerſum; ſcribit enim Henricum fuiſſe talis Religionis; (ſi credimus hiſtorico Seruitarum) tanquam innueret ambigendum eſſe de fide eius, nec ſubito ei aſſentiendum. Quo loco aduerto Hieronimum Scarparium, dum deſcriberet ſententiam Poſſeuini, omiſiſſe patintheſin in qua ille ambigit, nec audet aſſerere quod Henricus fuerit Seruita.

Vltimo moneor, qui ſi ille quem loquimur, fuiſſet vllius Relligionis, vtique apud illam ſepeliretur, (vbi enim gratius, aut aptius domicilium acciperet exuuiis ſuis quàm penes illos quibus primitias ſuas, & ver vitæ, imò totam ipſam, à virili toga deinceps, aſſignauit?) Et tamen Henricus non eſt depoſitus apud Trinitarios, non apud Seruitas, ſed in maiori Eccleſia Tornaci Neruiorum. Et, quidquid dicamus, argumentum ſummè validum contra monachatum Henrici ſumitur ex ipſo. Enim verò ille Quodl. 7. qu.

24. agens

24. agens de quodam priuilegio conceſſo per Martin. Pp. IV. FF. Prædicatoribus & Franciſcanis ad confeſſiones audiendas, dicit: *Si priuilegium vnum tale quale eſt conceſſum fratribus, mihi eſſet conceſſum, non auderem eo vti &c.* Vbi quiſque videt Henricum ponere ſe ſeorſim à fratribus, adeoque non fuiſſe fratrem: Propter quæ Gianius Florentin. in Annal. Seruitar: Centur. 1. hæc habet: Sublatâ tandem Fr. Henrici memoriâ in dubium hoc noſtro æuo reuocaretur ſi D.M. Henricus Archidiaconus Tornacenſis fuit vnquam ex Ordine Seruorum.

Si quando autem alteri ex duobus Ordinibus adſcribendus eſſet iſte tantus vir, quoad ea quæ hactenus mihi innotuerunt, crederem eum potius ad PP. Trinitarios pertinere; quia homines ea Inſtituta plerumque ſuſcipiunt quæ coràm, in terris ſuis intuentur. At verò Inſtitutum PP. SS. Trinitatis de Redemptione multa habuit tunc monaſteria in Flandria ipſa, plura in reliquo Belgio, Hondiſcottanum, Niepenſe, III. Lap. à Balliolo Flandriæ oppido: Item Duacenſe in eadem Flandria; Denique Stegnenſe in eadem, vltra Atrebatenſe in Arteſia, Aureæ vallis in Brabantiâ, Baſtonenſe in Ducatu Luxemburgenſi &c. Ordo Seruorum in illis partibus aut nullum aut pauca cænobia numerat: Et tempore Henrici, hoc eſt anno quem comentamur, ægrè potuit ibi tot domibus ampliari, qùm iam tum fuerit recens, quippè ab Alexandr. Pp. primùm proprio diplomate confirmatus. Sedit autem Alexand. anno 1254. quo tempore Henricus erat 37. annorum, vt non videatur relictum ſpacium Ordinem illum tam procul, tot domibus propagandi.

Confirmo ſenſum meum, quia, (vt fatetur Archangelus Gianius, author Annalium Seruorum,) ipſorum Ordo in Belgium tranſiuit occaſione litterarum cuiuſdam Petri Cardinalis S. Georgii, quibus conceditur facultas PP. Seruitis abſoluendi ab excommunicatione quam contraxerunt adhærentes Frederico II. contra Sedem Apoſtolicam: at verò litteræ Petri datæ ſunt anno 1250. Et idem ille dicit Henricum receptum eſſe ad Ordinem anno 1256. Quis autem credat eum Ordinem primo ſexennio habuiſſe Conuentum compoſitum & aptum ad Nouitiatum Gandaui, qùm in multis Italiæ ipſis vrbibus necdum acceperit locum?

Iam verò ad motiua Seruorum, in primis dico longum abeſſe vt inuideam digniſſimo Ordini hoc ornamentum. Sufficit quod præferat nomen B. Virg. Mariæ vt ego optima quæque illi non concedam modò, ſed procurem. Quia tamen nunc milito Ordini Sanctiſsimæ Trinitatis, (quam ſibi præfetri Virgo Maria nunquam conquereretur) Reſpondeo omnibus ordinatim: primo quidem id creditum fuiſſe aliquam diu ſed nuper ceptum eredi, idque operâ PP. Seruitarum. In quo Ego etiam incepi ſolutionem cæterarum. Nam Tomi operum Henrici qui eum aſſerunt Seruitam, nuperi ſunt, & ipſorum induſtriâ cuſi. Antiquæ autem editiones nihil tale habent quod ſciam. Cauſa exempli: Cuſa ſunt aliqua Venetijs nupero anno 1613. apud Iacobum de Franciſcis, & dicunt eum Seruitam: at verò cuſa anno 1512. apud Iodocum Baſium, non vocant eum Seruitam. Cuſa Ferrariæ apud Succum, aſſerunt eum Seruitam, nempe anno 1643. cuſa apud dictum Bad. an. 1502. non æquè quo modò dixi.

ANNVS

A N N V S.

IESVS CHRISTI D. N.	1294.	M.ANDRON.GRAEC.	12.
CELESTINI Pp. V.	4.	RELIG. SS. TRINIT.	97.
ADOLF. REG. ROM.	3.	INDICT.	7.

B R E V I A R I V M

1 *Eligitur Pontifex Cæleſtin. V.*
2 *S. Domus Lauretana ex Dalmatia migrat in Picenum.*
3 *Memoria Fratris Petri Giſberti.*
4 *Legatum VVilelmi Molinarij in honorem fundatorum Ordini Trinitarij.*

I. ILluſtris eſt annus duobus euentibus vnius viri, tertio etiam cuiuſdam domicilii quod ſedem mutauit; vt etiam inſignis ille vir, Phænix Chriſtianorum, (etiam ſupra phænicem, quæ quoque ſæculo ſe oſtendit.)

Nec primum ſimilem viſus eſt, nec habere ſequentem,

Is eſt *Petrus de Murrhone* Eremita, qui inuitus ad Pontificatum euectus ſponſe illum depoſuit, & ęremum repetiuit, miraculorum gloria & nouę Religionis fætu illuſtris.

Cal. Seduſ: in Carm. Vita Celeſtin lib. 6. Matth. Vegg. in cod. Vatican.

II. In breuiculo Pontificis eius D. Deus voluit illuſtrare Italiam inſigni dono domus Lauretanæ, hoc eſt, eius in quà ipſe conceptus, mater eius eſt nata: Qùm enim illa ante biennium, manibus Angelorum ex Nazareth Galilææ in Dalmariam tranſportata eſſet, præſenti anno, (haud dubiè iiſdem portitoribus) inde migrauit in oppoſitam oram Italiæ, trans Adriaticum ſinum, agrumque Recinetenſem in Piceno.

Torcellin. in hiſt. Lauret. Reſt. &c.

III Eodem anno fatis conceſsit huius Ordinis Fr. Petrus Giſbert Valentinus, quintus Miniſter Prouincialis per Aragoniam, Cathaloniam, Maioricam, & Valentiam: Miniſter Domus S. Guliemi Valentiæ AEditanorum. Eccleſiam Monaſterii Valentini quadro lapide, & pulcherrimis fornicibus conſtructam abſoluit. Fuit S. Theologiæ Doctor, morum honeſtate inſignis. Prouinciam Aragonieam quadraginta annis laudabiliter adminiſtrauit; A Rege Petro Aragonum in Conſiliarium & maiorem Sacellanum electus. Denique in prædicto monaſterio Valentino ſepulchrum ſibi elegit & accepit.

Fig. p. 139.

IV. Eodem ipſo anno factum eſt legatum in honorem SS. huius Ordinis Patriarcharum *Ioannis & Felicis* à quodam *VVilhelmo F. Petri Molinarij* hoc *tenore*.

Summar. Canoniſ. SS. Io. & Fel.

Sub Chriſti nomine, & eius gratia: Ego Guillermus filius Petri Molinarij dono, & offero Deo, & Sanctis eius Ioanni & Felici quorum corpora multis præteritis annis in gloria quieſcunt, & monaſterio S. Trinitatis Melderſi vnam Abdaam & villulam nomine S. Maria in Epiſcopatu Pertuſenſi, tali modo vt in vno quoque anno in diebus dictorum Sanctorum Ioannis Mathenſis & Felicis Confeſſorum decantetis pro anima mea & parentibus meis amiuerſarium in vnoquoque anno &c. Facta charta Calendis Auguſti apud Ilerdam anno Incarnationis 1294. Ego Gulielmus filius Petri Molinarij, &c.

AN-

ANNVS.

IESV CHRISTI D.N. 1295.		ANDRONICI GRAEC.	13.
BONIFACI Pp. VIII.	1.	RELIG. SS. TRINIT.	98.
ADOLPHI ROM. REG. 4.		INDICTIO	8.

BREVIARIVM.

1 *Celeſtinus Pontifex abdicat ſe Papatu.*
2 *Subſtituitur ei Bonifacius VIII.*
3 *Laus & dignitas F. Roberti Herberti Hyberni, Ordin SS. Trinit.*
4 *Memoria Fr. Michaelis Rebolo, magis autem D. AEgidij Rebolo nepotis, qui apud Trinit. ſepultus.*

QVantus ambitus humilitatis? Cæleſtis ille Pontifex *Celeſtinus*, in Pontificatu vnum tantum Decretale edidit, quo definiuit licere Romano Pontifici renunciare Papatui; Quod qùm ipſe feciſſet publico Inſtrumento, menſe Pontificij quinto, addito octiduo, reclamante *Carolo* Rege & vniuerſo populo, depoſitis ornamentis Pontificiis, ad Cardinalium pedes conſedit. I. *Ciacon. in Celeſt. V. &c.*

Subſtitutus eſt ei *Benedictus* Cardinalis Caetanus, qui quàm maximè priorem accendit ad cedendum dignitati, quam ipſe calidiſſimè procabatur. Noluit nominis benedictionem, ſed aſſumpſit aliud Bonifacij, quòd quàm verè ſuſtinuerit, referunt authores vitæ illius, & nos fortaſſis obiter perſtringemus. II. *Fig. p. 140.*

Eodem anno decurrente animam afflauit Fr. Rogerius à Kenesburgio, vir vndequaque doctiſſimus, & re apſe gradu Doctoratus inſignis apud Oxonienſes ſuos; ſcripſit plurima quorum indicem non texo, qùm nullum eorum videatur typis vulgatum.

Eádemque tempeſtate in ipſo Ordine floruit quidam noſtras, hoc eſt Hybernus nomine *Robertus Herbertus*, Conuentus Corgagienſis vt dicitur, item S. Theologiæ Doctor, & quidem Oxonienſis, egregius Eccleſiaſtes, ſi quis ſuo tempore, tantâque facundæ famâ vt dicatur hoc anno à Bonifacio Pontifice in Quat. Tempor. Aduert. Romæ creatus Diaconus Cardinalis S. Mariæ in Coſmedin. Sit fides penes authores, qui etiam referunt eum plura ingenij ſui monumenta poſteris reliquiſſe, quamuis non credam ea typis vulgata; Theologica, Biblica, Concionatoria. Deſijt viuere anno 1299. Calend. Octob. & ſepulchrum accepit Romæ apud S. Thomam de Formis. III. *ann. 1275.* *Hagiolog. Luſitan.*

Supra in loco dixi de P. Michaele Rebolo huius Ordinis Religioſo, Luſitano, Vliſſiponenſi. Hic addo eum fuiſſe patruum *AEgidij* Rebolo eiuſdem Vrbis, ac proindè etiam fratris eius *Vaſco* Martinez Rebolo illiuſdem Ciuitatis Decani Tribunitii, quod plebis munus non niſi nobilibus ſolitum erat concedi. Omnes autem tres fuerunt ſanguinis communione innexi Ioanni XXI. Pontifici, qui & ipſe fuit Luſitanus. Iſte autem AEgidius qùm annos vitæ expleſſet eo quem decurrimus 1295. voluit ſepeliri penes patruum ſuum in cænobio SS. Trinitatis, quod tum primùm incepit fabre fieri, & ipſe multis redditibus ditauit, vt conſtat ex teſtamento eius quod in Archiuiis M.S. ſeruatur. Domeſtici autem pro ſua gratitudine in benefactorem, ſepulchrum ei dederunt in media naui Eccleſiæ, ſupra partem Sacrarii adiecto epitaphio quod eius condionem explicabat. IV.

ANNVS

IESV CHRISTI D. N.	1296.	ANDRON. GRECOR.	14.
BONIFACI. Pp. VIII.	2.	RELIG. SS. TRINIT.	99.
ADOLPH. REG. ROM.	5.	INDICT.	9.

BREVIARIVM.

1 *Boniſac. Pontifex acta præde-*
2 *ceſſorum ſuorum irritat.*
Mala omina Pontificatus illius.
3 *Sacro Ordini SS. Trinitatis ſurgunt plura monaſteria.*
4 *Digna memoria P. Richardi VVyr.*

I. AVſpicia Pontificatus *Boniſacij*, ipſe in primis odioſa reddidit, omena etiam infauſta: Nam ſtatim à ſui electione, vix triduo interpoſito (nempe vi. Calend Ianuarii, qùm fuiſſet ix. Calen. electus) acta *Nicolai* IV. & *Celeſtini* V. Pontificis, nondum exequtioni mandata reſcidit, & dona ab eis conceſſa, gratias & diſpenſationes indultas ab illis, ſimiliter reuocauit.

II. Addidi ominis infelicitatem, quia incedente eo ad coronationem Pontificalibus induto, ſuperuenerunt denſiſſimæ tenebræ, ortaque vehemens tempeſtas lampades & cereos omnes Eccleſię extinxit. Quimque egrederetur templo, ortâ comotione in plebe, cæſi ſunt homines amplius quadraginta.

III. Cæterum parum occurrit ex propriis hoc anno addendum; Inuenio tamen in ipſo Delphis in Holandia apud Batauos ſtructum eſſe huic ſacro Ordini cænobium. Item aliud Dundalci, (vulgo Stradbalie Laoiſe) Diæceſis Ardmachanæ in Hybernia noſtrâ, & Comitatu de Luth. Denique aliud tertium Elgini in Scotia dictum Morauienſe.

IV. Eodemque decurrente Rychardus VVyrom Scotus, Connentus de Cremach, Doctor Theologns Oxonienſis, Miniſter Prouincialis patriæ, à Bonifacio VIII. an. 2. ſui Pontificarus, inauguratus eſt Epiſcopus Sidonienſis in Phænicia. Obiit an. 1304 xii. Calend. April: Terræ traditus in clauſtro Regalis Conuentus Sanctiſſimæ Trinitatis Aberdonenſis.

AN-

A N N V S

IESV CHRISTI D. N.	1297.	ANDRON. GRAEC.	15.
BONIF. Pp. VIII.	3.	RELIG. SS. TRINIT.	100.
ADOLPH. ROM. REG.	6.	INDICT.	10.

B R E V I A R I V M.

1 *DVo heroica exempla humilitatis, totidem Procerum in Italiâ.*

2 *Cænobia aliquot Ordini Trinitario, plura in eadem prouincia erecta.*

1. in Dumenſe.

2. Benifienſe.

3. Quinsferrienſe.

SVnt autem duorum procerum exempla qui blandientem Mundi faſtum pulchrâ calce repulerunt Religioſam humilitatemamplexi. Nam tunc temporis Guido, Montis Felſij & Vrbi Comes, tota Italia notiſſimus ob potentiam ac peritiam rei militaris, & infeſtum animum in Pontifices Romanos; habitum S. Relligionis ſuſcepit; quem aut cuius, ambigo, nec inuitus. Lis enim verſatur inter duas mihi commendatas; vnam, quam honoris cauſa præmitto) SS. Trinitatis, aliam quæ nomine, etſi non numero Minor eſt Seraphica S. P. mei *Franciſci*. Enim verò duo ſumme celebres Eccleſiaſticæ hiſtoriæ poſt Baronium productores, *Henricus Spondanus*, & *Abrahamus* Bzouius Guidonem duabus illis aſſignant; quod nonnemo mirabitur, qùm neceſſe ſit alterum eorum erraſſe; niſi fortè Guido ex vna in alteram, quippe ſeueriorem migrauerit, quomodo olim S. *Andreas* relicta Baptiſtę ſchola ad illam Chriſti tranſiuit. Equidem non adeo contendam cum amicis de vna etſi diuite, præda; ſit ipſorum; nec enim nos egemus Comitibus, qui principibus abundamus, adhuc etiam Regibus: qua in claſſe iure numerabo ſecundum, quem ſupra ſpopondi, *Ludouicum* Caroli Regis F. cui, quippe legitimo hæredi, Siciliæ regnum debebatur. Is enim florente iuuenta, blandiente Imperio, admirante Orbe & vix concedente, ſuſcepit Inſtitutum noſtrum S. *Franciſci* Aſſiſiatis, atque eius rigoribus ſe mancipauit, anno mihi decurrente.

.1 Rul. 9. Jb.

Superſunt cænobia aliquot S. Ordini et quidem in eadem prouincia erecta; Nam eo labente in regno Scotiæ ſurrexit ei cænobium Dumeni, niſi rectius dixerim Dumminoni. Aliud item Benifiei, quod eſt prouinciæ Buchaniæ caput: Et denique tertium ibidem Quiens ferrie; Tractus eſt actuarii è Laudonia in Fiſom.

Fig p81. & .142

BARO AVTHOR LECTORI.

ATque hæc hactenus Ego, promptus magis quàm paratus, ſuper hac ſacra Republica deſcripſi, non ſimilia veris, ſed ipſa. Neque enim Iuppiter Ego, qui Palladē *hanc proprio cerebro parturiui. Sed nec.*

Horat. epiſt. 19. Libera per vacuum pono veſtigia campum,
Quin aliena meo preſſi pede.

Profero Lectori quæ apud authores probatæ fidei deprehendi. Non hiſtoriam ſcribo, ſed Annales; illa enim, qùm veniat ἀπὸ τοῦ ἱστορεῖν *eſt eorum quibus author interfuit, ſi preſsè loquamur; iſti autem poſſunt in confertiſſimos annos extendi, etiam ſecula, quæ nemo author numerauit. Totum proindè dico, vt ſi quando errauerim, probatio ad alios pertineat. Ego certè pluribus hic abſtinui recenſendis, ne quando in lubrico impingerem: Sacri Ordinis authores aliquot, authorum opera, dignitates Patrum prætermiſi, ne aſſertio falſi fidem mihi detraheret in veris. Notum illud* Iani ex Helicarnaſſo, *hiſtoriam non permittere quidquam falſi ſibi inſeri, magis quam (Medici dicunt) tracheam, ſiuè aſperam arteriam abſorptum in ſe quidquam recipere.*

Quod autem extraneus aliena deſcribo, facit fortaſſe ſiuè zelus meus, ſiuè aliorum modeſtia qui malunt ab externo laudari; ſiuè, vt plenius dicam, vtrumque. Fateor enim ingenuè me auidè arripuiſſe hanc prouinciam, celebrandi ſanctiſſimum Ordinem, quem mihi video toties cælo authore commendatum. Quid altius Diuina Trinitate? Quid charius nobis Deo Redemptore? & tamen vtrique hic occurrimus, omnibus famulamur.

Id ſolum obſtare potuit delectui de me facto, quòd peregrinus aliena tracto, adeoque ineptus. Sed qui cauillum hunc mihi traducendo obtrudit, dum hiſtoriam carpit, videtur hiſtoriarum ignarus. Abbas Veſpergenſis *an non monachus, atque ità ſolitudinem profeſſus? & tamen profana aliqua ſcripſit, imò omnia ab Orbe condito per duodecim ſecula vſque Fredericum II.* Helinandus *monachus, adhuc iterum eadem;* Rupertus *verò etiam Saracena. Si vicinia authoris ad obiectum requiratur, concedo illam conducere, ſed nego ſufficere aut neceſſarium eſſe veritati.* Ioſephus *Iudæus quoties errauit in referendis actibus ſuorum, quorum tamen aliquos Ethnici,* Cornelius Tacitus, Diodorus Siculus, Apion *Alexandrinus accuratè enarrarunt? Et, ne extra circum ferar, fruſtra vagabundus, huiuſmet Inſtituti SS. Trinitatis Redemptorum auſpicia & progreſſus deſcripſerunt ante me* AEgidius Gonzales *Auila, Catholicæ Maieſtatis hiſtoricus* Franciſcus Macedo *noſter, ſiuè Minorita,* Alphonſus de Andrada *Soc. Ieſu, &c.*

EIVS-

EIVSDEM

BARONIS AVTHORIS

APOSTROPHE

AD SS. PATRIARCHAS

IOANNEM, & FOELICEM

IDem Ego,(Spiritus Beati,)hunc qualemqualẽ ſtili mei ductum in veſtrum obſequium, aliorum exemplum vobis volo conſecratum. Accipite opus in peculium, authorem in mancipium ambo. Hac ſiquidem vice & occaſione poſſibile fuit mihi duobus dominis ſeruire, vt neque vnum oderim, tametſi alterum amem; nec vnum ſuſtinendo, alterum contemnam. Pronum uobis fuit nanciſci rerum veſtrarum magis ſcientem ſcribam, non item magis amantem: neque aliis deinceps laborandum æque erit ad cætera proſequenda. Ego hic interim primum Tomorum, centuriam annorum abſolui, quaſi quandam *viam viri in adoleſcentia*, id eſt orientis Ordinis auſpicium; cętera qui ſequetur, leuiori opera abſoluet, *Prou.30. v. 19.* qùm iam viderit, etiam inuenerit, per me perrumptum aditum ad antiquitatem. Igitur hanc hecatomben Vobis refero, veſtro iure, mea induſtria congeſtam, haud dubie etiam adſpirante aura veſtri patrocinii, Diui patriarchæ. Quidni enim id inquiam Ego, qui quinquemeſtri, nec pleno, centum annorum ſeriem explicaui, cęteroqui deſperandam, qùm etiam tranſmiſſa mihi monumenta, tam impreſſa quam MSS. exegerint tot idiomatum intellectum, & interpretationem ſermonum, Gallici, Hiſpani, Luſitani, ne addam Italum qui hic eſt vernaculus, & Ego tamen omnes debui penetrare vt mihi Latinam hiſtoriam integrarent. Illud idem Ego aliunde colligere auſim ſine ſoleciſmo augurii: Enim verò hoc eodem anno quo ſcribo *funes ceciderunt mihi in præclaris*; In codicillis Sanctorum quos Calendis anni aſſumimus, non arte, ſed ſorte, mihi *Pſal.15. v. 6.* obtigit S. Agnes V. & M. quam tota Religio veſtra meritò aſſumpſit aduocatam, qùm in eius iterato feſto illa fuerit Pontificio oraculo confirmata. Ecce ergo *atrium Tabernaculi*, id eſt auſpicium huius Eccleſiæ & Ordinis, *centum cubitos occupare*. Videtis primum *Exod.27. v.18.* volumen ex veſtris centum annos complecti. *Augeat Dominus populum ſuum centuplum quàm ſunt*. Vos ſcribam ſeruate vt ille vobis ſeruiat. Sentiat ille precum veſtrarum emphaſin contra naturæ de- *1. Paralip. 21. v. 13* linquium ſenex, in hoſtium incurſus, aduerſus fortunam. Amen.

REGESTVM ANNALIVM ORDINIS SS. TRINITATIS

REDEMPTIONIS CPTIVORVM

QVINQVE-PARTITVM.

PARS I. Exhibet Miracula partim ſinchrona, partim poſthuma SS. Patriarcharum Ioannis, & Fœlicis.

II. Epiſtolas Sanct. & Regum, &c. in fauorem Ordinis, & Fundatorum eius.

III. Hymnos, & encomia metrica SS. Patriarcharum Ioannis, & Fœlicis.

IV. Appendices, & Notas in Vniuerſam Hiſtoriam.

EODEM AVCTORE

RA

B. BARONE

PRO-

PROLOGVS OMNIVM.

NIbil idem ſimul factum, & perfectum eſt. Vt deficere ad ſolas creaturas ſpectat, ità proficere ad omnes. Quidquid ad apicem aſpirauit, debuit luctari cum auſpicijs ſuis, & prouectione. Neque verò id oritur ex opificio dumtaxat, quin etiam ab opifice; nam neque hic poteſt erogare pluſquam habet, aut aliter quàm accepit, hoc eſt, ſucceſſim, & moroſè. Et, ſi poſſet aliud aliquando præſtare, tamen non eſſet ei ſuadendum, ſed oppoſitum, vt dum fabricam operis extendit, ipſe interim diſcat ſe doctore.

Quam methodum moliendi opera pulchro ſtratagemmate homini Deus inſinuauit in ipſo diluculo Mundi, & auſpicio operum ſuorum; Nam qùm ille omnia raptim expedire poſſet, & in ipſo principio finem facere, tamen machinam hanc corporum, id eſt vniuerſum Mundum ſex diebus, & totidem noctibus produxit; nobis inſinuans vt etiam, quæ inter agendum coniungere poſſumus, velimus diſparare, vnum alteri ſubdere, tertium vtrique.

Id ego iſto opere ſequtus ſum, tametſi neceſſitate magis quàm arbitrio; nam qùm primum volumen horum Annalium deſcripſiſſem, reliqui (quod aiunt) locum placentæ, & aliquid Lectoribus expectandum, quod in hoc Regeſto, & Indicibus ſtatui illis propinare. Sit ergo.

PARS PRIMA.

Miracula partim ſinchrona partim poſthuma, SS. Patriarcharũ IOANNIS, & FOELICIS.

ORdiar à portentis, quæ ſolius Dei ſunt, tanquam peculium, & character illius. Vt autem pretioſa quæque ſenſim colliguntur, ità hæc diuinæ virtutis praxes non eſt mirandum ſi per interualla legantur. Non enim illa pluit Deus, ſed ſtillat, nec luxuit indulget ſed neceſſitati: & quidem Ego ipſi Tomo inſerui quæ illa centuria contingerunt: quæ autem deindè, volui potius alieno tempore referre quam nullo: dabo ergo hic quæ ſinguli duorum à morte, ideſt Cælo recepti præſtiterunt clientibus beneficia, tum autem quæ vterque.

I.

Circumferuntur in Gallia Codicilli quidam teſtantes horum Patriarcharum ſanctitatem, & fidelium affectum in ipſos. Horum vnum accepit fęmina quædam quæ Aqui-Sextiis ardenti febre laborabat, a marito eiuſdem allatum, qui etiam ſimili ardore torquebatur. Fęmina fide animoſa, accepto Codicillo, & inuocatis Sanctis excuſſit ęgritudinem, ſanitati reſtituta: Illa autem Viri, qui ſimilem ſpiritum, & ſpem non oſtendit, adhæſit ei continuò, vſque dum agnita culpa, & poſtulata chartula, dum eam par pietate exciperet, ipſe etiam morbum dimiſit.

II.

Duo huius Ordinis Religioſi, frater Lucas à Sancto Ioanne, iam tum Diaconus, & frater Thomas à Sancto Laurentio Conuerſus, acceſſerunt oppidum Diœceſis Dignenſis, in quo plurimi calidis febribus ardebant. Horum aliqui acceperunt dictos SS. Ioannis, & Fœlicis codicillos magno ſenſu pietatis, implorantes illorum interuentum apud SS. Trinitatem. Res ſtupenda: in tanto numero laborantium, illi eis pauculos dies ſæuientem morbum euaſerunt; cæteri omnes eidem adhuc obnoxii, ſympthomatis eius torquebantur. Vndè factum eſt, vt cum ijdem Religioſi dictum oppidum repetiſſent, afflictim orarentur ab infirmis illis vt ſibi Codicillos ſuos communicarent.

III.

Idem ille Fratet Thomas à S. Laurentio, qui cum ſanctitatis opinione ex hac vita deceſſit, dum quæſtorem ſtipis ageret in Diœceſi Embrodunenſi, correptus eſt fluxu ſanguinis, ob adiunctam febrem ſæuiente, atque ità interim moleſtâ, vt non potuerit quęſtum proſequi. Qumque aliquandiu eum debita patientia pertuliſſet, ad Socium verſus; Frater (ait) nos paſſim hortamur ſæculi infirmos commendent ſe precibus, ac præſidio noſtrorum Patriarcharum, atque ad circumferendum codicillum eorum. Ipſi autem potiori

tiori iure debemus omne id efficere, & expectare eorum gratiam, qum ſint nobis parentes. Quo dicto ipſe inſigni motu pietatis vnum accepit, nec nequidquam; ſtatim enim ſenſit ſtagnantem ſanguinem, & febrim fugitiuam.

Autographum horum apud me ſubdit iſta: *Opus foret ingenti volumine ad referendas omnes curationes infirmitatum quas D. Deus eorum precibus præſtitit ijs, qui dictum eorum codicillum baiulantes, ipſorum opem implorarunt.*

MIRACVLA S. IOANNIS

I.

DVm Martha S. Ioannis parens, in eius nixu eſſet, pater eiuſdem Euphemius in Eccleſia audiebat veſpertinum Officium, (erat enim pridie S. Ioannis Baptiſtæ), atque eius puerperium interim Cælo commendabat. Cumque chorus cantaret verſiculum illum: *Redemptionem miſit populo ſuo*, *pſal. 110. v. 9* intrauit Eccleſiam quidam Euſemi famulus, qui & retulit ei natam eſſe illi prolem maſculam: & abſolutis Veſperis Primicerius omnium aggratulatus eſt ei illam fœlicitatem alio lemate ex Euangelijs deſumpto: *Ioannes vocabitur nomen eius.* *Luc. 1. v. 60*

II.

Cum Romam veniſſet B. Pater Anglicus redux à redemptione Affricæ, interrogauit eum S. Ioannes de conditione captiuorum ibi. Qùmque ille retuliſſet plures ex infantibus Baptiſmo imbutis a Mauris in perfidia ſua educari; Hic protinus correptus eſt deliquio, ex compaſſione orto. Qumque ad Crucifixi iconem oraret, extra ſe raptus vidit in ſpiritu vim magnam ſanguinis ex eadem icone fluxiſſe, qui ad modum imbris ſparſim in infantes tam maſculos quam fœminas incidebat. Ipſe autem demiſſis oculis in pauimentum, ac dolens ſanguinem illum contemptim effuſum, notauit nullam eius guttam perijſſe. Propter quod ſupplex Deo factus orauit oſtenti huius ſcopum, ac ſignificatum ſibi exponi. Exorauit etiam, & intellexit ſanguinem illum tam copioſè effuſum fuiſſe pretium redemptionis illorum Infantum, pro quibus ipſe tam afflictim lugebat; quod autem totus ille in pueros inciderit, neque quicquam eius in terram abiectum, id ſignificaſſe, quod nemo illorum perierit, quoniam altiſſimus Deus, ipſius precibus motus, omnes ſingulosqne ad ſe tranſtulit, ne periculum ſubirent a fide deficiendi.

III. & IV.

Sunt prophetię eiuſdem. Iam dixi in loco de vaticinio eius facto Alfonſo Regi ſuper victoria Maurorum. S. Dominico prædixit inſtitutionem, & confirmationem ſui Ordinis; quodque in filijs vnum habiturus eſſet, qui Eccleſiam quaquà verſum illuminaret: fuit autem S. Thomas Aquinas.

In Xe-

In *Xenodochio* Romano de Formis intellexit diuinitus cuiuſdam ægri peccatum ab ipſo in confeſſione tacitum.

V. & VI.

In Vrbe Roma ſepulchri alicuius ruina cuidam crura comminuit, quæ ille protinus integrauit.

Apud Pieram eripuit Religioſum quendam pro fundo vnius fluuij.

VII.

Duo quæ ſequuntur, quia proximè nos accedunt, quippè biennio tantum anteriora, ad præueniendos dolos, & ſuffocandam omnem ſuſpicionem, auctoritate D. Antonii Ferdinandes a Campo Epiſcopi .... inſtante P. Ferdinando de Burgo Trinitario, & Miniſtro Burgenſi, ſubiecta ſunt iudicum examini, ac teſtium depoſitioni; qui omnes nemine refragante conſtanter aſſeruerunt ea eueniſſe, vt hic refero.

Igitur xj. Kal. Octobris anni 1681. in Vrbe Onieta, & Xenodochium peſtilentibus curandis deſtinatum familia regularis Cænobij Sanctiſſimæ Trinitatis pro redimendis Captiuis ordinata acie inceſſit, vna cum Societate Seruorum ſuauiſſimi nominis Mariæ, quæ cæteris præiuit in iuuandis miſeris illius Xenodochii) deferendo Immaginem S. Ioannis à Mata Fundatoris eiuſdem, in publica ſupplicatione. Ioannes Antonius Heredia Chirurgus in Vrbe Ouetenſi ad curam eorum qui peſtis contagione laborarent in Xenodochio S. Iacobi, ſub iuramenti religione affirmauit quod tum viderit omnes tam ex diuerſorum Ordinum Religionibus, quam ex Clero, omnes inquam obduxiſſe ſibi ſcapulare Sanctiſſimæ Trinitatis magno pietatis affectu, & repetito ſæpius dulciſſimo nomine Mariæ, quo ità inducerent S. Ioannem ad ſubueniendum ſuæ ſacræ Relligioni, cuius habitum, e Cælo tranſmiſſum ipſe accepit, vt proindè Diuina Maieſtas illis præſidio eſſet aduerſus peſtilentiæ contagionem, qua dicta Ciuitas laborabat. Iſte inquam iuridice interrogatus, ſanctè affirmauit quod qùm ad Xenodochium appuliſſet ſimulacrum illud Sancti, omnes ægri ipſius opem implorarunt. Quod qum innotuiſſet cuidam Religioſo nomine F. Saluatori Albarado, qui ibi decumbebat exhorrendo apoſtemate quod ipſum morti addicebat, & adhuc delirio dementabat: ipſe quomodo potuit, petijt adferri ſibi manum S. Patriarchæ & acceptam arctè ſibi applicuit, interim magnà emphaſi orans S. Patrem ſuum, vellet mediator eſſe apud Deum, vt eum tam præſenti periculo eximeret; quo ille opere defunctus, ſubito ſe vidit maligna illa febre immunem, apoſtemate ſolutum, & denique omnis moleſtiæ expertem.

VIII.

Ibidem P. Fr. Ioannes Gonſalez eiuſdem Ordinis SS. Trinitatis qui in eodem Xenodochio afflatis peſte miniſtrabat, ipſe etiam eadem correptus in phreneſim incidit, frequenti vomitu eructabat interna, idque omne ex peſtilenti apoſtemate ſub ſiniſtrum brachium, vnde mortem timere debuit, & pauciſſimas horas vitæ expectare. Huic cum attuliſſent manum S. Ioannis

à Mata

a Matha, obrepſit breuiculus ſomnus, quo ſolutus deprehendit ſe ſanum, quippè cui apoſtema interim crepuit, febris vale dixit, tam ſolidè, & ſerio, vt idem ille protinus accinxerit ſe adminiſtrandum alijs infirmis.

MIRACVLA S. FOELICIS

EX his tria nobis ſuppeditabit hymnus infra Part. 4. producendus, ipſa vetuſtate commendatus.

I.

Qum adhuc Sanctus Infans vbera matris ſugeret, vi lachrimarum abſtulit crumenam eleemoſinario patrui ſui Theobaldi, vt pauperibus ſubueniret.

II.

Qùm fames horrendè graſſaretur, ipſe paruulus Hugo benedixit patris ſui granariis, & protinus ceſſauit egeſtas.

III.

Sæuiente bello, & incertâ alea eius, ille Patri ſuo à Deo victoriam precibus impetrauit.

IV.

Dum D. Bernardus ſuper eum adhuc Hugonem, & ephæbum Euangelia legeret, ipſe interim animo voluebat ſolum illud Iſaiæ, *Spiritus Domini ſuper me, eo quod vnxerit Dominus me: ad annunciandum manſuetis miſit me, vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam.*

V.

Dum adhuc eremita in deſerto degeret, acceſſit eum quidam ducens filium oculis captum vt eum ſanctus illuminaret; ſed enim ille maiori damno in aquas lapſus eſt, & per eas extinctus. Adfuit ſanctus, & parentis precibus motus reddidit ei vitam. Quo pręſtito qùm ad ſua rediret, parens adoleſcentis obſeruans eum, tametſi rediuiuum, adhuc cæcum perſtitiſſe, altè clamauit; quo ſtrepitu admonitus vir ſanctus ad eos rediit, & intellecta miſeria iuuenis, ipſi viſum, patri gaudium reparauit. Hocque vtrumque portentum patrauit ille apud Brodeliam, priuſquam ſe ei adiungeret Sanctus Ioannes.

VI.

Apud Ceruum--frigidum, dum aliquando orationi vacaret, ſibi ereptus & in extaſim raptus vidit turmam auium, natura, & coloribus diſtinctam per portam Conuentus ingredi, quæ deinde Eccleſiam intrantes in Columbas albas vertebantur, & Cælo aduolabant Miſcuit ſe illis Coruus quiſpiam, qui non modò non euaſit Columba, ſed & exiuit per portam qua intrauit, ſibi idem, ſcilicet Coruus. Petiit ille à Deo huius oſtenſi intellectum; & audiuit è Cælo: Cras illud intelliges. Verò verius illud, posterà enim die petii ab eo quiſpiam ſui Ordinis veſtem, qui tamen ad ſæculum rediuit. Varietatem auium didicit ſignificare multitudinem gentium quæ in ſuum Ordinem coaptarentur; id enim innuebat metamorphoſis illa Auium in Columbas transeuntium, ex quarum numero non fuit ille qui ſæculum repetiuit, ſed conſtanter Ceruus.

VII.

Quam ille caritate Dei æſtuaret illud argumento eſt, quod cum aliquando apud Ceruum--frigidum ſub dio oraret, brumalis aura tam horrendum ninxit, vt eius iam tum promiſſa barba floccis niuis denſè incidentibus in criſtallum verterentur. Et tamen tantus fuit ardor diuinæ dilectionis in eo, vt ſibi redditus nihil ſe interim friguiſſe ſentiret.

Die viij. Februarij.

OFFICIVM PROPRIVM
IN FESTO PATRIS NOSTRI
S. IOANNIS DE MATHA
CONFESSORIS

Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum Fundatoris.

Approbatum à Sac. Rituum Congregatione;

Ac in toto eodem Ordine recitandum.

AD VESPERAS.

Antiphona.

Dominus de Cælo &c. *cum Reliquis de laudibus.*

Pſalm de comm. Confeſſ. non Pontific.

Capitulum. *Iſaia 61.*

SPiritus Domini ſuper me, ad annuntiandum manſuetis miſit me vt mederer contritis corde, & prædicarem captiuis indulgentiam, & clauſis apertionem.

℞. Deo gratias. *Hymnus.*

TE Redẽptoris celebri Ioannes,
Nomine æternum quoque dicet ætas.
Dum catenarum miſerè grauatds
Pondere ſoluis,
Laudat hoc ipſum Deus, atque apertis.
Firmat oſtentis: operanti ad Aras,
Angelus ſeſe tribuit videndum
Miſſus ab axe.
Membra cui veſtis niuibus tegebat
Purior; Crux cæruleo, rubroque
Mixta de collo fluitans, honeſtum
Pectus obibat.
Rurſus apparet bicolore Ceruus
Nobilis noſtræ labaro ſalutis:
Rurſus, & Cælum monet obſequentem
Condere prolem.
Condit, & magni ſocius laboris
Additur Felix, Triadique ſummæ
Ordinem ſacrat, triplicique ſigno
Ornat Alumnos.
Africæ Regum pretio furorem
Frangit oblato, reuocans ab Orci
Faucibus multos, patriaſque abactos
Reddit ad oras.
Te Deus ſimplex, pariterque Trine
Vincula vt ſoluas animi, rogamus
Liberam forma tibi ſeruitutem
Chriſte Redempto. Amen.

℣. Ora pro nobis S. Pater Ioannes.
℞. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Ad Magnificat. *Antiphona.*

Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem Ioannis ergà Captiuos, quia ſpiritus Domini mouebat cor eius.

Oratio.

DEus qui per Sanctum Patrem noſtrum Ioannem de Matha Ordinem Sanctiſſimæ Trinitatis ad redimendos de poteſtate Saracenorum Captiuos cælitus inſtituere dignatus es, præſta quæſumus, vt eius ſuffragantibus meritis à captiuitate corporis, & animæ, te adiuuante liberemur. Per Dominum noſtrum, &c.

Fit immediatè Commemoratio.
Patris noſtri Sancti Fælicis.

Antiphona.

Ab infantia creuit mecum miſeratio & de vtero Matris meæ egreſſa eſt mecum.

℣. Amauit eum Domninus, & ornauit eum.

℟. Stolam gloriæ induit eum.

Oratio.

DEus qui Beatum Felicem Confeſſorem tuum, & Patrem noſtrum, ex eremo ad munus redimendi captiuos cælitus vocare dignatus es; præſta quæſumus, vt per gratiam tuam à peccatorum noſtrorum captiuitate, eius interceſſione, liberati, ad Cæleſtem Patriam perducamur. Per Dominum, &c.

AD MATVTINVM.

Inuitatorium.

Chriſtum Redemptorem omnium * Venite adoremus.

Hymnus Te Redemptoris &c.

Vt ſuprà ad veſperas.

IN I. NOCTVRNO.

Antiphona.

1. Beatus Ioannes tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, fructum dedit in tempore ſuo.

Pſalm. *Beatus Vir &c. cum reliquis* de Comm. Confeſſ. non Pontific.

2. Dirupit vincula captiuorum, & proiecit ab eis iugum ipſorum.

3. Deprecatus eſt Dominum pro Captiuis, & exaudiuit eum de monte ſancto ſuo.

℣. Clamauerunt iuſti, & Dominus exaudiuit eos.

℟. Et ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.

LECTIONES I. NOCTVRNI

Lectio j. *Exodi cap. 5.*

INgreſſi ſunt Moyſes, & Aaron, & dixerunt Pharaoni: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi in deſerto. At ille reſpondit: Quis eſt Dominus vt audiam vocem eius, & dimittam Iſrael? Neſcio Dominum, & Iſrael non dimittam. Dixeruntque: Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in ſolitudinem & ſacrificemus Domino Deo noſtro; ne fortè accidat nobis peſtis, aut gladius. Ait ad eos Rex AEgypti: Quarè Moyſes & Aaron ſollicitatis Populum ab operibus ſuis? Ite ad onera veſtra. Dixitque Pharao: Multus eſt populus terræ: videtis quod turba ſuccreuerit, quantò magis ſi dederitis eis requiem ab operibus. Tu autem Domine, &c.

℟. Clamemus in Cælum, & miſerebitur noſtri Dominus, & memor erit Teſtamenti Patrum noſtrorum * & ſcient omnes gentes quia eſt qui redimat, & liberet Populum Dei.

℣. Qui redempti ſunt à Domino, reuertentur, & venient in Sion laudantes, & lætitia ſempiterna ſuper capita eorum.

℟. Et ſcient.

Lectio ij.

PRæcepit ergò in die illo Præfectis operum, & exactoribus populi, dicens: Nequaquam vltrà dabitis paleas Populo ad conficiendos lateres, ſicut priùs, ſed ipſi vadant, & colligant ſtipulas, & menſuram laterum, quam priùs faciebat, imponetis ſuper eos; nec minuetis quidquam: vacant enim, & idcircò vociferantur, dicentes, eamus, & ſacrificemus Deo noſtro. Opprimantur operibus, & expleant ea, vt non acquieſcant verbis mendacibus.

Igitur

Igitur egreſſi Præfecti operum, & exactores ad populum dixerunt. Sic dicit Pharao: non do vobis paleas: Ite, & colligite ſicubi inuenire poteritis, nec minuetur quidquam de opere veſtro. Tu autem &c.

℞. Cum tribularentur * Clamauerunt captiui ad Dominum, & exaudiuit eos, mittens ſeruum ſuum Ioannem, qui vincula eorum diſrupit.

℣. Sedentes in tenebris, & vmbra mortis, vincti in mendicitate, & ferro.

℟. Clamauerunt Captiui, &c.

Lectio iij. *Cap. 6.*

Dixit Dominus ad Moyſem: Nunc videbis, quæ facturus ſim Pharaoni: per manum enim fortem dimittet eos, & in manu robuſta eijciet illos de terra ſua. Loquutuſque eſt Dominus ad Moyſen dicens: Ego Dominus qui apparui Abraham, Iſaac, & Iacob in Deo Omnipotente; & nomen meum Adonai, non indicaui eis: pepigique fædus cum eis, vt darem eis terram Chanaan, terram peregrinationis eorum, in qua fuerunt aduenæ. Ego audiui gemitum filiorum Iſrael, quo AEgiptij oppreſſerunt eos, & recordatus ſum pacti mei. Ideo dic filiis Iſrael Ego Dominus qui educam vos de Ergaſtulo AEgyptiorum, & eruam de ſeruitute, ac redimam in brachio excelſo, & iudiciis magnis. Tu autem Domine, &c.

℞. Confortatus à Deo, & Signo Crucis protectus Ioannes Saracenorum partes penetrauit ſecurus * Vt Chriſtianos vinctos ſolueret, & nutantes in Fide ſolidaret.

℣. Iſte eſt Ioannes, quem elegit Dominus in charitate non ficta.

℞. Vt Chriſtianos &c. Gloria Patri &c. Vt Chriſtianos &c.

IN II. NOCTVRNO.

Antiphona.

1. Scitote, quia Dominus ſanctum ſuum mirificauit, & ſigno redemtionis noſtræ muniuit eum.

2. Deduxiſti Domine Ioannem in tua iuſtitia, & direxiſti vias eius, vt captiuos redimeret.

3. Conſequutus eſt laudationem æternam, quia mirabilia fecit in Redemptione Captiuorum.

℣. Redemit illos de manu inimici.

℞. Et de regionibus congregauit eos.

LECTIONES II. NOCTVRNI.

Lectio iv.

Ioannes de Matha Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum Inſtitutor, Falcone in Prouincia natus eſt Patentibus pietate, & nobilitate conſpicuis. Studiorum cauſa Aquas Sextias, mox Pariſios profectus, confectoque Theologiæ curriculo, magiſterii lauream adeptus, doctrinæ, & virtutum ſplendore enituit. Quibus motus Pariſienſis Antiſtes ad Sacrum Præsbyteratus Ordinem præ humilitate reluctantem promouit, eo conſilio, vt in ea Ciuitate commorans, ſapientia, & moribus ſtudioſæ iuuentuti prælucerct. Cum autem in ſacello eiuſdem Epiſcopi, ipſo cum aliis adſtante, primum Deo Sacrum offerret, cœleſti fauore meruit recreari. Nam Angelus candida, & fulgenti veſte indutus, cui in pectore Crux rubei, & cærulei coloris aſſuta erat, brachiis cancellatis, & ſuper duos captiuos ad latera poſitos, Chriſtianum vnum, alterum Marum, extenſis apparuit. Qua viſione in Eſtaſim raptus intellexit protinus Vir Dei, ſe ad redimendos ab infidelibus Captiuos deſtinari. Tu autem Domine &c.

℞. Iſte eſt Ioannes, cui ſuper Altare Angelus in Albis apparuit Beatus Vir, cui delata ſunt mandata cæleſtia.

℣. apparuit ei Angelus rubra, cæruleaque cruce ſignatus in pectore. Beatus Vir &c.

Lectio

Oratio.

DEus qui per Sanctum Patrem noſtrum Ioannem de Matha Ordinem Sanctiſſimæ Trinitatis ad redimendos de poteſtate Saracenonorum Captiuos cælitus inſtituere dignatus es, præſta quæſumus, vt eius ſuffragantibus meritis a captiuitate corporis, & animæ, te adiuuante liberemur. Per Dominum noſtrum, &c.

Fit immediatè Commemoratio Patris noſtri Sancti Fælicis.

Antiphona.

Ab infantia creuit mecum miſeratio & de vtero Matris meæ egreſſa eſt mecum.

℣. Amauit eum Dominus, & ornauit eum.

℟. Stolam gloriæ induit eum.

Oratio.

DEus qui Beatum Felicem Confeſſorem tuum, & Patrem noſtrum, ex eremo ad munus redimendi captiuos cælitus vocare dignatus es; præſta quæſumus, vt per gratiam tuam à peccatorum noſtrorum captiuitate, eius intereeſſione, liberati, ad Cæleſtem Patriam perducamur. Per Dominum, &c.

AD MATVTINVM.

Inuitatorium.

Chriſtum Redemptorem omnium * Venite adoremus.

Hymnus Te Redemptoris &c.

Vt ſupra ad veſperas.

IN I. NOCTVRNO.

Antiphona.

1. Beatus Ioannes tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum, fructum dedit in tempore ſuo.

Pſalm. *Beatus Vir &c. cum reliquis* de Comm. Confeſſ. non Pontific.

2. Dirupit vincula captiuorum, & proiecit ab eis iugum ipſorum.

3. Deprecatus eſt Dominum pro Captiuis, & exaudiuit eum de monte ſancto ſuo.

℣. Clamauerunt iuſti, & Dominus exaudiuit eos.

℟. Et ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos.

LECTIONES I. NOCTVRNI

Lectio j. *Exodi cap. 5.*

INgreſſi ſunt Moyſes, & Aaron, & dixerunt Pharaoni: Hæc dicit Dominus Deus Iſrael: Dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi in deſerto. At ille reſpondit: Quis eſt Dominus vt audiam vocem eius, & dimittam Iſrael? Neſcio Dominum, & Iſrael non dimittam. Dixeruntque: Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in ſolitudinem & ſacrificemus Domino Deo noſtro; ne fortè accidat nobis peſtis, aut gladius. Ait ad eos Rex AEgypti: Quarè Moyſes & Aaron ſollicitatis Populum ab operibus ſuis? Ite ad onera veſtra. Dixitque Pharao: Multus eſt populus terræ: videtis quod turba ſuccreuerit, quantò magis ſi dederitis eis requiem ab operibus. Tu autem Domine, &c.

℟. Clamemus in Cælum, & miſerebitur noſtri Dominus, & memor erit Teſtamenti Patrum noſtrorum * & ſcient omnes gentes quia eſt qui redimat, & liberet Populum Dei.

℣. Qui redempti ſunt à Domino, reuertentur, & venient in Sion laudantes, & lætitia ſempiterna ſuper capita eorum.

℟. Et ſcient.

Lectio ij.

PRæcepit ergò in die illo Præfectis operum, & exactoribus populi, dicens: Nequaquam vltrà dabitis paleas Populo ad conficiendos lateres, ſicut prius, ſed ipſi vadant, & colligant ſtipulas, & menſuram laterum, quam prius faciebat, imponetis ſuper eos; nec minuetis quidquam: vacant enim, & idcircò vociferantur, dicentes, eamus, & ſacrificemus Deo noſtro. Opprimantur operibus, & expleant ea, vt non acquieſcant verbis mendacibus.

Igitur

Igitur egreſſi Præfecti operum, & exactores ad populum dixerunt. Sic dicit Pharao: non do vobis paleas: Ite, & colligite ſicubi inuenire poteritis, nec minuetur quidquam de opere veſtro. Tu autem &c.

℟. Cum tribularentur * Clamauerunt captiui ad Dominum, & exaudiuit eos, mittens ſeruum ſuum Ioannem, qui vincula eorum diſrupit.

℣. Sedentes in tenebris, & vmbra mortis, vincti in mendicitate, & ferro.

℟. Clamauerunt Captiui, &c.

Lectio iij. *Cap. 6.*

DIxit Dominus ad Moyſem: Nunc videbis, quæ facturus ſim Pharaoni: per manum enim fortem dimittet eos, & in manu robuſta eijciet illos de terra ſua. Loquutuſque eſt Dominus ad Moyſen dicens: Ego Dominus qui apparui Abraham, Iſaac, & Iacob in Deo Omnipotente; & nomen meum Adonai, non indicaui eis: pepigique fœdus cum eis, vt darem eis terram Chanaan, terram peregrinationis eorum, in qua fuerunt aduenæ. Ego audiui gemitum filiorum Iſrael, quo AEgiptij oppreſſerunt eos, & recordatus ſum pacti mei. Ideo dic filiis Iſrael Ego Dominus qui educam vos de Ergaſtulo AEgyptiorum, & eruam de ſeruitute, ac redimam in brachio excelſo, & iudiciis magnis. Tu autem Domine, &c.

℟. Confortatus à Deo, & Signo Crucis protectus Ioannes Saracenorum partes penetrauit ſecurus * Vt Chriſtianos vinctos ſolueret, & nutantes in Fide ſolidaret.

℣. Iſte eſt Ioannes, quem elegit Dominus in charitate non ficta.

℟. Vt Chriſtianos &c. Gloria Patri &c. Vt Chriſtianos &c.

IN II. NOCTVRNO.

Antiphona.

1. Scitote, quia Dominus ſanctum ſuum mirificauit, & ſigno redemtionis noſtræ muniuit eum.

2. Deduxiſti Domine Ioannem in tua iuſtitia, & direxiſti vias eius, vt captiuos redimeret.

3. Conſequutus eſt laudationem æternam, quia mirabilia fecit in Redemptione Captiuorum.

℣. Redemit illos de manu inimici.

℟. Et de regionibus congregauit eos.

LECTIONES. II. NOCTVRNI.

Lectio iv.

IOannes de Ma tha Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum Inſtitutor, Falcone in Prouincia natus eſt Patentibus pietate, & nobilitate conſpicuis. Studiorum cauſa Aquas Sextias, mox Pariſios profectus, confectoque Theologiæ curriculo, magiſterii lauream adeptus, doctrinæ, & virtutum ſplendore enituit. Quibus motus Pariſienſis Antiſtes ad Sacrum Præsbyteratus Ordinem præ humilitate reluctantem promouit, eo conſilio, vt in ea Ciuitate commorans, ſapientia, & moribus ſtudioſæ iuuentuti prælucerct. Cum autem in ſacello eiuſdem Epiſcopi, ipſo cum aliis adſtante, primum Deo Sacrum offerret, cæleſti fauore meruit recreari. Nam Angelus candida, & fulgenti veſte indutus, cui in pectore Crux rubei, & cærulei coloris aſſuta erat, brachiis cancellatis, & ſuper duos captiuos ad latera poſitos, Chriſtianum vnum, alterum Marum, extenſis apparuit. Qua viſione in Eſtaſim raptus intellexit protinus Vir Dei, ſe ad redimendos ab infidelibus Captiuos deſtinari. Tu autem Domine &c.

℟. Iſte eſt Ioannes, cui ſuper Altare Angelus in Albis apparuit Beatus Vir, cui delata ſunt mandata cæleſtia.

℣. apparuit ei Angelus rubra, cæruleaque cruce ſignatus in pectore. Beatus Vir &c.

Lectio v.

QVo verò maturius in re tanti momenti procederet, in ſolitudinem ſeceſſit, ibique Diuino nutu factum eſt, vt Felicem Valeſium in ipſa eremo iam multis annis degentem reperiret, cum quo inita ſocietate ſe per triennium in oratione, & contemplatione, omniumque virtutum ſtudio exercuit. Contingit autem, vt dum ſecum de rebus diuinis propè fontem colloquerentur, Ceruus ad eos acceſſerit Crucem inter cornua gerens rubei, & cærulei coloris. Cumque Felix ob rei nouitatem miraretur, narrauit ei Ioannes viſionem in prima Miſſa habitam, & exinde feruentius orationi incumbentes ter in ſomnis àdmoniti, Romam proficiſci decreuerunt vt a ſummo Pontifice noui Ordinis pro redimendis captiuis inſtitutionem impetrarent. Electus fuerat eo tempore Innocentius Tertius, qui illis benignè acceptis, dum ſecum de re propoſita deliberat, in feſto S. Agnetis ſecundò Laterani inter Miſſarum ſolemnia ad ſacræ hoſtiæ eleuationem, Angelus ei candida veſte, cruce bicolori, ſpecie redimentis Captiuos apparuit. Quo viſo, Pontifex inſtitutum approbauit, & nouum Ordinem Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum vocari iuſſit, eiuſque Profeſſoribus albas veſtes cum Cruce rubei, & cærulei coloris præbuit. Tu autem.

℟. O Beatum Virum, qui à Domino deſtinatus fuit Captiuorum Redemptor, & pauperum conſolator.

℣. Vir iſte pro fratribus animam ſuam poſuit. Captiuorum &c.

Lectio vi.

SIc ſtabilito Ordine, Sancti Fundatores in Galliam redierunt, primoque Cœnobio Cerui frigidi in diœceſi Meldenſi conſtructo ad eius regimen Felix remanſit, & Ioannes Romam cum aliquot ſocijs reuerſus eſt, vbi Innocentius Domum, Eccleſiam, & Hoſpitale Sancti Thomæ de formis in Monte Cælio eis donauit, cum multis redditibus, & poſſeſſionibus. Datis quoque litteris ad Miramamolinum Regem Marrochij, opus redemptionis felici auſpicio inchoatum fuit. Tum ad Hiſpanias, ſub iugo Saracenorum magna ex parte oppreſſas, Ioannes profectus eſt, Regumque, Principum, aliorumque fidelium animos ad Captiuorum, & Pauperum commiſerationem commouit, Monaſteria ædificauit, Hoſpitalia erexit, magnoque lucro animarum plures captiuos redemit. Romam tandem reuerſus, ſanctiſque operibus incumbens, aſſiduis laboribus attritus, & morbo confectus, ardentiſſimo Dei, & proximi amore exæſtuans, ad extremum deuenit. Quare fratribus conuocatis eiſque ad opus redemptionis cælitus præmonſtratum efficaciter cohortatis, obdormiuit in Domino ſextodecimo Kal. Ianuarii anno ſalutis milleſimo ducenteſimo decimotertio, eiuſque corpus in ipſa Eccleſia S. Thomæ de formis condigno honore tumulatum fuit. Tu autem Domine &c.

℟. Quæſiuit Ioannes Felicem in Eremo degentem. Quem cum inueniſſet, indiuiduum comitem ſeſe illi adiunxit.

℣. Monitus eſt a Deo ſocium ſibi quærere. ℟. Quem cum inueniſſet &c. Gloria Patri &c. Quē &c.

IN III. NOCTVRNO.

Antiphona.

1. Pecuniam ſuam non dedit ad vſuram, ſed pro redemptione Captiuorum diſperſit eam.
2. Deſiderium cordis eius tribuit illi Dominus, vt liberaret pauperem a potente, & inopem, cui non erat adiutor.
3. Non accepit in vano animam ſuam, ſed pro redimendis Captiuis expoſuit eam.

℣. Li-

℣. Liberauit pauperem à potente.
℟. Et inopem, cui non erat adiutor.

LECTIONES III. NOCTVRNI.
Lectio vij.
Lectio Sancti Euangelij ſecundùm Matthæum.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Ecce Ego mitto vos ſicut oues in medio luporum. Et reliqua.

Homilia S. Ioannis Chryſoſtomi.

SIc dicere videtur: nolite turbari ſi cum vos inter lupos mitto, tanquam oues, & columbas eſſe iubeo. Nam etſi poſſum contrarium quoque præſtare, & non permittere, vt graue aliquid patiamini, nec lupis tanquam oues ſubiecti ſitis, ſed efficere, vt leonibus terribiliores euadatis: tamen ſic expedit fieri: hoc & vos quoque illuſtriores faciet & meam declarabit virtutem. Sic enim poſtea dixit Paulo: ſufficit tibi gratia mea: nam virtus mea in infirmitate perficitur: Ipſe igitur vos, vt tales eſſetis feci. Tu autem &c.

℟. Conuertit Dominus captiuitatem Seruorum ſuorum, mittens famulum ſuum Ioannem * Qui ſaluauit eos de manu odientium, & de manu inimici redemit eos.
℣. In Seruos venundati ſunt, humiliauerunt in compedibus pedes eorum, Et miſit Deus famulum ſuum Ioannem. Qui ſaluauit &c.

Lectio viij.

SEd inſpiciamus, quam prudentiam exigit: ſerpentis certè, nam quemadmodum ſerpens totum ſeipſum tradit, nec minimum curat ſi ipſum quoque corpus incidi neceſſe ſit, dummodo caput ſuum integrum ſeruet: eodem tu quoque modo, præter fidem, cætera perdere non cures, ſiue pecunias, ſiue corpus, ſiue etiam vitam ipſam profundere neceſſe ſit. Fides enim caput eſt, & radix, qua ſeruata, etiamſi omnia perdas, omnia tamen rurſus maiore cum gloria recuperabis. Idcircò nec ſimplices ſolùm iuſſit eſſe, nec prudentes ſolùm, ſed ambo hæc in vnum miſcuit, vt ea in virtutem conuertantur. Tu autem &c.

℟. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio in ſæcula ſempiterna, ò Beata Trinitas. * Quæ Ioannem in ſublimi munere redimendi captiuos nobis præire, ac viam demonſtrare feciſti.
℣. Et benedictum nomen gloriæ tuæ, quod eſt ſanctum, & laudabile, & ſuperxaltatum in ſæcula, ò Beata Trinitas. Quæ Ioannem &c. Gloria Patri &c. Quæ Ioannem &c.

Lectio ix.

QVod ſi rebus ipſis id ita fieri videre deſideras, lege Actuum Apoſtolorum librum; perſpices profectò, cum ſæpè Iudeorum Populus in Apoſtolos inſurrexerit, ac dentes exacuerit, illos columbæ ſimplicitatem imitando, & cum decenti modeſtia reſpondendo, iram ipſorum ſuperaſſe, furorem extinxiſſe, impetum retardaſſe. Nam cum illi dicerent: Nonne præcipiendo præcipimus vobis, ne doceretis in nomine iſto? Quamuis innumera poſſent edere miracula, nihil tamen aſperum neque dixerunt, neque fecerunt; ſed ſumma cum manſuetudine reſpondentes dicebant: ſi iuſtum eſt, vos audite magis, quam Deum, iudicare. Perſpexiſti ſimplicitatem columbæ, vide nunc ſerpentis prudentiam. Non enim poſſumus, inquiunt, nos quæ vidimus, & audiuimus, non loqui. Tu autem. Te Deum &c.

AD LAVDES.
Antiphonæ.

1 Dominus de Cælo in terram aſpexit, vt audiret gemitus compeditorum.
Pſalm. Dominus regnauit &c. *cum*
2 Redemptionem miſit Dominus populo ſuo per ſeruum ſuum

Ioan-

Ioannem ad multorum ſalutem.
3 Propter miſeriam inopum, & gemitum pauperum miſit eum Dominus.
4 Benedictus Deus, qui miſit Angelum ſuum, & eruit Seruos ſuos, qui crediderunt in eum.
5 Redemit illos de manu inimici, & de regionibus congregauit eos.

Capitulum.

Spiritus Domini &c. *vt ſupra ad Veſperas.*

Hymnus.

IEſu Redemptor omnium
Magnes amorque cordium
Nos à catenis liberans
Ac ſeruitute tartari.
Tibi Ioannes ſedulam
Vt ſeruitutem dedicet
Thracum leuare vinculis
Captiua certat agmina,
Flammis amoris æſtuat
Quas non retardant æquora;
Ardore Chriſti percitus
Plagas remotas aduolat.
O vera Chriſte, charitas,
Succende alumnis pectora
Vt Patris exemplo ſui
Redemptiones vrgeant.
Nos vinculis, quæ cordibus
Inferre tentat Satanas,
Vt claudat ad Cælum viam
Ieſu Redemptor exime.
Concede Sancta Trinitas,
Cui conſecrauit Ordinem
Suum Ioannes, triplicis
Amare voti compedes.
Patri, & Parentis vnico
Qui nos redemit, Filio,
Tibique Sancte Spiritus
Sit laus per omne ſæculum,
Amen.

℣. Ora pro nobis S. Pater Ioannes.
℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

AD BENEDICTVS.

Antiphona.

Dedit te Deus, vt aperires oculos cæcorum, & educeres de captiuitate vinctum, & de domo carceris ſedentes in tenebris.

Oratio.

DEus, qui per Sanctum Patrem. &c. *vt ſupra ad veſperas. Fiat immediate commemoratio S. Patris Noſtri Felicis.*

Antiphona.

Ad faciendam miſericordiam cum ſeruis ſuis, redemit eos Dominus vt ſine timore de manu inimicorum liberati ſeruiant illi.

℣. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas.
℟. Et oſtendit illi Regnum Dei.

Oratio.

DEus, qui Beatum Felicem &c. *vt ſupra ad veſperas.*

AD HORAS AD TERTIAM.

Capitulum.

Spiritus Domini &c. *vt ſupra ad Veſperas.*

℟. Clamauerunt Iuſti * Et Dominus exaudiuit eos.
℣. Et ex omnibus tribulationibus eorum liberauit eos. Et Dominus &c. Gloria Patri &c. Clamauerunt &c.
℣. Redemit illos de manu inimici.
℟. Et de regionibus congregauit eos.

AD SEXTAM

Capitulum. *Hebr. 13.*

Mentote vinctorum, tamquam ſimul vincti, & laborantium, tanquam & ipſi in corpore morantes.

℟. Redemit illos * De manu inimici.
℣. Et de regionibus congregauit eos. De manu inimici. Gloria Patri &c. Redemit &c.
℣. Liberauit pauperem à potente.
℟. Et inopem, cui non erat adiutor.

AD NONAM.

Capitulum. *Cant. 8.*

Aquæ multæ non potuerunt extinguire charitatem, nec flumina obruent illam, ſi dederit homo omnem ſubſtantiam domus ſuæ

pro

pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eam.

℟. Liberauit pauperem * A potête.

℣. Et inopem, cui non erat adiutor. A potente. Gloria Patri &c. Liberauit &c.

℣. Elegit eum Dominus, & præelegit Deum.

℟. In Tabernaculo ſuo habitare facit eum,

IN II. VESP.

Omnia, vt in primis.

AD MAGNIFICAT

Antiphona.

Propter ardentem charitatem, qua Beatus Ioannes diligebat Captiuos, omnia ſua tradidit & vitam ponere non dubitauit.

Oratio.

DEus, qui per ſanctum &c. *vt ſupra in primis veſperis. Pro Commemoratione Patris noſtri Sancti Felicis.*

O Beatum Virum, qui terrena deſpiciens, ſoli Deo placere ſtuduiſti, deprecare pro nobis, vt de mundo feliciter triumphemus.

℣. Iuſtum deduxit Dominus per vias rectas.

℟. Et oſtendit illi Regnum Dei.

Oremus.

DEus, qui Beatum Felicem etc. *vt ſupra in primis Veſperis.*

OFficium proprium S. Ioannis de Matha Confeſſoris Fundatoris Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum, vt ſupra iacet, diligenter reuiſum, & relatum ab Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo D. Cardinali Caſanate, inſtante Reu. P. Fr. Petro Mercier Miniſtro Generali Ordinis præfati, & pro eo P. Fr. Ioſepho Monier in Romana Curia Procuratore Generali eiuſdem Ordinis, Sac. Rituum Congregatio approbauit pro Fratribus, & Monialibus tam Calceatis, quam Diſcalceatis dicti Ordinis tantùm, in poſterum recitandum quotannis die 8. Februarij in feſto eiuſdem Sancti, ac imprimi poſſe conceſſit. Hac die 28. Nouembris. 1682.

Cæſ. Card. Fachenettus,

Loco † Sigilli.

Bernardinus Caſalius Sac. Rit. Congreg. Secret.

Die xx. Nouembris.

OFFICIVM PROPRIVM
IN FESTO PATRIS NOSTRI
S. FELICIS VALESII
CONFESSORIS

Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum Fundatoris.

Approbatum à Sac. Rituum Congregatione,

Ac in toto eodem Ordine recitandum.

AD VESPERAS.

Antiphona.

Regnum Mundi &c. *cum reliquis de laudibus.*

Pſalm. Sicut in comm. Confeſſor. non Pontific.

Capitulum *Sap. 7.*

VEnit in me ſpiritus Sapientię, & præpoſui illam Regnis, & ſedibus, & diuitias nihil eſſe duxi in comparatione illius.

℟. Deo gratias.

Hymnus.

STirpe Regali ſatus, & propinquus
Galliæ ſceptro, laqueata Felix
Atria, & certos fugiens honores
Antra ſubiuit.

Pectoris magnos cohibere motus,
Imperi faſces putat ampliores
Hinc coruſcantes chlamides egeno
Mutat amictu.

Incolit ſyluam diuturnus hoſpes,
Cælitus donec comes eſt Ioanni
Iunctus, vt plebis iuga mancipatæ.
Barbara ſoluat.

Ergo monſtratum celer Inſtitutum
Promouet Felix, Triadique Sacræ.
Conſecrans, Trino pariter colore
Ornat alumnos.

Quos per immanes penetrare iuſſit
Gentium tractus, nihil expaueſcens
Tela Maurorum, nihil aut hiulca.
Ora Leonum.

Da Pater nullis fidei phaſellum
Concuti ventis, titubare nullos,
Quos ad inſanam ſatagunt Tyranni
Ducere ſectam.

Te Deus ſimplex, pariterpue Trine
Vincula, vt ſoluas animi rogamus,
Liberam forma tibi ſeruitutem.
Chriſte Redemptor.
Amen.

℣. Ora pro nobis Sancte Pater Felix.

℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

Ad Magnificat. *Antiphona.*

Ab infantia creuit mecum miſeratio,& de vtero matris meæ egreſſa eſt mecum.

Oratio

Oratio.

DEVS, qui Beatum Fælicem Confeſſorem tuum, ac Patrem noſtrum ex eremo ad munus redimendi captiuos Cælitus vocare dignatus es, præſta, quæſumus, vt per gratiam tuam à peccatorum noſtrorum captiuitate, eius interceſſione, liberati, ad cæleſtem Patriam perducamur. Per Dominum noſtrum &c.

Fit immediatè commemoratio noſtri S. P. Ioannis.

Antiphona.

Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem Ioannis erga Captiuos, quia Spiritus Domini mouebat cor eius.

℣. Amauit eum Dominus, & ornauit eum.

Oratio.

DEus, qui per S. Ioannem de Matha Ordinem Sanctiſſimæ Trinitatis ad redimendos de poteſtate Saracenorum Captiuos cælitus inſtituere dignatus es, præſta quæſumus, vt eius ſuffragantibus meritis à captiuitate corporis, & animæ, te adiuuante, liberemur. Per Dominum &c.

AD MATVTINVM.

Inuitatorium.

Chriſtum Redemptorem omnium * Venite adoremus.

Hymnus. Stirpe Regali &c. *vt ſupra ad Veſperas.*

IN I. NOCTVRNO.

Antiphona.

1. Felix iſte Sanctus, qui non abijt in conſilio impiorum, ſed in lege Domini meditatus eſt die, ac nocte.

Pſalm. Beatus Vir etc. *cum reliquis* de Communi Confeſſ. non Pontific.

2 Deſpexit aulas Principum, vt ſoli Deo ſeruiret, et conſtitutus eſt ab eo in Monte Sancto eius.

3 In charitate perpetua dilexit eum Dominus, & conſtituit eum ad redimendos fideles captiuos.

℣. Manum ſuam aperuit inopi.

℟. Et palmas ſuas extendit ad pauperem.

LECTIONES I. NOCTVRNI.

Lectio j.

De Libro Eccleſiaſtici *Cap. 31.*

BEatus Vir, qui inuentus eſt ſine macula, et qui poſt aurum non abijt, nec ſperauit in pecunia, et theſauris. Quis eſt hic, et laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita ſua. Qui probatus eſt in illo, et perfectus eſt erit illi gloria æterna: qui potuit tranſgredi, et non eſt tranſgreſſus: facere mala, et non fecit: ideò ſtabilita ſunt bona illius in Domino, et eleemoſynas illius enarrabit omnis Eccleſia Sanctorum. Tu autem etc.

℟. Ab infantia creuit mecum miſeratio * et vſque ad ſenectam, et ſenium non derelinquit me.

℣. Egreſſa eſt mecum de vtero Matris meæ.

Et vſque etc.

Lectio ij.

QVi timet Dominum, excipiet doctrinam eius, et qui vigilauerint ad illum, inuenient benedictionem. Qui quærit legem, replebitur ab ea, et qui inſidiosè agit ſcandalizabitur in ea. Qui timent Dominum, inuenient iudicium iuſtum, et iuſtitias quaſi lumen accendent. Qui credit Deo, attendit mandatis: et qui confidit in illo, non minorabitur. Timenti Dominum non occurrent mala, ſed in tentatione Deus illum conſeruabit, et liberabit à malis. Sapiens non odit mandata, et iuſtitias, et non illidetur quaſi in procella nauis. Homo ſenſatus credit legi Dei, et lex illi fidelis. Tu autem etc.

℟. Manum ſuam aperuit inopi, et palmas ſuas extendit ad pauperem * Et panem otioſus non comedit.

℣. Beatus Vir, qui intellexit ſuper ege-

egenum,& pauperem. Et panem &c.

Lectio iij.

SPiritus timentium Deum quæritur, & in conſpectu illius benedicetur. Spes enim illorum in ſaluantem illos, & oculi Dei in diligentes ſe. Qui timet Dominum nihil trepidabit, & non pauebit: quoniam ipſe eſt ſpes eius. Timentis Dominum beata eſt anima eius. Ad quem reſpicit, & quis eſt fortitudo eius? Oculi Domini ſuper timentes eum protector potentiæ; firmamentum virtutis, teglmen ardoris, & vmbraculum meridiani, deprecatio offenſionis, & adiutorium caſus; exaltans animam, & illuminans oculos, dans ſanitatem, & vitam, & benedictionem. Tu autem &c.

℟. O Felicem Virum, qui vt ſe totum Deo dicaret vitam mundi contempſit * Et delicias ſæculi pro Cruce Domini commutauit.

℣. Quia vidit iniquitatem, & contradictionem in ciuitate, elongauit fugiens, & manſit in ſolitudine. Et delicias etc. Gloria Patri etc. Et delicias etc.

IN II. NOCTVRNO.

Antiphona.

1. Felix non dilexit vanitatem, et Deus oſtendit illi bona ſua.
2. Sperauit in te Domine, habitabis in eo, et exultabit in æternum
3. Gloria, et honore coronatus eſt in Cælo, qui gloriam hominum non dilexit in terra.

℣. Diſperſit dedit pauperibus.

℟. Iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.

LECTIONES II. NOCTVRNI.

Lectio v.

FElix, Hugo antea dictus, ex Regali Valeſiorum familia ortus in Gallia, ab ineunte ætate non leuia dedit futuræ ſanctitatis indicia, præſertim miſericordiæ erga pauperes, nam adhuc infantulus manu propria, ac ſi grandior eſſet, et iudicii maturitate polleret, nummos egenis diſtribuit. Iam grandiuſculus, ſolebat ex appoſitis in menſa dapibus ad ipſos mittere, et fermè eo, quod ſapidius erat, obſonio pauperculos pueros recreabat. Adoleſcens non ſemel veſtibus ſe ſpoliauit, vt inopes cooperiret. Ab Auunculo Theobaldo Campaniæ, et Bleſij Comite vitam reo mortis impetrauit, prædicens hunc infamem hactenus ſicarium, mox ſanctiſſimis præditum moribus euaſurum: veridicum teſtimonium monſtrauit euentus etc.

℟. Dum Felix, et Ioannes eremum incolerent, viderunt inter cornua Cerui venientis ad aquas Crucis ſignum * quo ſe accingerent ad redemptionem Captiuorum.

℣. Fecit illis Deus ſignum in bonum. Quo ſe accingerent &c.

Lectio v.

POſt exactam laudabiliter adoleſcentiam, cæpit ex cæleſtis contemplationis ſtudio ſolitudinem cogitare; priùs tamen voluit ſacris initiari, vt omnem Regni, à cuius ſucceſſione, iure legis Salicæ non longè diſtabat, ſpem ſibi præcideret. Sacerdos factus, et prima Miſſa deuotiſſimè celebrata, non multò poſt in eremum ſeceſſit, vbi ſumma abſtinentia victitans; cæleſtium chariſmatum abundantia paſcebatur. Ibi cum Sancto Ioanne de Matha Pariſienſi Doctore, à quo ex Diuina inſpiratione quæſitus, et inuentus, per aliquot annos ſanctiſſimè vixit, donec ambo per Angelum à Deo admoniti Romam peticrunt ſpecialem à Summo Pontifice viuendi regulam impetraturi. Facta igitur Innocentio Papæ III. inter Miſſarum ſolemnia reuelatione Religionis, et Inſtituti de redimendis Captiuis, ab ipſo Pontifice, ſimul cum ſocio, candidis veſtibus bicolori Cruce ſignatis, induitur, ad eam

ad eam formam, qua Angelus indutus apparuit, et inſuper voluit Pontifex, vt noua Religio iuxtà triplicem colorem, quo habitus conſtat Sanctiſſimæ Trinitatis titulo decoraretur. Tu autem etc.

℟. Omnem ſæculi pompam reliquerat Felix, vt liberius Deo vacaret in eremo.* Et Deus eduxit illum ad multorum conſolationem, et ſalutem.

℣. Propoſuerat abſconditus ſoli Deo vacare. Et Deus etc.

Lectio iv.

Regula propria ex Summi Pontificis Innocentij confirmatione accepta, in diœceſi Meldenſi apud locum, qui Ceruus frigidus dicitur, primum Ordinis, paulò ante a ſe, et ſocio extructum cœnobium ampliauit, vbi Religioſam obſeruantiam, et Redemptionis inſtitutum mirificè coluit, ac inde per alumnos in alias Prouincias diligentiſſimè propagauit. Illuſtrem hic a B. Virgine matre fauorem accepit; dormientibus ſiquidem cunctis fratribus, et ad matutinas preces in peruigilio Natiuitatis Deiparæ, media nocte, recitandas, Deo ſic diſponente, non ſurgentibus, Felix de more vigilans, et horas præueniens, chorum ingreſſus reperit Beatam Virginem in medio chori habitu Cruce ordinis inſignito indutam, ac Cælitibus ſimiliter indutis ſociatam. Quibus permixtus Felix, præcinente Deipara, laudes Diuinas concinuit, riteque perſoluit. Et quaſi iam à terreſtri ad cæleſtem chorum euocaretur, inſtantis mortis ab Angelo certior factus, filios ad charitatem erga pauperes, et captiuos adhortans, animam Deo reddit, ætate, ac meritis conſummatus, anno poſt Chriſtum natum ducenteſimo duodecimo ſupra milleſimum, ſub eodem Pontifice Innocentio Tertio. Tu autem etc.

℟. Iſte eſt, qui contempſit vitam mundi, et peruenit ad cæleſtia Regna * Et inuentus eſt in numero Sanctorum.

℣. Elegit abiectus eſſe in Domo Dei ſui. Et inuentus eſt etc. Gloria Patri etc. Et inuentus etc.

IN III. NOCTVRNO.

Antiphona.

1. Tribuiſti ei Domine longitudinem dierum in ſæculum ſæculi.
2. Præueniſti eum in benedictionibus dulcedinis, et poſuiſti in capite eius coronam de lapide pretioſo.
3. Fælix innocens manibus, et mundo corde, aſcendit in montem Domini, et ſtabit in loco ſancto eius.

℣. Beatus, qui intelligit ſuper egenum, et pauperem.

℟. In die mala liberabit eum Dominus.

LECTIONES III. NOCTVRNI.

Lectio vij.

Lectio Sancti Euangelii ſecundum Lucam.

In illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Nolite timere puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Præsbiteri.

Puſillum gregem electorum, vel ob comparationem maioris numeri reproborum, vel potius ob humilitatis deuotionem nominat: quia videlicet Eccleſiam ſuam, quantalibet numeroſitate iam dilatatam, tamen vſque ad finem mundi humilitate vult creſcere, et ad promiſſum Regnum humilitate peruenire. Ideoque eius labores blandè conſolatus, quam regnum Dei tantùm quærere præcipit, eidem

dem Regnum à Patre dandum complacita benignitate promittit. Tu autem etc.

℟. Felix obitum ſuum preſciens, fratribus ſuis commendauit charitatem * Ergà pauperes et captiuos.

℣. Exemplum dedit eis, vt ſui eſſent imitatores.

℟. Erga pauperes etc.

Lectio vij.

VEndite, quę poſſideris, et date eleemoſynam. Nolite, inquit, timere, ne propter regnum Dei militantibus, huius vitæ neceſſaria deſint, quin etiam poſſeſſa propter eleemoſynam vendite. Quod tunc dignè fit, quando quis ſemel pro Domino ſuis omnibus ſpretis, nihilominus poſt hæc labore manuum, vnde & vinctum tranſigere, et eleemoſynam dare queat, operatur. Vnde gloriatur Apoſtolus, dicens: Argentum, aut aurum, aut veſtem nullius concupiui; ipſi ſcitis, quoniam ad ea, quæ mihi opus erant, et his, qui mecum ſunt miniſtrauerunt manus iſtæ. Omnia oſtendi vobis, quoniam ſic laborantes oportet ſuſcipere infirmos. Tu autem etc.

℟. Benedicamus Patrem, et Filium cum Sancto Spiritu, qui Felicem iunxit Ioanni * vt eſſent vnanimes fidelium Captiuorum Redemptores.

℣. Iſti ſunt viri miſericordiæ, qui ambulauerunt in domo Domini cum conſenſu. Vt eſſent etc. Gloria Patri etc. Vt eſſent etc.

Lectio ix.

FAcite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt: eleemoſynas videlicet operando, quarum merces in æternum maneat. Vbi non hoc præceptum eſſe putandum eſt, vt nil pecuniæ reſeruetur à ſanctis, vel ſuis ſcilicet, vel pauperum vſibus ſuggerendę, cum et ipſe Dominus, cui miniſtrabant Angeli, tamen ad informandam Eccleſiam ſuam loculos habuiſſe legatur, et fidelibus oblata conſeruans, et ſuorum neceſſitatibus, aliiſque indigentibus tribuens; ſed ne Deo propter iſta ſeruiatur, et inopiæ timorem iuſtitia deſeratur. Tu autem.

Te Deum.

AD LAVDES.

Antiphona.

1 Regnum mundi, et omnem ornatum ſæculi contempſit Felix propter amorem Domini noſtri Ieſu Chriſti.

Pſalm. Dominus regnauit etc. *cum reliquis.*

2 Factus eſt refugium pauperi, adiutor in opportunitatibus, et in tribulatione.

3 Ipſi derelictus eſt pauper, captiuis fuit adiutor.

4 Panem ſuum eſurientibus diſtribuit, et veſtimentis ſuis nudos cooperuit.

5 Eleemoſynas illius enarrabit omnis Eccleſia Sanctorum.

Capitulum.

Venit in me etc. *vt ſupra ad Veſperas.*

DVm Regna ſcandit ætheris
Fælix, triumphant Angeli:
Regina et ipſa Cælitum
Alumni honeſtat gloriam,
Sceptro, et coronis prætulit
Durum nemus Valeſius;
Subiuit antra, regias
Aulæ perhórrens compedes.
Captiua mox vt liberet
Quæ colla ſtringunt Barbari,
Trino recentem Numini
Felix dicauit Ordinem.
Eſt digna regum germine
Diffuſa in omnes Charitas.
Exempla cuius Filius
Nos Regis æterni docet.
Albo, rubenti, et cærulo
Fulgens colore concinit
Maria laudes Numini
Cohors et alma Cælitum.

Tu iu-

Tu iure Felix diceris,
Indulta cui ſors inſeri,
Dum lachrymoſæ es incola
Vallis, Choro cæleſtium.
Patri, & Parentis vnico
Qui nos redemit, filio,
Tibique Sanćte Spiritus
Sit laus per omne ſæculum.
Amen.
℣. Ora pro nobis S. Pater Felix.
℟. Vt digni efficiamur promiſſionibus Chriſti.

AD BENEDICTVS.

Antiphona.

Ad faciendam miſericordiam cum ſeruis ſuis, redemit eos Dominus vt ſine timore de manu inimicorum liberati, ſeruiant illi.

Oratio.

Deus qui Beatum Felicem &c. *vt ſupra ad Veſperas.*

Fiat immediate commemoratio S.P. Noſtri Ioannis.

Antiphona.

Dedit te Deus, vt aperires oculos cæcorum, & educeres de captiuitate vinćtum, & de Domo carceris ſedentes in tenebris.
℣. Iuſtum deduxit Dominus per vias rećtas.
℟. Et oſtendit illi Regum Dei.

Oratio.

Deus, qui per Sanćtum &c. *vt ſupra ad veſperas.*

Capitulum.

Venit in me &c. *vt ſupra veſperas.*
℟. Manum ſuam * aperuit inopi.
℣. Et palmas ſuas extendit ad pauperem. Aperuit inopi. Gloria Patri &c. Manum ſuam &c.
℣. Diſperſit, dedit pauperibus.
℟. Iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi.

AD SEXTAM.

Capitulum *Rom.* 8.

Certus ſum, quia neque mors, neque vita, neque Angeli, neque Principatus, neque Creatura alia poterit nos ſeparare à Charitate Dei, quæ eſt in Chriſto Ieſu Domino noſtro.
℟. Deo gratias.
℣. Diſperſit * dedit pauperibus.
℟. Iuſtitia eius manet in ſæculum ſæculi. Dedit pauperibus. Gloria Patri &c. Diſperſit &c.
℣. Beatus qui intelligit ſuper egenum, & pauperem.
℟. In Die mala liberabit eum Dominus.

AD NONAM.

Capitulum 1. *Ioan.* 3.

In hoc cognouimus charitatem Dei Quoniam ille animam ſuam pro nobis poſuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. ℟. Deo gratias.
℟. Beatus qui intelligit * Super egenum & pauperem. Gloria Patri Beatus qui &c.
℣. In memoria æterna erit Iuſtus.
℟. Ab auditione mala non timebit.

IN II. VESP.

Omnia, vt in primis.

AD MAGNIFICAT.

Antiphona.

O Beatum Virum, qui terrena deſpiciens, ſoli Deo placere ſtuduiſti: deprecare pro nobis, vt de mundo feliciter triumphemus.

Oratio.

Deus, qui Beatum Felicem &c *vt in primis Veſperis.*

Pro Commemoratione Patris noſtri Sanćti Ioannis.

Antiphona.

Propter ardentem charitatem qua B. Ioannes diligebat captiuos, omnia ſua tradidit & vitam ponere non dubitauit.
℣. Iuſtum deduxit Dominus per vias rećtas.
℟. Et oſtendit illi Regnum Dei.

Oremus.

Deus qui per Sanćtum &c. *vt ſupra in primis Veſperis.*

Sac.

SAc. Rituum Congregatio ſupraſcriptum Officium proprium S. Falicis Valeſy Confeſſoris, & Fundatoris Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum diligenter reuiſum, & relatum per Eminentiſſimum, & Reuerendiſſimum D. Cardinalem Caſanate, ſupplicante Reu. P.Fr.Petro Mercier Miniſtro Generali prædicti Ordinis, & eius nomine P. Fr. Ioſepho Monier in Romana Curia Procuratore Generali eiuſdem Ordinis, approbauit pro vſu tantùm Fratrum Calceatorum, quam Diſcalceatorum dicti Ordinis in futurum recitandum ſingulis annis die 20: Nouembris in feſto prædicti Sancti, ac imprimi poſſe conceſſit. Hac die 28: Nouembris 1682.

Cæſ. Card. Fachenettus.

Loco † Sigilli

Bernardinus Caſalius Sac. Rit. Congreg. Secret.

Die

Die viij. Februarij.

IN FESTO PATRIS NOSTRI S. IOANNIS DE MATHA CONFESSORIS

Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum Fundatoris.

MISSA PROPRIA

INTROITVS.

Benedictus Deus qui miſit Angelum ſuum, & eruit ſeruos ſuos, qui crediderunt in eum. *Pſalm.* In conuertendo Dominus captiuitatem *Sion:* facti ſumus, ſicut conſolati.

Oratio.

Deus qui per Sanctum Patrem noſtrum Ioannem de Matha, Ordinem Sanctiſſimæ Trinitatis ad redimendos de poteſtate Saracenorum Captiuos cælitus inſtituere dignatus es, præſta quæſumus, vt eius ſuffragantibus meritis a captiuitate corporis, & animæ, te adiuuante liberemur. Per Dominum noſtrum, &c.

Fit immediatè Commemoratio de Patris noſtri Sancti Felicis.

Oratio.

Deus qui Beatum Felicem Confeſſorem tuum, & Patrem noſtrum, ex eremo ad munus redimendi captiuos cælitus vocare dignatus es; præſta quæſumus, vt per gratiam tuam à peccatorum noſtrorum captiuitate, eius interceſſione, liberati, ad Cæleſtem Patriam perducamur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum. Qui tecum &c.

Lectio Libri Exodi.

Dixit Dominus ad Moyſen: Nunc videbis, quæ facturus ſim Pharaoni: per manum enim fortem dimittet eos, & in manu robuſta eijciet illos de terra ſua. Loquutuſque eſt Dominus ad Moyſen dicens: Ego Dominus qui apparui Abraham, Iſaac, & Iacob in Deo Omnipotente, & nomen meum Adonai, non indicaui eis: pepigique fœdus cum eis, vt darem eis terram Chanaan, terram peregrinationis eorum, in qua fuerunt aduenæ. Ego audiui gemitum filiorum Iſrael, quo AEgiptij oppreſſerunt eos, & recordatus ſum pacti mei. Ideo dic filiis Iſrael Ego Dominus qui educam vos de Ergaſtulo AEgyptiorum, & eruam de ſeruitute, ac redimam in brachio excelſo, & iudiciis magnis.

Graduale. Dirupit vincula captiuorum, proiecit ab eis iugum ipſorum. ℣. Redemit illos de inimici, & de regionibus congregauit eos. All. All.

℣. Iſte eſt Ioannes, cui ſuper Altare Angelus in Albis apparuit Beatus Vir, cui delata ſunt mandata cæleſtia. Alleluia.

A ſeptuageſima vſque ad Paſcha. Tractus.

Tanquam lignum, quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum fructum dedit in tempore ſuo.

℣. Liberauit pauperem à potente, & inopem, cui non erat adiutor.

℣. Conſecutus eſt laudationem ęternam, quia mirabilia fecit in Redemptione captiuorum.

Tempore Paſchali omittitur Graduale, & eius loco dicitur. All. All.

℣. Iſte eſt Ioannes, cui ſuper Altare Angelus in albis apparuit; beatus vir, cui delata ſunt mandata cęleſtia.

℣. Apparuit ei Angelus rubra, cæruleaque cruce ſignatus in pectore. Beatus Vir &c.

Sequentia.

PRimus ordo Redemptorum
Ad ſolamen captiuorum
Cælitus erigitur.
Qui Diuinæ Trinitati
Sacret ſeſe, & charitati
Ioannes eligitur.
Redemptori ſi dilectus
Fuit alter, hic electus
Redimendis fratribus.
In ſuprema diſcuſſione,
Gratius nil Redemptione
Apparebit Iudici.
Non ſe tantum viſitatum,
Sed & dicet liberatum
In ſolutis proximis.
Clariori nullus fini
Quam qui Dei vnius, & Trini
Cultui Ordo conditur.
Hinc prodigijs inuitatur
In eremo, & præparatur
Inſtitutor optimus.
Vt confirmet per oſtenta
Sibi cælitus portenta,
Admonetur Pontifex.
Regna barbara petuntur,
Vincla plurima ſoluuntur
A Ioannis Socijs.
Qui non ſtatim liberantur,
Ne vacillent, ſolidantur
Sacra vacillent, ſolidantur
Sacra in Fide, & roborantur
Spe cæleſtis premij.
Da Redemptor à catenis.
Omnes ſolui, quas terrenis
Nectit incolis, vt pœnis
Illos vexet tartarus.
Da perennis libertatis
Chriſte munus, vt relatis
Palmis nobiles beatis
Perfruamur gaudijs.
Amen. Alleluia.

Sequentia S. Euangelij ſecundum Matthæum.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum. Eſtote ergo prudentes ſicut ſerpentes, & ſimplices ſicut columbę. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in concilijs, & in Synagogis ſuis flagellabunt vos: & ad reges ducemini propter me, in teſtimonium illis, & gentibus. Cum autem tradent vos nolite cogitare quomodo, aut quid loquamini: dabitur enim vobis in illa hora, quid loquamini: non enim vos eſtis qui loquimini, Sed Spiritus Patris veſtri, qui loquitur in vobis. Tradet autem frater fratrem in mortem, & pater filium: & inſurgent filij in parentes, & morte eos afficient: & eritis odio omnibus propter nomen meum: qui autem perſeuerauerit vſque in finem hic ſaluus erit. Credo.

Offertorium.

Maiorem charitatem nemo habet vt animam ſuam ponat quis pro amicis ſuis.

Secreta.

HAEC munera, quæſumus Domine, per interceſſionem S. Patris Noſtri Ioannis, & vincula noſtræ prauitatis abſoluant, & tuæ nobis miſericordiæ dona concilient. Per Dominum noſtrum &c.

Pro

Pro S. P. N. Felice. Secreta.

ANnue miſericors Deus, vt hoſtias placationis, & laudis in hac B. Patris noſtri Felicis commemoratione, ſincero deferamus obſequio. Per Dominum &c.

Communio.

Benedictus Dominus Deus Iſrael, quia viſitauit, & fecit redemptionem plebis ſuæ.

Poſt Communio.

REfecti cibo, potuque cæleſti, tuam Deus noſter imploramus clementiam, vt per interceſſionem S. Patris Noſtri Ioannis facias nos in amore tuo feruentes, & ad redemptionis æternæ proficiamus augmentum. Per Dñm noſtrum &c.

Pro S. P. N. Felice.

DA famulis tuis, Domine, imitari quod colimus, & interueniente B.P.N. Felice fideles captiuos a bsrbarorum manibus eripe, vt omni perturbatione ſub mota liberis mentibus tibi deſeruiant. Per Dominum &c.

PREcibus Reu. P. Fr. Petri Mercier Miniſtri Generalis Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum, porrectis à P. Fr. Ioſepho Monier Procuratore Generali eiuſdem Ordinis in Romana Curia, Sacra Rituum Congregatio ſupraſcriptam Miſſam propriam S. Ioannis de Matha *Confeſſ. Fundatoris præfati Ordinis diligenter reuiſam, & relatam per Eminentiſſimum, & Reuerendiſſimum D. Cardinalem Caſanate approbauit pro vſu tantum Fratrum & Monialium tam Calceatorum quam Diſcalceatorum dicti Ordinis celebrandam quotannis die 8. Februarij eiuſdem Sancti, & imprimi poſſe conceſſit. Hac die 22. Maij 1683.*

N. Card. Lud,

Loco † Sigilli.

Bernardinus Caſalius Sac. Rit. Congreg. Secret.

Die xx. Nouembris.

IN FESTO PATRIS NOSTRI
S. FELICIS VALESII
CONFESSORIS
Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, & Redemptionis Captiuorum Fundatoris.

MISSA PROPRIA

Introitus.

MAnum ſuam aperuit inopi, & palmas ſuas extendit ad pauperem, & panem otioſus non comedit.
Pſalm. Diſperſit dedit pauperibus: iuſtitia eius manet in ſæculum ſęculi. ℣. Gloria Patri &c. *Oratio.*

DEus qui B. Felicem Confeſſorem tuum, & Patrem noſtrum ex eremo ad munus redimendi captiuos cælitus vocare dignatus es; pręſta, quæſumus, vt per gratiam tuam a peccatorum captiuitate, eius interceſſione liberati, ad cæleſtem patriam perducamur. Per Dominum noſtrum &c.

Fit immediate commemoratio de S. Ioanne de Matha.

Oratio.

DEus qui per Sanctum Patrem Noſtrum Ioannem de Matha Ordinem Sanctiſſimæ Trinitatis ad redimendos de poteſtate Saracenorum captiuos cælitus inſtituere dignatus es; præſta, quæſumus, vt eius ſuffragantibus meritis a captiuitate corporis, & animæ, te adiuuante, liberemur. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum; qui tecum viuit, & regnat in vnitate Spiritus Sancti Deus &c.

Lectio Libri Sapientiæ.

BEatus vir qui inuentus eſt ſine macula, & qui poſt aurum non abijt, nec ſperauit in pecuniæ theſauris. Quis eſt hic, & laudabimus eum? fecit enim mirabilia in vita ſua. Qui probatus eſt in illo, & perfectus eſt erit illi gloria ęterna: qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus, facere mala, & non fecit: ideo ſtabilita ſunt bona illius in Domino, & eleemoſynas illius enarrabit omnis Eccleſia Sanctorum.

Graduale, Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei, magis quam habitare in tabernaculis peccatorum.
℣. Quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus ſum propter Chriſtum detrimenta, & arbitror vt ſtercora, vt Chriſtum lucrifaciam. Allel. Allel.
℣. Regnum mundi, & omnem ornatum ſęculi contempſi propter amorem Dñi mei Ieſu Chriſti. Allel.

Poſt Septuageſimam, Tractus.

Factus eſt refugium pauperi, adiutor in opportunitatibus, in tribulatione.
℣. Bea-

℣. Beatus, qui intellexit ſuper egenum, & pauperem: in die mala liberauit eum Dominus.
℣. Eleemoſynas illius enarrabit omnis Eccleſia Sanctorum.

Tempore Paſchali omittitur Graduale & loco illius dicitur.
Alleluia. Alleluia.
℣. Iſte eſt, qui contempſit vitam mundi, & peruenit ad cœleſtia Regna. Alleluia.
℣. Gloria, & honore coronatus eſt in Cælo, qui gloriam hominum non dilexit in terra. Alleluia.

Sequentia.

VErè Felix, cui dat omen
Fauſtitatis ipſum nomen.
Attributum cælitus.
Felix ille, qui regalis
Blandimenta ſumptis alis
Fugit aulæ innoxius.
Et diſcrimen regij ſtatus.
Fugit, aris operatus,
Maior ipſis regibus.
Nam Sacerdos euocare
Cælo numen imperare
Regum Regi ſolitus.
Adhuc puer prophetauit,
Et latronem indicauit
Sanctum fore moribus.
In eremo dum moratur,
En Ioanni comes datur,
Vt captiuos redimat.
Nulli tantis innoteſcit,
Dei nutus, & pateſcit
Signis, & prodigiis,
Quot Felici demonſtrantur
Et Ioanni, qui exornantur
Charitate, qua ſoluantur
Dura vincti compede.
Sic illorum probat mores,
Vt expandat Cælum fores
Vnde radiant tres colores,
Queis induti fulgeant.
Redemptorum Felix Pater,
Cui ſe iungit Dei Mater,
Dum ſopitus ceſſat frater
Deo laudes canere.
Qui dum viuis, ades cælo,
Ardens Felix ſancto zelo,
Da ſolutos carnis velo
Semper tecum perfrui.
Amen. Alleluia.

Sequentia S. Euangelij ſecundum Lucam.

IN illo tempore: Dixit Ieſus diſcipulis ſuis: Nolite timere puſillus grex, quia complacuit Patri veſtro dare vobis regnum. Vendite, quæ poſſidetis, & date eleemoſynam. Facite vobis ſacculos, qui non veteraſcunt, theſaurum non deficientem in cælis: quo fur non appropriat, neque tinea corrumpit. Vbi enim theſaurus veſter eſt, ibi & cor veſtrum erit. Credo &c.

Offertorium.

Ab infantia creuit mecum miſeratio, & de vtero matris meæ egreſſa eſt mecum.

Secreta.

ANnue miſericors Deus, hoſtias placationis & laudis in hac B. Patris noſtris Felicis ſolemnitate ſincero deferamus obſequio. Per Dominum &c.

Pro S. P. N. Ioanne.

HAEC munera, quæſumus Domine, per interceſſionem S. Patris noſtri Ioannis, & vincula noſtræ prauitatis abſoluant, & tuę nobis miſericordiæ dona concilient. Per Dominum &c.

Communio.

EMpti enim eſtis pretio magno: glorificate & portate Deum in corpore veſtro.

Poſtcommunio.

DA famulis tuis, Domine, imitari quod colimus, & interueniente B. Patre noſtro Felice, fideles captiuos a barbarorum manibus eripe, vt omni perturbatione ſubmota liberis tibi mentibus deſeruiant. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum &c.

Pro S. P. N. Ioanne.

REfecti cibo, potuque cæleſti tuam, Deus noſter, imploramus clementiam, vt per intereeſſionem S. P. Noſtri Ioannis faeias nos in amore tuo feruentes, & ad redemptionis æternæ proficiamus augmentum. Per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum Filium tuum. Qui tecum viuit, & rugnat in vnitate Spiritus ſancti Deus: per omnia &c.

SAcra Rituum Congregatio ſupraſcriptam Miſſam propriam S. Felicis Valeſi Conf. Fundatoris Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum diligenter reuiſam, & relatam ab Eminentiſſimo, & Reuerendiſſimo Domino Card: Caſanate approbauit pro Fratribus, & monialibus tam calceatis, quam Diſcalceatis dicti Ordinis tantum, celebrandam ſingulis annis die 20: Nouembris in feſto eiuſdem Sancti ac imprimi poſſe conceſſit, inſtante Reu. P: Fr: Petro Mercier Miniſtro Generali Ordinis præfati, & pro eo P. Fr: Ioſepho Monier in Romana Curia Procuratore generali præfati Ordinis hac die 22: Maij 1683.

N. Card. Lud.

Loco † Sigilli

Bernardinus Caſalius Sac. Rit. Congreg. Secret.

ISta liturgia aliquo iure accepit locum in hoc Tomo, nullo autem præſentem, cui à ſtupidis Calcographis inſerta eſt, reclamante Authographo Authoris, atque etiam ipſo valenter. Cum nihil illius legatur in Indice Partium Regeſti, vt patet in pagina 300. Sed quicquid eſto de loco, laus eſt extra litem pluſquam debita SS. Patriarchis; Neque iam primò cæpit illis impendi, ſed ante Centurias aliquot annorum; vt videre eſt in vetuſtis Miſſalibus, ac Breuiarijs, & apud me in hoc opere ad annum 1214. num. 9. & ſeqq.

PARS SECVNDA

EPISTOLAE SANCTORVM ETIAM MAGNATVM.

In fauorem Ordinis, & Fundatorum eius ſcriptæ.

CEnſui (nec immeritò) meum eſſe poſteritati tranſmittere in hiſtoria hac PP. non ſolum quæ ab ipſis geſta ſunt, ſed etiam quæ pro ipſis. Vnde hic ſeorſim diſpono aliorum Epiſtolas ſuper eorum Religione; per quod fiet, vt exteri illi his ſemper procurent ſalutaria. Videtur enim quis ſemper dicere quod ſemel ſcripſit. Sequentur ergo Epiſtolæ, in primis Sanctorum, tum Eccleſiæ Præſulum, ac denique Regum, in opus ac uſum ſacræ Religionis Trinitariæ.

I.

S. BERNARDI CLAREVALENSIS

(Quæ in numero Epiſtolarum eius eſt 216.)

AD INNOCEN. II. PONT. MAX.

ARGVMENTVM.

LGalliæ Rex non contentus politico Dominio Regni, voluit etiam Eccleſiaſticum inuadere, & Sacerdotia pro libidine offerre. Hinc ille Archiepiſcopum Bituricenſem loco mouit. Quod cum Innocentio Pontif. doleret, nec tamen vellet ſubito vindicare, ſcripſit Theobaldo Hugonis noſtri Auunculo; vt Archiepiſcopum in ſua Sede reponeret. Paruit iſte, & tantam bilem mouit Regi, vt hic proinde voluerit modis omnibus incomodare Theobaldo. Ex his fuit quod Leonoram ſororem eius, declarauerit adulteram, & Hugonem ſpurium. De hoc tam indigno diuortio ſcribit Pontifici S. Abbas.

Scriptum eſt: Quod Deus coniunxit, homo non ſeperet. Surrexerunt viri audaces; qui non timuerunt coniunctos à Deo contra Deum diſiungere. Neque id ſolum, inſuper & adiecerunt coniungere non coniungendos, addentes præuaricationem. Lacerantur ſacra, Eccleſiæ ſcinduntur (proh dolor) veſtes Chriſti, idque (ad cumulum doloris) ab his a quibus reſarciri debuerant. Amici tui Deus, & proximi tui aduerſum te appropinquauerunt, & ſteterunt. Nam qui mandatum tuum traſgrediuntur, non ſunt alieni, non ſunt extranei a Sanctuario tuo, ſed eorum loco tenent quibus dixiſti: Si diligitis me, mandata mea ſeruate. Comitem Rodulphum, & vxorem eius, Deus coniuxerat per Miniſtros Eccleſiæ, & Eccleſia per Deum qui dedit poteſtatem talem hominibus. Quomodo quos Eccleſia coniunxit, diſiunxit camera? In quo facto illud ſolum conuenienter prouiſum eſt quod in tenebris facta ſunt opera tenebrarum. Qui enim male agit, odit lucem, & non venit ad lucem, vt non arguantur opera eius à luce.

Quid

Quid meruit Comes Theobaldus? Quid peccauit homo ille? Si peccatum eſt quod diligit iuſtitiam, & odit iniquitatem non poteſt excuſari. Si peccatum eſt quod reddit regi quæ regis ſunt, & quæ ſunt Dei Deo non poteſt excuſari. Si Archiepiſcopum Bituricenſem ſuſcepit ad Imperium veſtrum hoc eſt maximum, & primum peccatum. Et ſanguis iſte de manu eius exquiritur. Qui retribuunt mala pro bonis detrahunt ei, quoniam ſequitur bonitatem. Multi clamant ad vos in toto corde ſuo, vt iniuriam filii veſtri, & oppreſſionem Eccleſiæ digna animaduerſione vindicetis, & artifices huius ſceleris cum ipſo eorum capite quicquid libuit, licuit apoſtolico vigore coerceatis, vt in verticem ipſius iniquitas eius deſcendat.

II.

EIVSDEM AD EVNDEM

(*Quæ eſt ordine ducenteſima decima ſeptima.*)

ARGVMENTVM.

Deplorat calamitatem ſuorum temporum in quibus totum violentiæ nihil æquitati licuit. Extollit etiam innocentiam, & commendat Pontifici immunitatem Comitis Theobaldi qui fuit noſtri Hugonis auunculus quippe Leonoræ parentis eius frater, & Raynulphi Patris eiuſdem affinis.

Tribulatio, & Anguſtia inuenerunt nos. Commota eſt, & contremuit terra in morte hominum, in exilijs pauperum, diuitum quoque vinculis & carceribus. Ipſa Religio venit in opprobrium, & contemptum. Probro ducitur apud nos ſaltem mentione facere pacis. Nuſquam fides, nuſquam innocentia tuta. Amator Innocentiæ, & pietatis cultor comes Theobaldus penè traditus eſt in animam inimicorum eius. Impulſus eſt vt caderet, ſed Dominus ſuſcepit eum, & gaudet quod iuſtitia, & veſtra obedientia in cauſa ſit, apoſtolo aquieſcente qui ait: ſi quid autem patimini propter iuſtitiam, beati & in Euangelio: Beati qui in perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam. Væ nobis, hæc omnia prꝑſentire, ſed minimè præcauere potuimus. Quid plura? Vt non penitus deſolaretur terra, & omne regnum in ſe ipſum diuiſum conſideret, compulſus eſt ille deuotiſſimus filius veſter, & Eccleſiaſticæ libertatis defenſor, ſub iureiurando promittere quatenus ſententiam excommunicationis à Legato veſtro bonæ memoriæ magiſtro Yuone datam in terram, & perſonam adulteri tyranni, qui caput, & auctor extitit horum omnium malorum, & dolorum, atque ipſam adulteram faceret amoueri. Quod ſanè tamen præfatus Princeps fecit prece, & conſilio non illorum fidelium ſapientumque virorum. Dicebant namque id a vobis facilè, & abſque læſione Eccleſiæ impetrari: dum in manu veſtra, ſit eamdem denuo ſententiam quę iuſtè data fuit incontinenti ſtatuere, & iretractabiliter confirmare: quatenus, & abs arte deludatur, & pax proindè obtineatur: & qui gloriatur in malitia, & potens eſt in iniquitate nihil inde lucretur. Multa habeo dicere vobis, ſed non eſt opus de omnibus ſcribere, cum præſens ſit qui omnia ſcit, & viua voce planius poteſt, & plenius aſſerere.

III.

III.

EIVSDEM ABBATIS NVMERO 220.

AD LVDOVICVM REGEM FRANCORVM

ARGVMENTVM.

ACriter eum increpat ſuper exceſſibus qui in Regno Galliæ eius coniuentia, imò etiam induſtria, & imperio fiebant. Et nominatim conconqueritur de ijs quę Radulphus, & comes Theobaldus ab eo paſſi ſunt, ſunt, etiam poſt pacem inter hunc, & Regem factam, & ſignificat diuinam vindictam proinde Regi timendam.

Libenter quidem, ſicut ipſe fateri dignamini, etiam propria atteſtante conſcientia, quæ ad honorem veſtrum, & regni veſtri vtilitatem ſpectant pro noſtro exiguo poſſe, & quærimus cæterum quod noſtræ humilitati quærimini ſuper anathemate mox innouando in comitem Rodulphum, & vultis dare operam omnimodis, vt non fiat, ob multa mala quæ ſecutura indè putatis: prorſus non video quomodo implere poſſim, & mandato obuiare apoſtolico. Quod & ſi poſſem non video quod rationabiliter poſſem. Doleo quidem de malis ſi indè prouenient, ſed non ideo tamen debemus facere mala, vt veniant bona. Satius totiuſque hoc totum profectò omnipotentis Dei iudicio, & diſpoſitioni relinquimus, qui poteſt facere, vt & bona quę & ipſe vult fieri, fiant, & maneant: & mala quæ mali moliuntur non veniant, aut certè in eos ipſos potius qui ea volunt, & quærunt, veniant, Valdè autem contriſtat me vnum quod in literis veſtræ celſitudinis continequod videlicet debeat obuiare reſiſta pace facta inter vos, & comitem Theobaldum. An neſcitis vos grauiter offendiſſe in eo quod Comes Theobaldus violentia guerræ veſtræ contra Deum, & iuſtitiam iurare compulſus eſt, non ſolum quia quęreret, ſed etiam quia efficeret, vt prædictus comes Radulphus, & terra eius tam indebitè, immò tam illicitè abſolueretur? Quid? iterum vultis peccatum peccato addere, & iram Dei ſuper vos (quod abſit) accumulare? Quid peccauit comes Theobaldus, vt iram veſtram rurſum incurrere mereatur, qui & abſolutionem comitis Radulphi licet iniuſtam (ſicut ſcitis) tanto labore, & difficultate obtinuit, & rediuiuam: excommunicationem quamuis iuſtiſſime redeuntem, nec quæſiuit, nec quęrit, vtpote quod timore veſtro etiam abiurauit? Nihil quæſo, nihil domine mi Rex, regi veſtro (imo omnium conditori) tam euidenter in ſuo regno, & in ſua poſſeſſione audere reſiſtere, & manum extendere tam frequenti, & temerario auſu aduerſum terribilem eum qui aufert ſpiritum principum, terribilem apud reges terræ. Acriter loquor quia acriora vobis formido: quod non ità vehementer timerem, niſi vos vehementer diligerem.

IV.

ALIA EIVSDEM SANCTI AD EVMDEM REGEM

(*Quæ in numero aliarum eſt 221.*)

ARGVMENTVM.

ADhuc acrius Regem increpat ſuper enormibus, & non ferendis erroribus ac ſceleribus, quæ in Gallia interim ipſius culpa comitebantur cædes, ſacrilegia rapinæ, atque id genus alias peſſimis peiora, Nominatim autem meminit iniuria factæ Comiti Theobaldo, etiam poſt pacta pacis. Et quoniam totum prouenit ex caſu Archiepiſcopi Bituricenſis, inuitat eum ad penitentiam de ipſo, quod alias vindictam Dei non vitaret.

Scit Deus quantum vos ex quo noui, dilexi, & veſtrum honore volui, ſcitis vos quanto labore, quantaque ſollicitudine, toto anno prꝑterito quęrendę paci veſtræ intendi, vna cum alijs fidelibus veſtris. Timeo autem nę ſine cauſa laborauerimus in vobis. Vos namquę (vt manifeſtum eſt) a bono & ſano conſilio quod acceperatis, nimium cito, nimiumque læuiter reſilitis: & ad mala priora, quæ dudum non immerito perpetraſſe vos plangebatis, adhuc recentibus illis plagis, rurſum, vt audio, neſcio quo diabolico conſilio feſtinatis. A quo enim niſi à diabolo procedere hoc conſilium dicerim perquod fit vt incendijs incendia, homicidiis homicidia addantur: clamor denuo pauperum, & gemitus compeditorum, & ſanguis inteſectorum, auribus pertinent patribus Orphanorum,& iudicis Viduarum?Planè his hoſtijs, hoſtis ille antiquus noſtri generis oblectatur: quoniam ipſe homicida eſt ab initio. Et nolite fruſtra occaſionem ſumere de Comite Theobaldo ad excuſandas excuſationes in peccatis, cum vir ille paratum ſe dicat, & hoc omnimodo deprꝑcetur, venire ad conuentiones, quæ inter vos cucurrerunt quando facta eſt pax, & ſecundum iudicium diligentium nomen veſtrum (eorum ſcilicet qui mediatores inter vos extiterunt) per omnia ſatiſfacere velit: vt ſi præuaricationis fortè ab ipſis argui poterit, quod non exiſtimat, continuo ad honorem veſtrum corrigere conſtetur. Verum vos nec verba pacis recipitis, nec pacta veſtra tenetis, nec ſanis conſilijs acquieſcitis: ſed neſcio quo Dei iudicio, omnia vobis ita verritis in peruerſum, vt probra honorem, honorem probra ducatis ruta timeatis, timenda contemnatis: & quod olim Sancto & glorioſo Regi Dauid Ioab legitur exprobaſſe, diligitis eos qui vos oderunt, & odio habebitis qui vos diligere volunt. Neque enim qui vos inſtigant priorem iterare malitiam aduerſus non merentem, quærunt in hoc honorem veſtrum, ſed ſuum commodum: imò ſuum commodum, ſed diaboli voluntatem; vt regis (quod abſit) potentiam concepti feruoris habeant effectricem; quem ſuis ſe poſſe adimplere viribus non confidunt, inimici coronæ veſtrę regni manifeſtiſſimi turbatores. At quicquid vobis de regno veſtro, de animo, & corona veſtra facere placeat: nos Eccleſiæ filij, matris iniurias, contemptum, & conculcationem omnem diſſimulare non poſſumus: quę illi præter illa quæ in eam iam præceſſiſſe miſerabiliter plangamus iterum de nouo partim inferri, partim imminere ſentimus. Profecto ſtabimus, & pugnamus vſque ad mortem ſi ita oppor-

opportuerit, pro matre noſtra, armis quibus licet: non ſcutis, & gladijs, ſed precibus fletibuſque Deum. Et ego quidem qui me memini præter quotidianas preces quas pro pace, ſalute veſtra, atque regno coram domino ſuplex ipſo teſte fundebam, etiam apud Sedem Apoſtolicam literis & nuncijs cauſam veſtriam egiſſe (fateor) vſque penè ad propriæ conſcientiæ læſionem, & ipſis Summi Pontificis iuſtam (quod diffiteri non debeo) contra me indignationem. Ego, inquam, aſſiduis veſtris quæ innouare quotidie non ceſſatis, exceſſibus prouocatus, dico vobis, incipio pœnitere ſuper inſipientia mea priori: qua plus iuſto veſtræ adoleſcentiæ hucuſque faui; & de cætero pro mea exiguitate non deero veritati. Non tacebo quo eum excommunicatis iterato fœdus, & ſocietatem inire ſatagitis: quod in necem hominum, combuſtionem domorum, deſtructionem Eccleſiarum, diſperſionem pauperum, raptoribus, & prædonibus (ſicut dicitur) adhæretis. iuxta illud Prophetæ. Si videbas furem currebas eum eo; & cum adulteris portionem tuam ponebas. Quaſi non ſatis per vos mala facere valeatis. Non ſilebo quod illicitum illud malidictumque iuramentum inconſultiſſimè vſurpatum à vobis contra Bituricenſem Eccleſiam (pro quo diu, tot & tanta mala iam nunc merito prouenerunt) non ita tandem corrigitis, vt Chriſti ouibus apud Catharinum paſtorem præfici non ſinatis: inſuper & fratri veſtro, eiuſque militibus ſagittarijs baliſtarijſque domos Epiſcopales contra ius, & fas inhabitandas, & res Eccleſiæ in huiuſmodi nefarios vſus profligandas, audacter nimium exponitis. Dico vobis: non erit diù inultum ſi hæc ita facere pergitis. Et ideo Domine mi rex amicabiliter moneo vos, & fideliter conſulo vobis, vt citius ab hac malitia deſiſtatis: ſi fortè iam ferire paratis manum, Niniuitæ regis exemplo pœnitentia, et humilitate præuenire poſſitis. Duræ loquor quia duriora vobis formido: ſed mementote à ſapiente dictum, melioꝛa eſſe verbera amici, quam fraudulenta oſcula inimici.

V.

Alias diſpono non iuxta dignitatem perſonarum, ſed penes ſeriem temporum; alioqui enim iſta deberet ſequi ſequentes.

ROBERTI ABBATIS S. VICTORIS.

PARISIENSIS CELESTINO PAPAE III.

ARGVMENTVM.

TEſtimonium perhibet admirabili oſtenta cui, et ipſe præſens fuit Pariſiis, cum aliis multis in Sacello Epiſcopali, vel (vt alij volunt) in Templo S. Victoris, quando S. Ioanne à Matha primitias ſuas celebrante, dum ſacram Hoſtiam eleuaret pro more adorandam; præſentes omnes viderunt penes eum Angelum Dei in candida veſte, quam duæ faſciæ, ſe inuicem decuſſantes crucis figura ſignabant, et propterea duos captiuos quaſi inuicem permutandos.

Beatiſſimo Patri in Chriſto Domino Cæleſtino. Humilimus Robertus, indignus Abbas S. Victoris. Deus, qui quotidie mirabilia operatur, oſtendit miſericordias ſuas ſuper ſeruum ſuum Ioannem Mathenſem, Doctorem et Præsbyterum Pariſienſem: ſciendum eſt; quod in prima re ſacra, quam

Deo offertus eſt, in Sacello Epiſcopi Mauritij, die quinto Kalendas Februarij, Diuinitus conſolari meruit. Nam Angelus Domini candidiſſima veſte, et magno fulgore indutus, et inſignitus Cruce cerulei, et rubei coloris, ei apparuit, quem in dextera, et ſiniſtra illius adorabant duo Captiui, de quo eleuatus eſt. Interrogans eum cur per horam vnam ſuſpenſus fuerat poſt conſecrationem? Mihi reſpondit magna humilitate, et lacrimis: Vidi viſionem beatificam in Euchariſtia, Deprecor vt inter Miracula illud numeres. Dat Pariſijs, Kalendas Iulij Anno Chriſti nati 1193.

VI.

EPISTOLA LVDOVICI XIV.

FRANCIAE, ET NAVARRAE REGIS.

AD SS. D. N. INNOCENTIVM VNDECIMVM.

ARGVMENTVM.

AD inſtantiam Reuerendiſſimi Patris Miniſtri Generalis totius Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum, ſupplex rogat Sanctiſſimum, vt dignetur concedere Officium Sanctorum Ioannis, et Felicis dicti Ordinis fundatorum inſerendo Romano Breuiario; cauſam ſingularem allegans, quod illorum vnus ſit ex ſtirpe Valeſiorum, dudum iam Franciæ Regum; Meminitque coniunctiones factæ à Clemente Decimo de dictis Sanctis inſerendis Martirologio Romano.

Tres Saint Pere le Pere Mercier Conſeiller en nos Conſeils, General de tout l'Ordre de la Sainte Trinitè, et Redemption des Captiſz. Nous à Informè de la bontè, que Voſtre Beatitude à eueè d'accorder aux prieres des Religieux Francois de cet Ordre qui ſont à Rome, que l'office de Saint Iean de la Matte, et de Saint Felix de Valois, qui en ſunt fondateurs ſe fiſt en l'eſtenduèè de Nos eſtats. Mais parce que cet ordre ayant commencè en France s'eſt du depuis reſpandu par toute l'Europe, ledit Pere General dont l'autoritè s'eſtend dans toute la Chreſtientè, à creu, que le culte de ces deux grands ſaincts ne deuſt point auoir d'autres bornes. Ceſt pourquoy. Il à ſuppliè Voſtrè Sainctitè d'auoir pour agreable, que l'Office en ſoit inſerè dans le Breuiaire, et Calendrier Romain pour eſtre recitè vniuerſellement par toute l'Eſgliſe. Dans cette veuèè. Il nous à demandè noſtre intercesſion aupres de Voſtre Beatitude, et nous la luy donnons d'autant plus volontiers, qu'outre la connoiſſance que nous auons de ſon merite perſonnel, il nous à ſemblè, quil procure vne coſe, qui concerne ſa charge, & qui eſt digne de la pietè de Voſtre Saintetè. Nous y deuons meſme prendre quelque part pour noſtre propre intereſt, puiſque l'vn de ces Saincts eſtoit de la race Royale des Valois, & l'autre d'vne illuſtre famille de France. Nous eſperons donc que Voſtre Sainctetè voudra bien nous traiter auſſi fauorablement en cela, que fit Noſtre S. Pere Clement X. d'heureuſe memoire, qui à noſtre iſtance ordonna, que ces Saincts fuſſent mis au Martirologe. Et nous remettant encor à ce que vous repreſentera la deſſus Noſtre Couſin le Duc De Treès Noſtre Ambaſſadeur Extraordinaire aupres de Veſtre Sainctetè, qui Luy preſentera cette iettre, Nous ne la ferons pas plus longue,

que

que pour prier Dieu Tres Saint Pere, quil conſerue longues & hereuſes annees Voſtre Saintetè pour le bon gouuernement de ſon Eſgliſe. Eſcrit à Verſailles le 20. Iour de Iuillet Voſtre deuot fils le Roy de France & de Nauarre 1677.
Louis
Arnauld
cachetè
le deſſus eſt tel ; A Noſtre Treſſaint Pere le Pape

Ie ſoubſignè Notaire Public Apoſtolicque, des ſcritures, & autres des Archiues de cette Cour & Ville de Rome, Atteſte, & faits foi, que la Copie cy deſſus de lettre Royalle à eſtè par moy collationè de mot à autre, & concorde auec icelle reſtituèè au Reuerend Pere Monier. Procureur General dudit Ordre en cette Cour. En foy de quoy iay ſignè la preſente munièè de Mon Sain Ordinaire de Notaire de ce requis. A Rome ce huictieſme May mil ſixcents quatreuingts, & deux.

Iacques Antoine Redoutis

Notaire Publicq. Apoſtolicque,

Conſeruatores Cameræ Almæ Vrbis.

Vniuerſis, & ſingulis præſentes viſuris, lecturis, pariterque audituris atteſtamur; & fidem facimus ſupraſcriptum Dominum Iacobum Antonium Redouteç de præmiſſis rogatum fuiſſe, & eſſe auctoritate Apoſtolica Notarium publicum, qualem ſe facit autenticum; legalemet fide dignum, ſuiſque ſcripturis, & Inſtrumentis ſemper in Iudicio, & extra adhibitam fuiſſe & ad præſens indubiam adhiberi fidem. In quorum etc. Datum Romæ in Palatio Curiæ noſtræ Capitolinæ hac die 8. Maij 1682.

Ph Seuerinus p. Sec. &c.

VII.

EPISTOLA CAROLI II.

REGIS HISPANIARVM, ET INDIARVM CATHOLICI.

Ad Patrem Generalem Diſcalciatorum Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum.

ARGVMENTVM.

LAudat conſilium Patruum illius Ordinis in extruendis duobus Xenodochiis in Regno Feſtæ, et Tetuan pro eura Infirmorum; offertoque ſe beneuolum ad negotium proſequendum..

El Reuer: ¦ Reuerendo P. General de los Religioſos Deſcalzos de la Orden de la Sanctiſſima Trinidad Tieneſe entendido que vueſtra Religion en uontinuation del feruor con qce ſe emplea à procural el maior aliuio de los oſpitales en que los que eſſubieron enfermos en aquellos parages hallen forma de Curarſe, y el conſuelo de que neceſitaran en ſus trabajos, i ſiendos eſta obra tan de il agrado de Dios, y de ſu Sancto ſeruicio, he querido manifeſtar el particular conſuelo, y guſto que en mi hà occaſionado, dando os muchas gracias, y encarquandeos (como lo ago) procurers ſe proſiga en tan buen intento haſta llegar a la perfection de obra tan piadoſa, aſſecurando que eſte ſeruicio conſeruare en mi memoria como lo acudirà la experiencia in quanto ſea del honor, y conueniencia por vueſtra religion, y es pero que facilitereis por vueſtra parte qualquiera dificultad que ſe pueda oponer a la breuedad de ella, lo qual meſera de toda gratitud de San Lorenzo el real, a venti nueue de Octubre del mil ſeicientos, y ſeſſanta y ſeis años. Io el Rey lugar del ſello. Per mandado del Rey nueſtro Señor; D. Ioan Antonio Lopez de Zarate.

REGESTI
PARS TERTIA,
APPENDICES, ET NOTÆ
In vniuerſam Hiſtoriam.

HVius partis peculium eſt quod ſupra omnibus præmiſi; nihil idem ſimul factum et perfectum eſſe. Nullus trames tam ſibi ſimilis, nulla orbita tam equalis, quæ non aliquando gibbum attollat, et ſalebra aliqua aſperetur. Vnde et viatori diu gradienti ignocendus eſt lapſus ſi quando impingit.

Atque opere in lungo fas eſt obrepere ſomnum

Centum annis circumferor hic hiſtoricus, venia dignus ſi aliquando deuius; eo magis quoniam ipſe mihi pedagogum ago, vt ſi quis Ariſtarcus properet ad hæc corrigenda peniteat eum auſus, quando inuenit omnia correcta. Ex appendicibus autem.

Prima ſit.

Quod noſter Sanctus Pater Valeſius, quibuſdam trinominus fuit, ante Fælicem Hugo, ante Hugonem Simon, ita enim aliquis de eo quod ſufficit inueniſſe; nam tanti non refert. Et primum illud dudum in deſuetudinem habijt, non minus, quam veteres Veii: Iam enim teſte *ſloro laboret fides Anaaliom vt vtios fuiſſe credamus*.

Pag. xxxviij. Archiepiſcopum *Vituicenſem* legendum' eſt *Buturicenſem*; qui tamen error ſano iudici erit venialis, videtur enim inde proueniſſe quod Hiſpani (à quibus monumenta aliqua accepi) ſcribunt ſubindè B. pro V, et viciſſim Græcos ſequuti qui quidem ſoribunt Betted pronunciant vita. Neque tamen typographas in totam excuſo.

Pag. xlvj. dicitur S. *Fiacrius* aſcendiſſe Montem *Brodelia*, et verà, in Epiſcopatu *Ambianenſi*; hodie non æque verè, ſed magis in *Meldenſi* Neque tamen textus proindè temerè eſt carpendus, qùm conſtet Epiſcopatus Galliæ longe aliam Hierarchiam, ac dicißionem olim ſubiiſſet ab ea quam hodie præfert. Solus *Ioannes* Vigeſimus ſecundus Epiſcopatum Toloſanum Narbonenſi ſubductum in quinque alids diuiſit, ex quibus eſt ille Appamiarum, cum tamen e contra *Benifatius* Octauus eam Vrbem Toloſano auulſam ſubdiderit Metropoli Narbonenb. In eadem Gallia Epiſcopatus Maleacenſis delibatus eſt ex Diœceſi Pietauienſi. Luxuuenſis item ex eodem. Ille Sancti Flori detractus eſt Claramontano, Arelatenſis hodie Metropolis eſt, olim ſuberat Vienenſis, quod etiam ſine periculo de Aueniomenſi dixeris. Quid ergo mirum ſi Mons Brodelia, qui hodie inter Meldenſia numeratur, olim alteri Epiſcopatui fuerit aſſignatus?

In Corpore Tomi pag. 52.

Anno Chriſti 1199.

IN monumentis ad me tranſmiſſis legebatur *Innocentius* Pontifex voluiſſe prouchere S. Ioannem à Matha ad Epiſcopatū Oſtienſem vt ità opportunius eum poſtea promoueret ad purpuram Cardinalis, quam apud ſe ei iam tum à principio deſtinauit. At enim horum Auctores videntur ſui Ordinis ſita magis caluiſſe quam illa Romanæ Eccleſiæ. In hac enim Epiſcopus Oſtienſis eo ipſo eſt Cardinalis, et quidem primus Epiſcoporum, tantum abeſt vt Epiſcopatus ille ſit gradus ad Cardinalatum. Et ne dicatur tanta huius ſedis dignitas cum Innocentio cepiſſe, ipſiusmet tempore illius Titularis fuit *Octauianus*, et ſuffragium tulit in eius electione. Adhuc anterius ſub *Cæleſtino III.* eius prædeceſſore talis fuit ille Epiſcopus Oſtiæ. Adhuc plurimo anterius *Gregor.* Pp. VII. creauit *Ottonem* ſiue Oddum Epiſcopum Cardinalem Oſtienſem.

Verùm quidem eſt quod redeundo ad antiquitatem, ſi altè pergas, non occurret tibi illius Eccleſiæ, ſed nec vllius Epiſcopus Cardinalis; nam ſub S. *Gregor.* II. qui ſedit anno 231. recenſentur tantum Diaconi, et Præsbyteri Cardinales: ſed non longè, abibis inde ad nos pergendo qùm incides Cardinales Epiſcopos: nam *Paſchalis* II. anno 1009. inſtituit Epiſcopos Cardinales decem, qum hodie ſit tantum ſex et ſub S. *Marco* Papa, qui ſedit anno 339. Epiſcopus Oſtien. Pallii vſum obtinuit quod tamen non ſequitur ſimplicem Epiſcopatum, ſed aut Sedem Metropolitanam, aut Patriarchalem, vel certè ſuffraganeam Romani Pontificis quales ſunt ſex illi qui ipſi in ſacris aſſiſtunt, in quibus primus eſt Oſtien.

Anno 1204. *num.* 4. *pag.* 52.

POſt verba *Saceamenta Eccleſiæ miniſtrarent*, ſubdatur, quæ omnia confirmata approbata, et præcepta per D. Epiſcopum partibus inuiolabiliter obſeruare, dictæ partes, ſcilicet dictus Præpoſitus, dictus D. Gulielmus Buonuini pro ſe, ac capitulo ſupradicto, et prædictus Frater Nicolaus Miniſter vt ſupra pro ſe, et aliis Fratribus dictæ Domus, præſente ibidem Fratre Alardo Miniſtro totius Ordinis ſupradicto, præſentibus omnibus conſentiente, et ea rata habente emologauerunt, et expreſſe rata habuerunt, et firma, et ad maiorem prædictorum omniùm firmitatem, tam dictus D. Epiſcopus, Præpoſitus, et Capitulum dictæ Sedis, dictus Miniſter iuſſerunt præſentem paginam ſuorum ſigillorum munimine roborari. Actum in Aula viridi rotunda ipſius Domus Epiſcopalis Maſſilien. anno Domino Milleſimo, ducenteſimo, ſeptuageſimo, Indictione tertia decima, ſexta nonas Iulii. Teſtes fuerunt dictus Ioannes Officialis Maſſilienſis. D. Bernardus Figueri Cappellanus Domus Epiſcopalis, Ioannes de Raſſano Prior S. Canati, Bertrandus de Fauix Notarius, Pontius Prior de Seſaratio, et Ego Ioannes de Portali Notarius publicus Maſſilienſis, ac Comitatum Prouinciæ, et ſolqualquerii, qui et latus ſcripſi, et ſigno meo ſignaui.

Anno

Anno Chriſti 1201. *Num.* 5. *pag.* 42.

LEgitur S. Ioannes plures vtriuſque ſexus non vulgaris conditionis admiſiſſe in ſuum Ordinem, et fæminis extruxiſſe Monaſterium quæ aliis agita, infra ad annum 1236. videri poteſt quædam et oppoſitio mei mecum, nam anno proximè citato num. 4. videor aſſeruiſſe primitias Monialium Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis dedicatas eſſe, ac Deo deuotas in Sereniſſima Infante Aragoniæ *Conſtantia*, quæ ceteras ſignum ſubſtulit, et præuit exemplo continentiæ, ac clauſtri. Sed ideo non pugnant, qui aliter æſtimanda eſt Religio Theologis, et aliter vulgo; huic enim ſatis eſt videre quo habitantes Virgines quæ iungi Maritis nolunt, ſi qua interim conditione, aut colore veſtis à cæteris ſecernantur. Illi autem probè nolunt non ſufficere priuatam pietatem ad conſtituendum publicum ſtatum. Neque S. *Ioannes* potuit ſua ſolius auctoritate obiter et per viam inſtituere Ordinem Religioſum feminarum ſine ſcitu, et ſuffragio Pontificis; quin pro ſuo virorum ordine debuerit toties Romam proficiſci, vt refero ad annum ..... et ann.

Itaque Monaſterium illud fuit reculſorium quoddam libertim feminarum aliquot, quæ conceperunt ſpiritum gratiæ et præcum; qualè hodie videmus in Belgio ab huiuſmodi habitari, et noſtri Ordinis Franciſcani Tertiariæ aliquæ exibent, quæ tamen verè Religioſæ non ſunt, qum poſſint adhuc nubere. Vnde et confirmatur criſcis, quæ inter illas quas S. Ioannes collegit vtrique aderant aliquæ, imo primores fuerunt coniugatæ qum contulerint ſubſidia pecnniaria obbundanter ad Captiuorum redemptionem, quod non poſſunt facere puellæ ſub parentum diſciplina degenres: abſit autem vt tales poſſint interim reddi Religioſæ niſi ex virorum conſenſu, de quo non conſtat, adeoque.

Itaque Sereniſſima *Conſtantia* talis hic fuit, qualis Sancta Virgo, et Sanctarum auſpex *Catharina* Senenſis quam ſequi ſe profitentur omnes Ordinis S. P. Dominici filiæ, quæ Clauſtris ſe includunt; et tamen ante ipſam plurimæ fuerunt S. P. diſcipulæ, nec ipſa illarum Ordinem incepit, ſed ſubiuit inceptum. In Religionibus etiam virorum ſimili quid occurit, nam nobiliſſima, et antiquiſſima illa PP. Ciſtercienſium cenſetur, atque etiam appellatur S. *Bernardi* qum tamen S. Bernardus eam non inſtituerit, ſed inuenerit inſtitutum, à S. *Roberto* qui eſt verus Pater familiæ illius; S. autem *Bernardus* non item non auſpex, aut, author, ſed auctor.

Reconfirmo totum ex hac ipſa hiſtoria, nam anno Chriſti D. 1211. Relig. 17. D. *Angelina*, D. *Berengarij* Vxor volens ſeculo renunciare reddidit ſe ſolummodò donatam in hoc ordine ac profeſſione. Certe autem ſi anno quarto Religionis fuiſſet inceptus Ordo Sancti Monialium eiuſdem, vtique ipſa cum intraſſet, nec ſubſtitiſſet in gradu inferiori, et ſemi-ſeculari. Idemque eſt de vxore D. Petri de Pedibus; que à Spiritu ſtocata ex ſtatu coniugali adhunc Ordinem, non ſanctimonialem, ſed Donatam, ſiue Tertiariam egit. Et tamen id omne contingit triginta annis, poſterius quam collectæ forent fæminæ in Domo illa S. Ioannis.

Hæc eſt quod dicas S. Ioannem dediſſe illis regulam; quam etiam ſpopondetinr; nam etiam S. Franciſcus dedit popularibus ſuis vmbris vtriuſque ſexus adhuc Coniugio illigatis, idque in Domibus propriis Regulam et legem, vitę, et diſciplinæ; neque tamen vllum tam ſtupidum expecto, qui contendat eum reddidiſſe viros Monachos, aut eorũ vxores ſanctimoniales.

Vu *Anno*

Anno 1207. Num. 2. pag. 64.

LEgitur quod in Monte Brodelia prouincia Prouinciæ in Gallia penes Vrbem Dignam vbi olim degerunt SS. Ordinis Patriarchæ Ioannes, & Felix, ſed anterius Sanctiſſimus Fiacrius Hibernus omnes ſingulique lapides formam Crucis gerunt &c. aparet quam ſit arduum vni ſeruire duobus; quam non conſultum à pluribus doceri. Monumenta ad me primitus tranſmiſſa tradunt quod hoc loco textus, alia autem referunt negotium ad Montem *S. Vincentij*; Et priorum autor videtur parcè Geographus in patria alterius, ac viciſſim. Sed vtraque videntur conciliari poſſe, quia quamuis ambo montes à ſe interuallo terrarum abſint, tamen quamdam coherentiam ſeruant. Audiendus. *Paulus Merula* Princips Coſmographus noſtri qui part. 2. Geog. lib. 3. de montibus Galliæ: *Non mirùm multa montium nomina vtroque numero* (id eſt ſingulari, ac plurali) *vſurpata reperiri, qum vnus mons in multa aſſurgat iuga, & in plura quaſi membra diffundatur*. Vnde montes non ſemper deſinunt vbi creduntur ſed ſubſidiunt alibi deinde eleuandi. Et omnino id terræ contingit quod aquis; nam ſinus ille maris quem Mediterraneum vocamus, à regionibus quas alluit varia inuenit nomina, Ibericum, Liguſticum Tuſcum, & ipſe Oceanus idem ſine dubio ſibi modo Attalanticus, alias Gaditanus, Arabicus, Perſicus eſt,

Iam ad Vrbem regrediendo illa *Digna* vocabulo magis latino *Dijnea* vt Ortelius tradit, *Vrbs eſt in Ebroduntijs Plinio, in Centij Ptolemæo: Seutus qui eam vocat De noi, pro Ebroduntijs legit Bodiantios*. Auctor Onomaſtici annexus Ambroſ. Cal. *Dina* inquit *Bodentiorum eſt oppidum ad lacum lemanum Allobrogum*. Vides ipſos ſoli ex profeſſo metatores, tam in manè diſcordes, vt venia dignus ſit Hiſtoricus ſi tum aliquo eorum erret, qum impoſſibile ſit omnes ſcopum veritatis ferire.

Notetur.

IN hoc volumina produci Inſtrumenta quædam publica, ac Diplomata Principum ſubinde mutila, quibus dictiones aliquæ deſunt ob vetuſtatem, & cariem ſcriptorum, quibus maluimus permittere vacuitates illas, quam ſubſtituere de proprio vlla etiam ſimilia vero. Sufficit nobis in illis legi quod noſtrum erat, & iam tum præſenti tractatui fauebat. Sic Apoſtolus Paulus Act. 17. aræ Athenienſis in ſcriptionem allegauit biuerbio illo *Ignoto Deo*; qum tamen illa longe prolixior fuerit. Audiendus *Oecumenius*, qui de hoc ſcribens; Tota inquit aræ inſcriptio hæc hæc erat Dijs Aſiæ, & Europæ, ac Libiæ Deo Ignoto, & peregrino.

Notetur item.

QVod hic interim occurrent lectori vocabula aliqua barbara, nec latina ſatis, aut Romana illa, nec Ciuitate donata. Non dubitet autem potuiſſe illa elegantius ſcribi, niſi vſus ius quoddam feciſſet improprietati, itavt adhibita latina, tam hiſtoriç ſcitum, quam lectoris mentem confunderent. Cauſa exempli: Capitaneus, ſi latinè Dux dicatur, dubium relinquetur, an non ſignificet dignitatem Regiæ vicinam ſuper-

ſupergreaſſm Comites, & Marchiones. Itaque in his debet vſui eſſe Auguſtinus, qui in commentario Pſalmi 138. verſic. 14. eius legit. *Non eſt occultatum oſſum meum à te quod feciſti in oculum*, qum tamen nos legamus *os meum*. Quia nimium vidit ſanctus Vir *os* ambiguum eſſe, et intelligi poſſe ſiue os oſſis, ſiue os oris: Et ſubdit. *Irrideant nos Grammatici dummodo intelligant nos populi*.

Tertio item.

ME innumerandis Epiſcopis, et Cardinalibus, itemque Operibus authorum huius Sacri Ordinis, parcum, ac ſobrium fuiſſe, non ſcitu, ſed cautela. Quamuis enim à ſcriptoribus ipſius Ordinis in quoque genere exiſtis multi numerentur, qum tamen apud alios, qui talium indices texunt non legantur, malui tacere eos, quam importunè intrudere infulis iam tum reſpuiſſe. Denique ex libris horum pauci, hac Prima centuria prodiuerunt.

IDEX OPERIS
SYNOPSIS INDICVM

Qui quinque ſunt:

Primus locorum S. Scripturæ, qui in opere producuntur.
Secundus ſ.ſ. Apparatus.
Tertius copioſus rerum nota dignarum totius hiſtoriæ.
Quartus ſententiarum, ſiue prouerbiorum quæ Operis inſperſæ leguntur.
Quintus nimio amplior errorum quæ opifices calcografi plerumque opere imprimendo commiſerunt.

INDEX LOCORVM BIBLICORVM.

Veteris Teſtamenti Geneſis.

Cap.2.verſ. 18. *non eſt bonum hominem eſſe ſolum faciamus et adiutorium.*
Cap. 12. verſ. 18. *Ibat Abraham pergens porro.*
Cap. 49. verſ.25. Benedictionibus *Cæli deſuper, benedictionibus abiſsi tacentis deorſum, benedictionibus Vberum, & vuluæ.*

Exodi.

Cap.3. verſ.13. Ego ero tecum, & *hoc habebis ſignum quod miſerint te, qũmq; duxerim populum meũ de Egypto, inuocabis Deum ſuper montem iſtum.*
Cap.4. verſ.20. *Reuerſus eſt Moyſis in Egyptum portans Virgam Dei in manu ſua.*
Cap.17. verſ.18. *Atrium Tabernaculi centum cubitos occupabit.*
Cap.23. verſ.20. Mitto *Angelum meum qui præcedat te, & cuſtodiat in via, & introducat in locum quem præparaui.*

Deuteron.

Cap. 32. verſ. 13. *Sugeret mel de Petra, oleumque de ſaxo duriſſimo.*

Iudic.

Cap. 13. verſ. 5. *Erit Nazaræus Dei ab infantia ſua, & Matris Vtero; & ipſe incipiet liberare Iſdrael de manu Philiſtinorum.*

2. Reg.

Cap. 24. verſ. 1. *Addidit furor* Do*mini iraſci contra Iſrael.*
Cap. 11. verſ. 11. *Arca Dei, & Iſrael, & Iuda habitant in Papilonibus &c.*

3. Reg.

Cap. 17. verſ. 1. *Dixit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad. Viuit* Dominus.

4. Reg.

4. Reg.

Cap. 2. verſ. 9. *Fiat in me ſpiritus duplex.*

Pſal.

Cap. 15. verſ. 6. *Funes ceciderunt mihi in preclaris.*

Cap. 35. verſ. *Vidi Impium exaltatum ſopra cedros libani, tranſiui, & non erat.*

Cap. 44. verſ. *Adſtitit Regina à dextris circundata varietate.*

Cap. 125. verſ. 1. *Inconuertendo Dominus captiuitatem ſion.*

Prouerb.

Cap. 30. verſ. 16. *Conſiderauit ſemitas Domus ſua.*

Eccle.

Cap. 3. verſ. 2. *Tempus ſeminandi, & tempus metendi.*

Cap 4. verſ. 9. *Melius eſt duos eſſe ſimul, quam vnum.*

Eccli.

Cap. 1. verſ. 8. *Ipſe Altiſſimus Creator Omnipotens ſedens ſuper Tronum &c.*

Cap. 30. verſ. 4. *Quaſi non abijſſet ſimilem enim ſibi reliquit.*

Iſai.

Cap. 2. verſ. 4. *Non leuabit gens contra gentem gladium, nec exercebuntur vltra ad prælium.*

Cap. 6. verſ. 8. *Quem mittam, & quis ibit nobis.*

Cap. 52. verſ. 7. *Mundamini qui fertis vaſa Domini.*

Cap. 58. verſ. *Frange eſurienti panem tuum.*

Ezechiel.

Cap. 9. verſ. 4. *Tranſi per mediam Ciuitatem in medio Hieruſalem, & ſigna Tau ſuper frontes Virorum gementium, & dolentium ſuper cunctis abominationibus, quæ ſiunt in medio eius.*

Daniel.

Cap. 13. verſ. 45. *Suſcitauit Deus Spiritum Sanctum pueri iunioris.*

Cap. 48. verſ. 34. *Domine Babylonem non vidi, & lacum neſcio.*

Amos.

Cap. 3. verſ. 6. *Non eſt malum in Ciuitate quod non fecit Dominus.*

Ibid. 7. *Quia non faciet Dominus Deus Verbum, niſi reuelauerit ſecretum ad ſeruos ſuos Prophetas.*

Zachar.

Cap. 8. verſ. 19. *Pacem, & veritatem diligite.*

1. Mach.

Cap. 12. verſ. 51. *Cum videret quia res eſt pro anima.*

Noui

Noui Teſtamenti.

Matth.

Cap.4.*verſ.*10,*Vade ſatana.*
Cap.6.*verſ.*14.*Nemo poteſt duobus Domnis ſeruire:*

Luc.

Cap.1. *verſ.*13. *Ne timeas quoniã exaudita eſt Oratio tua, & Vxor tua pariet tibi filium.*
Ibid. *verſ.* 17. *Ipſe prçibit ante illum in ſpiritu, & virtute Eliæ.*
Ibid. *verſ* 36. *Ecce Eliſabet Cognata tua.*
Cap.2. *verſ.*42. *Cum factus eſſet Ieſus annorum duodecim.*
Cap.7. *verſ.*34.*Venit Ioannes non manducans, neque bibens.*

Ioan.

Cap.21. *verſ.*17.*Paſce Oues meas.*

Act. Apoſt.

Cap.9. *verſ.*6.*Domine quid me vis facere.*
Cap.12. *verſ.* 11. *Nunc ſcio verè quia miſit Dominus Angelum ſuum.*
34. *Beatius eſt dare quam accipere.*
Cap.17.*verſ.*23.*Ignoto Deo.*

I. Corinth.

Cap.10. *verſ.*24. *Petra autem erat Chriſtus.*
Cap. 12. *verſ.*31. *Nunquid omnes Apoſtoli, nunquid omnes Prophetę.*

Cap.9.*verſ.*6.*Qui parcè, ſeminat, parcè, & metet.*
Cap.12. *verſ.*7. *Ne magnitudo reuelationum extolleret me, datus eſt mihi ſtimulus Carnis qui me colaphizet.*
Ibid.9. *Virtus in infirmitate perficitur.*

Galat.

Cap. 1. *verſ.* 1. *Non ab homine, neque per hominem.*
Cap. 6. *verſ.*15. *Quicumque hanc regulam ſequti fuerint.*

1. Timoth.

Cap.1.*verſ.*4. *Intendentes genealogijs interminatis.*

Hæbr.

Cap.11.*verſ.*10.*Expectabat fundamenta, habentem Ciuitatem.*

INDEX SECVNDVS

§.§. APPARATVS

PARS PRIMA.

TESTIMONIA AVTHORVM

Qui Opera ſua typis vulgarunt, de noſtro Bonauent. Barone, & omnia.

VT illis fides adhibeatur, quem lectores vident tot ſcriptorum ſtylis tam facundè celebratum.

PARS

PARS SECVNDA

Teſtimonia plurium:

Dignitate, & doctrina præſtantium ſuper amplitudine, & ſanctitate eiuſdem Sacri Ordinis Redempt. Captiuorum.

§. I.

Summi Eccleſiæ Pontifices.

§. II.

Cardinales, & Epiſcopi.

§. III.

Probatio Authores.

Qui huius Ordinis cum honore meminerunt.

PARS TERTIA

De ipſo in ſe Ordine.

§. I.

Scopus Ordinis.

§. II.

Omnes huius Ordinis inſtituendi.

§. III.

Aliud Oraculum adhuc propius.

§. IV.

Vnius Ordinis gemini inſtitutores.

§. V.

Dignitas Veſtis huius Sanctiſſimæ Religionis.

§. VI.

Titulus huius Religionis.

PARS QVARTA

Super Patriarchis Authoribus Sacræ Religionis.

§. I.

Incipiendum eſſe à Sancto Falice.

§. II.

Conditio Eccleſiæ Catholicæ in Ortu S. Felicis.

§. II.

Status ſeculi.

§. IV.

Aſsignantur Annus, item menſis, & dies Natales noſtro Hugoni.

§. V.

Patria Hugonis.

§. VI.

Regia Nobilitas noſtri Hugonis, etiam Cæſarea Auguſta.

§. VII.

Heroica facinora Raynulphi patris noſtri B. Hugonis.

§. VIII.

Hugo infans à matre, Deo offertur in templo per manus S. Bernardi.

§. IX.

Hugo vix dum trimulus, ab Innoc. Pp. II benedicitur.

§. X.

Præludia miſericordiæ in pauperes pueri Hugonis, & exercitiã adulti.

§. XI.

§. XI.

Pro explicanda deſcribuntur Theobaldi Comitis Virtutes.

§. XII.

Profectus Hugonis ſub ipſo pedagogo.

§. XIII.

Beneficentia Hugonis, & ſuorum miraculis approbata.

§. XIV.

Alia Hugonis educatio apud Claram vallem.

§. XV.

Hugonis fortuna aduerſis pulſata.

§. XVI.

Hugo in Aulam à Rege Ludouico Conſobrino ſuo vocatur, vbi de portento ab eo patrato.

§. XVII.

Hugo febre corripitur.

§. XVIII.

Hugo Cruce Belli ſacri pro recuperanda Paleſtina ſignatur, & quæ ei interim acciderunt.

§. XIX.

Hugo ſacris Ordinibus initiatus, abdicat ſe patrimonio, & nomen mutat.

§. XX.

Hactenus Hugo, iam Felix ſolitudinem ſubit à S. Fiacrio Hiberno incolatu ſuo conſecratam.

§. XXI.

Sanctitas, & Miracula Beati Fiacrij breuiter perſtricta.

§. XXII.

Fælix Fiacrio ſuccedit, non loco magis quam meritis.

PARS QVINTA

Super S. Ioanne de Matha, Sacri Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis altero Patriarcha.

§. I.

De Patria Sancti Ioannis.

§. II.

Annus, menſis, dies natalis eidem; item Principes iam tunc Orbi imperantes.

§. III.

Inſignia familiæ Mathaplanæ.

§. IV.

Omen, & Vaticinium cæleſte ſuper Ioanne nec dum nato.

§. V.

Præludia Sanctitatis, in Ioanne adhuc infante.

§. VI.

Ioannes adoleſcentis probitas, & pulchra educatio.

§. VII.

Ioannes aliorum iuuenum petulantia offenſus cogitur Aquis, Sextijs abſcedere. In Eremum ſecedit.

Vbi

Vbi à Diabolo tentatus triumphat.

§. *VIII.*

Diuinitus admonetur ſtudij repetendi. Vnde domum regreſſus, Pariſios amandatur.

§. *IX.*

Inter ſtudia, pietatis proſequitur exercitia. Accipit Doctoris munus, & Cathedram Magiſtralem.

§. *X.*

Ioannes ſacri initiatus primitias ſui Sacerdotij celebrat, vtrobique cæleſti prodigio nobilitatis.

§. *XI.*

Cæleſti Oraculo ſignificatur Ioannes cum ſocijs deſtinatus captiuis redimendis.

§. *XII.*

Ioannes patrem amittit, Pariſios repetit, ibique Cathedrali Canonicatu potitus; clam fugit in Eremum.

§. *XIII.*

A Dæmone vexatus, monetur aliò migrandum; Ad iter accipit Angelum Ducem, & amittit.

§. *XIV.*

Accedit ſpeluncam S. Fælicis, à quo admittitur in ſocietatem.

§. *XV.*

Oſtentum Cerui cornibus Crucem geſtantis Diuinum Oraculum, quo ambo Anachoretæ Romam amandantur.

§. *XVI.*

Ambo Anachoretæ Romam pergunt, ſed in primis Pariſios Vnde in Vrbem ab Angelo ducuntur.

PARS SEXTA

Adhuc Amplius.

Peculium Huius Sacri Ordinis explicatur.

§. *I.*

Pontifices ſub quibus cepit.

§. *II.*

Tempus inſtituti Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis Redemptionis Captiuorum.

§. *III.*

Titulus huius Sacri Ordinis.

§. *IV.*

De Veſte, ſiue habitu huius Sacri Ordinis.

§. *V.*

Miracula diuina in fauorem Habitus Trinitarij.

§. *VI.*

Admonitus lector in anteceſſum ſuper calculo annorum in ſequentibus ſeruando.

INDEX TERTIVS

Rerum ſumme notabilium totius Operis

Primus numerus Apparatus eſt Partis eiuſdem ſecundus §. Primus Tomi indicat annum Chriſti D. ſecundus eſt marginalis, qui etiam ſæpe ommittitur.

A

AEdes lauretana ex Paleſtina in Italiam tranſlata. An. 1294. num. 2.
Alardus de ſtirpi quis? Et quantus? An. Chriſti ..... num...
Albericus in tyrannide ſuccedit fratri ſuo Exelino an. 1160. num. 1. A Pontificio legato captus, et caſtigatus ibid.
Albigenſes bellant cum Comite Toloſano. An. 1212. n. 2.
Alexandri Pp. IV. obitus, et Encomia. An. 1261. n. 1.
Alexander III. Scotiæ Rex obit, et qualis. An. 1290. n. 1.
Alexius Græcorum Imperator perfidus, et crudelis in ſuos. Ann. 1199. n. ſe. 1204.
Alumni illuſtres Cęnobij Ilargitirani Ordin. Trinit. an. 1280. num. 4. ſingulariter vſus n. 5.
Angelus in prima Miſſa S. Ioannis à Matha apparet candido veſtimento, et Cruce bicolore ſignatus. Apparat. part. 3. §. 5.
Alfonſus Rex Aragonum moritur. An. 1291. n. 1.
Alfonſus Roman. Vide infra Rudolphus.
Andreas ab Agrimonte qualis? An. 1242. n. 6.
Annona miraculosè prouiſa, fęminis Trinitarijs. an. 1201. n. 5.
Aprilis menſis cur ita dictus? Appar. par. 4. n. 2.
Arnolphus Eccleſiaſtes occulte occiſus à Romanis quos repræhendit. Ap. p. 4. §. 3. num. 2.
Archinus Hibernus Ordinis Trinitarij Floret an. 1281. n. 4.
Auguſtinus ſententia de Sacramentis Appar. par. 5 §. 3. n. 1.
Auguſtinus Galganus Ordinis Trinitarij qualis? An. 1244. n. 6.
Author quæ multis opportunus ad huius hiſtoriæ contextum In Prologo.
Ab alijs Authoribus celebratus pluribus encomijs. Apparat. part. 1. per totam.
Deplorat iacturam aliquot conuentuum huius Ordinis, et monumẽtorum eorumdem. An. 1208. n. 4.
Authoris opera aliqua ab eo nuper in Hetruria elaborata. Regeſti part. vltima

B

BAlduinus fit Imperator Conſtinopolitanus. An. 1204. n. 1.
Mittit Hyeroſolimis Sacras Reliquias Philippo Regi Gallorum. An. 1205. n. 2.
Moritur infęliciter. An. 1205. n. 1.
Balduino ſubſtituitur Enricus eius germanus in Imperio Conſtantinopolitano. An. 1206. n. 1.
Benedictus Cardinalis Caetanus fit Bonifatius Papa VIII. An. 1295. n. 1. ſed inauſpicatò 1296. n. 1.
Berengarius ab Angularia, et Angelina eius Coniux Deo mancipantur in Sacro Ordine Trinitar. An. 1227. n. 5. Eodem ipſo Anno Vir obiit.

Inſigni dono afficiunt Ordinem Sā-ctiſſimæ Trinitatis. Ann. 1214. num. 18.

Boleslaus Dux Poloniæ peregrinatur in Gallias ad ſeppulchrum S. AEgydij Appar. par. 4. §. 3. n. 1.

S. Bruno expertus prouidentiam D. Dei in principio ſuæ Religionis Appar. par. 3. §. 4.

C

CAbalus liber Hebræus quando ſcriptus? Appar. par. 4. §. 3.

Cędes Gallorum in Sicilia vulgo Veſperæ Siculæ, An. 1280. num. 2. item 1281. n. 2.

Cęleſtinus abdicat ſe Summo Pontificatu. An. 1295. n. 1.

Carolus à Spiritu S. Ordinis Trinitarij quis, et qualis? An. 1277. n. 3. ſcripſit de Immaculata Concept. Virg. Ibid. n. 4.

Celebratio Sacri perpetui fundatur PP. Trinitar. apud Conuentum *Honor Dei*. An. 1249. n. 7.

Ceruus quidam comitatur SS. Ioannem, & Fęlicem Romam. An. 1. num. 2.

Eius occaſione inſtituitur diſſertatio de ceruorum candore. ibid. num. 13.

Cerui frigidi conuentus primus ex Trinitarijs incipit. An. 1198. n. 9. Prouehitur ad magnificentiam pianè Baſilicam, ibid. nu. 14. Eius priuilegia ibid. Comitia Ordinis Trinitarij primò-prima ibi celebrata, n. 17.

Chronologia Conuentus Viuarii. An. 1243. n. 5.

Comitia Pariſienſia apud PP. Trinitarios celebrata. An. 1291. nu. 6.

Chunnus Hungarię Rex moriens relinquit Regnum multis procis appetitum. An. 1290. n. 2.

Collegium Hieroſolymitanum PP. Trinitar. An. 1219. n. 3.

Concilium magnum Lateranen. Romæ celebratur ab Innocentio Pp. III. an. 1215. n. 2.

Concilium Grętorum Nymphex quo exitu celebratum. Au. 1233. num. 4.

Conradus Imperator leuiter Ludouicum Regem deſerit in expeditione belli Sacri. Appart. p. 4. §. 15. n. 2.

Conradus Federici Secundi F. Fratrem ſuum occidi imperat, An. 1253. n. 2. Ipſe veneno perit. ibid.

Concurſus Cruce- Signatorum in expeditione ad Terram Sanctam. An. 1218. n. 1.

Conſtantia Infans Aragoniæ primaria Sancti monialis Ordinis Trinitarii cæteris exemplo præit, an. 1236. num. 4. paciſcitur cum Nicolao Ordinis Generali Miniſtro. Ibid num. 5. vbi etiam profertur publicum Inſtrumentum pacti. Moritur, & ſplendidè ſeppellitur. an. 1252. n. 6.

Alageuſis in Aragonia, an. 1218. num 2.

Andriguenſis 1221. 3.

Angulariæ 1206, 3.

Conuentus qui in hac prima centuria Ordini Trinitario ſurrexerunt

Antiochen. 1252. 3.

Amachanus in Hibernia 1291. 2.

Arelatenſis 1203. n. 5

Aureæ Vallis 1254.

Barchinenſis 1256. 6. & 7.

Barcenſis 1206. 5.

Belluarenſis 1258. 3.

Bartenſis in Scotia

Beneficenſis 1297.

Bethelemiticus 1215. 4.

Beluarienſis 1258.

Braia 1206. 5.

Cantabrens. 1224.

Caſtri noui 1204. vlt.

Cæſaræ Paleſtinæ 1278. 2.

Cateneſens. 1225.

Cerui frigidi an. 1. n. 9. & 14.

Ceuicar. 1229.

Compendii 1265.

Conuordenſis 1328.
Cordubenſis 1236.3.
Crenack 1271.n.3.
Cuprenſis 1277.
Dalmaticus 1199.
Daroce 1206.4.
Dertucenſis 1211.5.
Duacenſis 1293.3.
Dumeniens. 1279.
Dumblanenſis 1247.3.
Dundalci. 1296.
Elginen. Vide Morauien.
Etherenſis 1253.
Falconens.
Faſili 1252.3.
Flansbingenſis 1267.
Fontis Bleaudi 1259.2.
Hiſpalenſe 1248.
Hucenſis 1241.
Hondiſcote 1200.n.3.
Heſtonenſis 1237.
Houſton 1226.2.
Hunſtouienſis 1231
Huſſens 1293.
Iaenſe 1249.
Iliturgitanus 1251.3.
Inter-Eccleſienſis. 1208.
Lancaſtrenſe 1276.
Lerinenſis. 1251.3.
Limericenſis 1235.5.
Limiſſionenſis 1262.
Leuuicarum in Prouincia 1229.5.
Lugduni Batauorum 1292.n.3.
S. Mariæ Vallis
Malſilienſis 1205.
Alauritaniæ 1261.3.
Meldenſis 1213.4.
Melrenſis 1216.4.
Moncomenſe 1282.
Meconnenſe 1269.
Montis Peſulani 1216.3.
Montis Serrati 1212.16.
Morauienſe 1296.
Murciæ
Narbonæ 1274.4.
Nazareth. 1263.6.
Noruicenſe 1257.
Oxitaniæ 1233.3.
Olmocenſis 1206.
Oxonienſis 1291.2.
Pacenſis 1273.4. Vide an. 1274.
Palenſiæ 1242.3.
Palmæ Balear. 1232.
Pulteriæ 1239.5.
Paphenſis in Cypro 1225.
Pariſienſis
Perinenſis 1244.n.4.
Plebenſis 1263.4.
Quinsferiens 1297.
Richemundens 1218.
Ruthen. 1289.2.
S. Saluatoris in Campania 1212.7.
Sant'arenæ 1218.4.
Sendacenſis 1238.
Seſabiranus 1259.4.
Sleuecenſis 1257.
Sidonis in Phenicia 1252.2.
Siluellæ 1202.
Siriacus 1279.n.2.
Sirenen 1257.
Tillefort in Anglia 1235.2.
Toloſanus 1227.6.
Trecenſe 1261.
Turolenſis 1208.
Valentinus 1242.
Valiſcoticus 1249.
Valliſoltanus 1256.6.& 7.
Vbediens 1246.4.
Vergellenſis
Viendenſis 1247.3.
Vitriaci 1264.6.
Vliſſiponenſis 1283.
Yrgellenſis 1235.
Zaguntinus 1275.2.
Inter Capitulorum, & Parochos Arelatenſes cum Patribus Trinitarijs. an. 1203. n. 2. & 3.
Epiſcopi, & Capitoli Maſſilienſis cum Patribus Trinitarijs, ibid. num. 4.

Conuentio,

Facta ab iiſdem cum Clero Magolanenſi. 1225.n.3.
Facta cum Epiſcopo Ebtoneſi. 1280. num. 7.
Duorum Regum de Regno Siciliæ: 1283. n. 2.
Conuerſus Cruceſignatorum in expeditionem ad terran ſanctam an. 1218. n. 1.

Cru-

Cruces in parietibus Templi Toloſani argenteæ, & notatiles. 1210 n. 2
Cruces ſignatæ AEgypto exeunt, & Damiatam perdunt. 1221 n. 1.
Daniel Epiſcopus Laonenſis Ordinis Trinitarij 1231 n. 4
Decretum Capituli Generalis Trinitar. ſuper celebrando Officio de SS. Fundatoribus 1292 n. 6
Demonis aſtutia in reuocando Sancto Ioanne ab Eremo. Appar. p. 5 § 7 n. 5 & 6
Dedicatio Eccleſiæ Fontis Bleaudi PP. Trinitar. 1260 n. 6
Digreſſio de cultu duorum SS. Patriarcharum Ioannis, & Felicis 1214 n. 9

Diploma.

Alexandri Pp. IV. pro dedicatione Eccleſiæ fontis Bleaudi. 1260 n. 6
Clementis Pp. IX. definitiuum cultus SS. Patriarcharum Ioannis, & Felicis. 1673 n. 12
Innocent. Pp. III. confirmans Ordinis Trinitarii, cui anno adſeribendum? 1252 n. 5
Honor. III.
Vrbani Pp. IV. pro recuperanda Domo S. Thomæ de Formis à PP. Trinitar. 1261 n. 5 item aliud eiuſdem pro eorumdem exemptione à ſolutione vectigalium. ibid. n. 6
Alphonſi Regis Luſitaniæ quo Ordinem Trinitarium recipit in ſuum præſidium 1218 n. 8
Etmundi Comitis Cornubię pro loco PP. Trinitar. conceſſo 1291 n. 4
Eduardi Regis Angliæ pro Cœnobio Telefordi. 1250 n. 4
Eduardi Alterius (ſi tamen) pro PP. Trinitariis. 1257 n. 4.
S. Ludouici pro Conuentu Fontis Bleaudi PP. Trinitar. 1259 n. 3
Theobaldi Regis Nauarræ pro PP. Trinitar. 1260 n. 3.
Diffidia Germanorum procerum ſuper eligendo Imperatore. 1100
S. Dominicus offert ſe venalem pretio, & captiuitati mancipandum ad liberandum Captiuum. Appar. pagin. 5 § 11 à Chriſto D. libertatem Captiuorum procurandam ad Ordinem Trinitarium pertinere. ibid.
Donatio facta à Petro de Beluis S. Ioanni à Matha. 1201 n. 3.
Duo in Regem Romanorum electi. 1297 n. 1.
Eccleſiæ varietas, & ornamentum ab Ordinibus Religioſis. Appar. p. 3 § 1
Edvvardus Epiſcopus Manapienſis Ordinis Trinitarii, cuius? 1224. n. 3.
Electores Imperii inter ſe diuiſi circa Othonem, & Philippum eligendos. 1207 n. 1
Elias de Oual Ordinis Trinitarii quis; & quantus? 1230 n. 6 & 7.
Epigramata aliquot de Sac. Ordine Trinitario 1244. n. 5
Epitaphium Santij Infantis Aragon. Ordinis Trinitarii 1275 n. 9
Epiſtola è Cælo lapſa de cultu diei Dominicæ 1199.
Ezelinus Tyrannus Italiam turbat 1257 n. 1 Eius, dignus ſcelerata vita, obitus 1259 n. 1
Falco Rex Hyeroſolimorum rouina equi oppreſſus. Appar. p. 4 § 15 n. 1
Familia Lancaſtrię apud Anglos quanta? 1276 n. 4
Feminæ illuſtres Ordinis Trinitarii. 1238 n. 4
Ferdinandus de Pantoia concedit PP. Trinitariis fundum pro monaſterio Toloſano 1220 n. 3
Ferdinand. III. Hyſpaniarum Regis pietas, ſingulariter in Ordinem Trinitar. 1249 n. 4
S. Fælix Valeſius iam conceptus, prophetică viſione dignatus. Appar. p. 4 § 7 n. 3 Natus autem mira-

miraculo: Ibid. n. 4 Regiæ nobilitatis, ac ſanguinis: § 7 n. 2. etiam materna linea: Ibid; n. 4. Offertur adhuc infans D. Deo per manus S. Bernardi Clareualenſis, p. 4 § 9 n. 2 Benedictione ſua caritatem Annonæ compeſcit Ibid. Impetrat committi ſibi curam diuidendæ pecuniæ inter pauperes: Ibid. § 9 n. 2 Chlamidem pretioſam egenti donat, dolens quod eam recuperaret n. 3. Applicatur addiſcendæ picturæ, & interagendum eſtati abſorbetur, ſenſibus ereptus. Ibid. § 11 n. 3 largitus induſium pauperi miraculosè illud recuperat: Ibid: § 12 n. 1 Leproſi curam ſuſcipit, qui deindè mortuus apparuit, gratias agens, & ſignificans ſe Cælo receptum. Ibid. n. 3 Sanat miraculosè moribundum ex præcipiti lapſu ab Equo: Ibid: § 13 n. 4 Ex inde ipſe febre correptus eſt, cuius moleſtias ille in profectum ſpiritus vertit. Ibid. § 14 n. 2 1 & 2 Signatur Cruce belli ſacri pro recuperanda Paleſtina: Ibid: § 15 n. 1 Vt ſe in illa expeditione geſſerit: Ibid n. 2 Ordinatur in Præsbyterum, & nomen mutat: Ibid: § 16 n. 1 Abdicat Patrimonium: Ibid. & n. 2 ſuccedit Sancto Fiacrio Hyberno in Monte Brodelia Anachoreta: Ibid: § 17 n. 1 Prædicit obitum ſuum: An. 1199 n. 2

S. Fælic iam Anachoretæ vitæ aſperitas: Appar. p. 4 § 19 n. 1.

S. Fælici tentationes à Demone illatæ: Appar. p. 4 § 19 n. 2 Aliæ ab auliciis. Ibid. Angeli è cælo coronas, & palmas deferunt: Ib: n. 3 Chriſtus D. ſubinde apparet: ibid. n. vlt.

A S. Felice videtur Chorus Angelorum circumfuſus lecto morientis Theobaldi auunculi ſui. Appar. p. 4 § vlt. n. 4

S. Fiacrius authoris conterraneo hoc eſt Hybernus (quibuſdam Regii Stematis) degit Anacoreta Monte Brodelia: Appar p. 4 § 18 n. 1 Aſperriman vitam ducit cum ſociis conterraneis: Ibid. n. 2 Baculo hrunum ſignans, tametſi leuiter, illam vbique fodit, n. 3 item ſedendo ſaxum ſibi aptat in ſedile, n. 3 Impetrat à D. Deo neque femina cænobium eius ſubeat n. 4 Poſtulatur ad capeſcendum Regnum, ſed renuit. n. 5

Fortuna latinorum & Græcorum planè contraria 1204 n. 1

S. Franciſcus P. N. regreditur ex Syria, ne ſua Religio per F. Eliam laxetur. Appar. p. 3 § 4 An aliquando apud PP. Trinitarios hoſpitatus Ilerdiæ an: 1201 n. 7 An apud eoſdem Burgis 1207 n. 7 item an: 1215 n. 5

S. Franciſci P. N. Vaticinium de obſidione, & pugna Damiatæ 1119 n. 1

Fredericus Sueuus à Principibus Imperii receptus; Otho omni ſpe deſtitutus ad Ioannem Anglum fugit: 1212 n. 1 Coronatur Roman. Imper. Aquiſgrani 1215. n. 1 Ad accipiendum diadema Imperiale, iuramento firmat, pacta cum Sede Apoſtolica inita 1219 n. 1 Ignauus & ignobilis, turpem pacem in Paleſtina init cum Sultano AEgypti 1229 n. 1 Anguſtias patitur in Oriente 1232 n. 2 Miſſo Romam Oratore impetrat a Pontifice Honorio dignitatem Imperialem: 1220 n. Ducit in Vxorem filiam Ioannis Regis Hieroſolimorum 1223 n. 1 Veneno impetitus, crudeliter in Reos animaduertit 1249 n. 2 Fredericus alius impoſtor detectus, & morte raulatus 1250 n. 2 Federici Cæſaris perfidia, impudentia, & ingratitudo erga Eccleſiam 1220 n. 1 Viri ſummè vitioſi edictum contra vitia 1224 n. 1 Inſolentia non tolleranda 1225

1225 n. 1 Facinora quibus meruit ab Honor. Pontifice excommunicari 1226 n: 1 Nouæ turpitudines, & aliæ violentiæ eiuſdem 1228 n. 1 furor in Eccleſiam acceſitis exAffrica Mauris 1237 n. 4 Nominatim in Regulares, potiſſimum Trinitarios n. 6 Horrendæ blaſphemię in Chriſti D. Crucem. ibid. n. 7 Superbia eiuſdem 1238 n. 1 fraus pręuenta à S. Ludouico Rege: ibid. n. 2 Inſolentia, & luſus poeticus in Pontificem. 1239 n. 1 Adhuc alia nefanda ſcelera, & immanitates eiuſdem 1240 n. 1 Repetita perfidia contra pacta conuenta per plures Oratores ab eodem Romam deſtinatos 1244 n. 2 Conatus contra Innoc. IV. nouiter electum 1245 n. 2 Dignus vita obitus. 1250 n. 1

Frederico Cæſari filius rebellat 1236 n. 1 Item alius Fredericus Auſtriacus. Ibid. n. 2

Fulconius Bonat Ordinis Trinitarii floret 1229 n. 3

Geraldus Hybernus Ordinis Trinit. martirio laureatus 1232 n. 8

Germanicus Cæſar voluit ſuum nomen menſi Iunio indi Appar. p. 5 § 2 n. 4

Glibertus Eſſars ex Syria in Belgium miraculosè tranſuectus. 1253 n. 4

Gonfredi III. Baronis Caſtri Brienſis Vxor gaudio exanimata 1250 n. 4

Gregorius Pontifex verè Vaticanus diſtichum Frederici Cæſaris alio ſimili retorquet 1238 n. 2

Gregorii Pp. IX. obitus, & occaſio eius 1241 n. 1 Itemque meritæ laudes 1276 n. 1

Greci recedunt ab vnione facta in Concilio Lugdunenſi 1275 n. 1 Diuiſi in negotio amplectendi fidem Romanæ Eccleſiæ 1289 n. 1

Guido Monteforitius ſingulare pudicitiæ exemplum 1287 n. 2

Item Conuerſionis 1297 n. 1

Guido nepos Regis Galliæ, ſubit Ordinem SS. Trinitatis 1199 n. 12 ſequti eum Epiſcopus, & Abbates. ibid.

Guglielmus Holandiæ Comes ſolemniter vnctus in Regem Romanorum. 1252 n. 2

Conradum Frederici II. filium bonis omnibus in Germania priuat. ibid. eius beneficentia 1249 n. 1 Infelix obitus 1256

Guglielmus Miniſter Generalis Trinitar. e viuis decedit 1222 n. 3

Gulielmus Coldeus Hybernus Ordinis Trinitarii floret 1276 n. 2

Henricus Regis Galliæ filius amandatur in Claram vallem educandus. Appar. p. 5 § 13 n. 1 Renuit Domum redire ibique monacum profitetur. ibid.

Henricus Imperator obit 1216. n. 1

Henricus à Gandauo floret 1293 n. 2 Illius ætas, patria, familia, ſcripta etiam. n. 4 Ordo regularis quem profeſſus eſt controuerſus inter PP. Trinitat., & ſeruitas. Ibid n. 8 Satisfit fundamentis PP. Seruitarum pro aſſerendo ſibi Henrico n. 11 Teſtimonia Authorum de condictione Henrici. ibid n. 8

Henricus Alemannus admittitur in Ordinem Trinit 1217 n. 3 An extruxerit ſuis conuentum Conſtantinopoli? ibid. n. 4

Heruæus Pratus fundat conuentum de Vernelio in Neuſtria PP. Trinit. 1205 n. 4

Hieronimus Aſculanus Ordinis S. P. N. Franciſci fit Pontifex nomine Nicol. IV. 1288 n. 1

S. Hildegardis quando floruit. Apparatus. p. 5 § 2 n. 3

Hiſpalenſis conuentus Ordinis Trinitarii incolæ aliquot inſignes 1248 n. 4

Honorius Pp. II. conſcribit exercitum contra Rogerium inuaſorem Apuliæ. Appar. p. 4 § 2 n. 1.

Legat Michaelem Cardinalem Alben. in Gallias, Gerardum Cardinal. in Germaniam, ibid.
Honorius III. in Pontificem electus, qualiter 1217. num. 1. Magno diplomate reconfirmat Ordinem SS. Trinitatis, & donationes omnes ei factas, Ibidem num. 5. Item diſpenſat in rigore præcepti de non equitando, Ibidem n. 6.
Hoſpitium S. P. N. Franciſci apud PP. Trinitarios Ilerdi 1201. n. 7. Apud eoſdem Burgi 1207. Item 1205. n. 5.
Hyberni Ordinis Trinitarij egregiè pro fide pugnaces 1231 num. 6. Pro Captiuis redimendis ſolliciti, & auctori Ibidem num. 5. Plures Martyrio coronati. Ibidem & adhuc num. 7. ſequenti.
Hugo Capetus, & eius poſteri quando, & quomodo regnarunt. Appar. p. 4. §. 7. n. 2.
Hugoſinus Cardinalis Hoſtienſis eligitur Pontifex Gregor. 9. 1227. num. 2.
Iacobi de Vitriaco teſtimonium de Sanctitate Ordinis Trinitarij. Ap. p. 282. n. 2. item an. 240. n. 2.
Iacobus Flemengus Miniſter Generalis Trinitar e viuis abijt, 1257. num. 5.
Ianuenſes alias Genuenſes obſtant ne Imperium Conſtantinopolitanum ad latinos redeat 1260. n. 2.
Innocentius PP. II. Rogerium Siciliæ Regem excommunicat. App. 1489. 4.
In Gallias comedit à Rege inuitatus, Ibidem §. 10. num. 1. S Felici (adhuc Hugoni) Infanti benedicit p. 488. num. 2. à Rainulpho S. Felicis Patre excipitur tam obbedientia, quàm exercitu, Ibidem num. 1. Inuitat Alexium Grecorum Imperatorem ad recuperandam Paleſtinam. Anno 2. num. 1. ſed fruſtra, & cur ibid.
Innoc. Pp. III. qualiter in Pontificem electus anno 1198. num. 1. magna hilaritate excipit Sanctos Ioannem, & Felicem accedentes num. 3. Approbat ſolemniter Ordinem Sanctiſſimæ Trinitatis n. 4. & 16. Conſtituit Sanctum Ioannem æternum Miniſtrum Ordinis generalem, num. 19. promittit illis Domicilium Romæ extruendum. Ibidem Offert illis fundum eius edificandi in Monte Celio, an. 2. num. 3. Dat litteras ad Vultanum Regem Dalmatiæ 1199. n. 8. Demit decimam partem prouentibus Cleri Romani applicandam Bello ſacro pro recuperanda Terra Sancta 1200. num. 1. Opponit ſe Principibus Germaniæ pro Ottone ſaxone 1210. n. 1.
Innoc. III. inter Miſſarum ſolemnia apparet Angelus eum duobus Captiuis in veſte candida, & Cruce ſignata 1201. num. 4.
Innoc. IV. præficitur Summus Pontifex Eccleſiæ 1243. num. 1. Fredericum Ceſaram adhuc contumacem exuit Imperiali dignitate 1246. nu. 1. Addictus Ordini Trinitati concedit ei Priuilegia, & que? 1246. num. 7. 8. & 9.
Donationis Infantis Aragoniæ, vel potius Dotationis Conuentus de Braya 1206 num. 5.

Inſtrumentum.

Donationes factæ PP. Trinitarijs à Ludouico Iuniore 1209. n. 4.
Donationes factæ Conuentui Detucenſi ab Epiſcopo loci, 1213. num. 4.
Item alterius factæ eidem 1216. n 5.
Donationes factę Conuentui Auinganenſi, 1251. num. 4.

Inſtrumentum.

Conuentionis Petri de Monte Cateno, & Abbatiſſæ Conuentus Auinganenſis 1252. n. 4.
Donationis duarum Principum fęmina-

minarum Aragoniæ Infantum Sanctimonialium Innitar. huic Ordini factarum 1229.n.7.

Inſignia S. Ioannis, & familiæ à Matha Appar 5 § 3 n.2.

Inſolentia euiuſdam Angeli Theologi cęlitus punita 1201 n.1.

Inſula Ietinenſis euiuſmodi 1273. num. 6.

Ioannes Anglicus Miniſter Generalis Ord. Trinitat. 1218.num.7 deſignatus Archiep. Rhemen. ibid. num. 9.

S. Ioannes Baptiſta cur dicatur præiuiſſe in Spiritu, & virtute Eliæ, Appar.p.5. § 1. num.1.

Ioannes Epiſcopus Conſtantientis &c liberalis in Ordinem Sanctiſſimæ Trinitatis 1274.n 7.

S. Ioannes à Matha à B. Virgine Maria prædicitur matri pariedus Appar.p 3.§.3.n.3. Adhnc infans triduo perhebdomodam ieiunat. Ibid.p.5 §. 5.2.1. Iuuenis Aquiſſextijs ſtudet humanioribus litteris. Ibid.§.6 num.1. Item aulicis exercitijs equitandi, haſti ludii, &c. Ibid. Sed aliorum petulantiâ offenſus, & Vrbe Domum redit §. 7. num. 1. Inde in Eremum ſecedit num.2. Ibi à Demone notabili ſtratagemmate tentatur, n. 5. 6. & 7. Pariſios, & ſtudia repetit. Par.5 § 8.num. 2. Sed magis pietatis exercitia §. 9.num.1. Inuiratur ab Accademicis ad lauream Doctoris Ibid num. 2. Itemque ad docendum, quod vtrumque præſtat Ibid & num.3. Dum ordinatur, ſibi per Extaſim ereptus, diſcit cęlitus erigendum à ſe Ordinem Redemprorum. Ibid §.10, num.8. Parſios regreditur § 13.n. 2. Ibid. Cathedrali Canonicatu inſignitur, ibidem Romam repetit iuſſu Innocent. Pp. III accepturus illic nouum Domicilium ſuo Ordine 1198. nu.18. & 1199. num.2. fit legatus Apoſtolicus in Dalmatia an.1199.nu.9 Celebrat ibi Synodum, & Canones condit num. 10. Recuſat Epiſcopatum à Pontifice oblatum. num.12. Admittit Viros primarios in Ordinem ſuum 1199. 13. Aceedit Petrum II. & Alphonſum VIII. Aragoniæ, & Caſtellæ Regeſan. 1201. num. 2. A Priori illo recipit fundum pro ſtruendo ſuis Cęnobio Ibid. num. 4. Admittit in Ordinem plures vtriuſque ſexus perſonas naturâ, & fortunis inſignes. Ibid. nu.5. Admiſſus fuerit legatus Apoſtolicos ad Bulgaros? 1202.num.2. Erigit ſuis Domum in Occitania 1204. num. 2. Num adfuerit ipſe expeditioni in Terram S.num.4. traiicit Tunetũ, vnde liberos ducit centum quatuor Captiuos. Ibid num.6. Burgos accedit 1207.num.2. honorificè exceptus ab Epiſcopo, & Clero, atque ad Regem deductus Ibidem num.3 Pergit Toletum. n. 8. Procedit Valentiam ad liberandos Captiuos, ſed in primis Segouiam. Ibid nu.11. Inuiſit Monaſteria erecta ſuis Arelate, ac Maſſiliæ, & tum Romam redit 1209. num. 8. Iterum Tunetum, ac Romam ad Captiuos redimendos 1210. num. 3. Qua occaſione duo miracula patrat. Ibid num.3. Tranſmittit Tunetum Redemptores qui inde educunt 1. 86 Captiuorum n.199. 5. Ex Hiſpania Romam redit, ibique à Pontifice Innocentio accepit confirmationem poſſeſſionum omnium ſui Ordinis 1213. num.2. Conuocat PP, ad Comitit generalia, Ibid. nu. 3. Per Angelum admonetur mortis ſibi imminentis 1214. num 3 Proinde auget exercitia penitentiæ ſuæ. Ibid. num 4.

S. Ioannis à Matha Patria Ap. p.5. §.1. Pater ibidem Mater etiam, et vtriuſque nobilitas ibidem Annus, menſis, dies, & natalis Ibidem §. 2.num.1. Item num.4. et 5.

Inſignia familiæ Ibid. §. 3. num 2. Mater Marta eo grauida videt B. Virginem Mariam, et audit ſe alloquentem ſuper fętu edendo Appar. p. 5. §. 4. num. 1. Edendi Propherhia illuſtrior illa Samſonis. Ibidem num. 2. Cęleſte omen edendi in lucem. Ibidem § 4. n. 1. Cadauer dum exueretur habitu religioſo, apparuerunt Cilicia, et Catenæ ei obductæ 1214. num 5. Innocentius Pontifex præcipit in alto pegmate exponi populi concurrentis pietati, num. 6. Emittit ſuauiſſimum odorem, etiam liquorem ad infirmorum ſanitatem n. 8. Miracula aliqua interim patrata, num. 6. Opera conſcripta nu. 16. Epitaphium ab Innocentio Pontifice poſitum 1214. n. 7.

Ioannis à Matha Sanctus Petrus Apoſtolus apparens ſuadet proſecutionem ſtudiorum Appar. p. 4. §. 9. Primitias celebranti apparet Angelus niueâ Veſte cum duobus Captiuis. Ibid. num. 7. ſuſcipienti Ordinem Sacerdotii flamma verticem incendit, Ibidem nu. 4. Pater morte eripitur. Ibid. 12. n. 2. Innocentius Pontifex dar fundum Cęnobium extruendo Romę in Monte Cęlio, an. 1199 n. 3. Item ſubſidium pecuniarum ad redimendos Captiuos, et literas ad Regem Marrochium. 3 Rex Dalmatiæ, et Diocliæ offert pretioſa munera, ſed patitur repulſam an. 1199. num. 1. Pontifex Innoc. Epiſcopatum ſed eodem euentu, Ibidem num. 4.

Ioannes, et Fęlix Romam pergunt. an. 1183. num. 2. A Ponrif. Innoc. III. humaniter excipiuntur. Ibid. num. 3. Roma Pariſios proficiſcuntur num. 9 Ibi admittunt plures in ſuam ſocietatem, num. 10. Propriam regulam ſuo Ordini cōponunt, num. 11. Roma redeunt in Gallias iuſti à Pontifice Innoc. 1198. num 9. Iuxta veteris Eccleſiæ vſum dudum iam erant in apotheoſim relati 1214 num. 14 Miracula num. 15.

Ioannes Belogud Miniſter Generalis Trinitar 1294. num. 9

Ioannes Angelus, & Ioannes Maior 1292. n. 4. & 5.

Ioannes Brennns ex Rege, & Imperatore Monacus Franciſcanus, obit 1234. num. 1.

Ioannes de Burgis Ordinis Trinitarij Martir 1278. n. 4.

Ioannes Nauarro, atque eius acceptatio donationis factæ Conuentui ſcaballitano. 1282. n. 4.

Ioannes à Sacro Boſco Mathematicus inſignis Ordinis Trinitar. obit. 1234. num. 4.

Leonora matrona, & mater S. Fœlicis pia, diſponit ſe ad partum eius Ap. 4. 6. 1.

Lotharius rex ab offeſſa Hotimberga inglorius abſcedit App. 4. §. 3. num. 1.

Ludouicus deflexa Ordinis Trinitarij memoratur. 1256. n 5.

S. Ludouicus Rex in expeditione Sacti Belli à Barbaris victus. Appar. p. 4. §. 15. num 2. A Conrado Imperatore perperam deſcrtus ibidem. An. introduxit Patres Trinitarios Lutætiam Pariſiorum? 1209. num. 4. Multis miſeriis inuolutus in Oriente 1250. num. 5. Iuuatur à PP. Trinitariis, ibid.

S. Ludouici Galliarum Regis pietas, 1249. num. 3. Beneficia in Ordinem Sanctiſſimæ Trinitatis. 1270. num. 8.

S. Ludouicus Caroli Siciliæ Regis F & hęres, fit frater Minor. 1297. num. 1.

Madius Senator Romæ diſpoticè dominatur. 1258. n. 1.

Pontificem inde fugere compellit, Ibidem.

Magnates aliqui Ordinem Sanctiſſimæ Trinitatis ingreſſi. 1299. n. 3.

Manfredus Fred. II. F. Italiam tumultibus inuoluit. 1257. numer. 2.

Item

Item Orientem. 1258 n. 2.
Marcuardus tyrannus ſectione ob calculi dolores admiſſa, expirat. 1202. n. 1.
Maria Deipara iram Chriſti placat obiectis SS. Dominico, & Franciſco Ap. p. 3. §. 2.
Martin. Pp. IV. ob eadem Siculorum, Regem, & Imperatorem, anathemate ferit, 1283. num. 1.
Martin. Pp IV. mors miraculis illuſtris. 1285. num. 1.
Affectus in Patrem noſtrum S. Franciſcum Aſſiſiatem. Ibid. n. 2.

Martyres Trinitarij.

Mathildis Batauæ mira fecunditas. 365. prolium ann. 1256: n. 3.
Matronæ cuiuſdam Pariſienſis pietas, & munificentia in Ordinem SS. Trinitatis, ann. 1199. 2. n. 2.
Mauſolæum plane Regificum erectum Dominæ Conſtantiæ Infanti Aragonum, Ordinis Trinitarii Abbatiſſę. 1252. n. vlt.
Meditatio S. Fęlicis (adhuc Hugonis) de mundanæ Fęlicitatis vanitate App. 4 §. 16.
Michael Palęologus pręfefert deſiderium vniendi Græcos ſuos Latinis 1263. n. 2.
Michael Rebolo Ordinis Trinitarii vir inſignis, 1271 num. 3.
Michael Lacte Hiſpanus præficitur Ordini Trinitario Generalis, idque ob eius merita 1228. num. 5.
Edit opera aliqua, Ibid. num. 6.
Magno zelo fertur in captiuos redimendos.

Miracula patrata
Quæ hic interim recenſentur

1 Demonis expulſi. Appar. par. 4.
2 Impetratæ cęlitus pluriæ. ibidem §. 7.
3 Angeli in ſpecie pauperis. §. 11.
4 Veſtis erogatæ pauperi, & deinde domi repertæ, §. 12.
5 Pauperis e cęlo redeuntis, & iam beati, Ibidem
6 Moribundi ſubitò Sanati, §. 13.
7 Saxorum, & arborum virgulæ cedentium, §. 18.
8 Scopuli cedentis ſedenti, §. 18.
9 Demonis proditi. Par. 5. §. 7.
10 Ignis lambentis tempora Neomiſtæ, §. 10.
11 Angeli eidem atque etiam populo apparentis dum primitias ſuas celebrat. ibid. §. 11. Item an. 1198. num. 4.
12 Angeli etiam agentis dum vixit ibid. §. 13.
13 Plura in honorem habitus Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis. Par. 6. §. 5.
14 Campanę ſeipſa Sonantis. An. 1199. num. 13.
15 Monialium cęlitùs paſtarum, an. 1201. n. 6.
16 Pecuniæ miraculosè inuentæ ad redimendos Captiuos. an. 1202. num. 3.

Miracula patrata quæ hic interim recenſentur.

17 Cauea cuiuſdam propè Vrbem Burgenſem. 1207.
18 Imaginis Chriſti crucifixi. Ibid.
19 Energumeni à demone liberati, an. 1209.
20 Beatæ Virginis apparentis cum ſubſidio pecuniario ad captiuos redimendos, 1210.
21 Nauigij ſine velo & remige quo vaſtum iter celerrimè confectum eſt, ibid.
22 Victoria de 560000. à 70000. reportatæ, cæſis duntaxat vigenti militibus horum, 1212.
23 Infantis à mortuis reuocati, ibid.
24 Brachii reſtituti) 1214.
25 Item viſus)
26 Nauis in littore fixæ, 1218.
27 Corporalium linteaminum Sanctiſſimæ Euchariſtiæ, 1239.
28 Adhuc alia eorundem toties re-

deuntium ad primam ſedem.ibid.
29 Crucis in aerem apparentis, An. 1212.
30 Campanarum ſeipſis ſonantiũ, ibidem.
31 Cadaueris e ſepultura emergentis, 1248.
32 Hominis in ſomno tranſuecti ex Syria in Belgium, 1253.
33 Stupenda obedientię Viri iam dudum emortui ac ſepulti, 1255.
34 Contritionis incredibilis cuiuſdam peccatoris, 1256.
35 Verborum ſine characteribus lectorum, 1280.
Miramolinus Maurus, Africæ Rex inuadit Hiſpaniam tremendo apparatu militum, 1212.
Monaſteria multa PP. Trinitarijs erecta. 1257. num. 3. Arelatenſe redit ad perpetuitatem regiminis 1248. 7.
Monialibus Ordinis Trinitarij erigitur Monaſterium in Canao, 1248. num. 5. Abbatiſſam agit D. Maria Infans Hiſpaniarum, Ibidem num. 6.
Monſtrum in Samnio natum, 1256. num. 2 Quid portenderit. Ibid.
Munii aliàs Nunii comitis Roſſolionenſis munificentia in PP. Trinitarios, 1230. n. 8.
Nicolaus Gallus eligitur Miniſter Generalis Ordinis Trinitarii, 1234 Obit ann. 1269. num. 4. vbi portentoſa hiſtoria de illo.
Nicolaus Pp III. eligitur, 1278 n. 1.
Nicolai Pp. IV. magnalia operum præſertim erga nationes Orientales, 1289. nu. 1. Mors & meritæ laudes, 1292. n. 2.
Nobilitas nũm æſtimanda? App. p. 4. §. 7. num. 1.
Nominum permutatio Sanctis Sueta, App. p 4. n. 2.
Obitus Cęleſtini Pp ſolis deliquio præuentus, 1242. n. 1.
Occaſio inſtituendæ ſolemnitatis Corporis Chriſti, 1264. n 3.
Ordo Sanctiſſimæ Trinitatis Scotiæ inductus 1211. Hiberniæ inductus extracto eis cęnobio Attharræ, 1230. num. 4. Magno exemplo probitatis Religioſorum, ibid Seruorum B. Marię incipit in Hethruria, 1232. n. 1.
Ordinis Trinitarii cęnobium inſigne deſtructum, 1250. num. 3.
Quinquaginta Religioſi martyrio laureati, ibid.
Osbertus de Burgo Ordinis Trinitarii Hibernus floret. ann. 1275. num. 3.
Otho in Germania repulſam paſſus eſt, Fredericus exceptus, 1211. num. 1.
Othonis Imperatoris iter magnificum Romam pro accipiendo diademate Imperij, 1209. num. 1. Ingratitudo, & perfidia, 1210. numer. 2.
Petrus de Bruis hæreticus quando errores ſuos ſparſit? & quos. App. 4. 3. 4.
Petrus de Charitate Ordinis Trinitarii miraculis coruſcat, 1278. num 5.
Petrus Cuſiacus in regimine Ordinis Trinitarii ſuffocitur Alardo, & quam merito, 1272. n. 3.
Petrus Leonis Antipapę dictus Anacletus App 4. 8. 1. Abutitur ſacris peculio ſuo additis, Ibidem 9. 1.
Petrus de Monte Cateno inſignem donationem fecit conuentus Trinitario Auenganæ. Ann. 1251. num. 4.
Petrus de Montiduno Ordinis Trinitarii floret. Ann. 1223. numer. 4.
Petrus Epiſcopus Zunſamonenſis Ordinis Trinitarii. Ann. 1270. num 4.
Petrus de Motrhone. Vide Cæleſtinus V.
Petrus Numbar Ordinis Trinitarii floret magna virtutum fama. An. 1327. n. 4.
Petrus de Pedibus, & Maria Suarẽ co-

coniuges illuſtres inſigni exemplo conuertuntur ad pęnitentiam in Ordine Trinitario. An .1243. num 4.

Petrus Rex Aragonum moritur. An. 1215. n. 4.

Philippus Sucuus, & Otho Saxo de Romano Imperio certant. An. 1200. n. 1.

Philippus Sucrus electus Germaniæ Imperator, proditoriè occiditur, 1208. n. 1.

Philippus Franciæ Rex eligit S. Ioannem à Mattha in Theologum ſuum pro Concilio Lateranenſi. 1214. n. 2.

Picardia notatur non habere nomen latinum. App: 4 5 1 vbi & quomodo ſita ? ibid.

Portentum Londini in Anglia viſum Epiſcopo ſolemniter celebrante: 1230 n. 3

Probitas primorum PP. Ordinis Trinitarij qui Santarenæ degerunt: 1218 n. 7

Pueri quidam magno numero & præfidentia contendunt in Syria cruce ſignati, ad recuperandam Terram Sanctam: 1213 n. 1

Quadraginta Martyres Ordinis Trinitarii, Hyberni: 1282 125 Item alij tredecim etiã Hyberni 1282 n. 6

Quærelæ Authoris de parcitate Scriptorum Ordinis Trinitarij 1281 n. 5

Raymundus Toloſanus Albigenſiũ hæreticorum fautor ſubita morte extinctus. 1222 n. 2

Raymundi Comitis Toloſani pænitentia & palinodia notabilis 1209 n. 2

Raynulphus S. Felicis patet parua manu militum debellat Rogerium Comitem Siciliæ. Appar. 4 8 3

Redemptiones Captiuorum Chriſtianorum hac prima Centuria à PP. Trinitarijs factæ.

MCXCIX	186
MCCII	107
MCCIII	208
MCCIV	104
MCCVI	340
MCCVII	109
MCCVIII	904
MCCIX	209
MCCX	140
MCCXI	140 120
MCCXII	309
MCCXIV	108
MCCXVI	309
MCCVII	140 57
MCCXVIII	108
MCCXIX	309
MCCXX	108
MCCXXI	115 77
MCCXXII	42 304
MCCIII	304 85
MCCXXV	49
MCCXXXIII	304 80
MCCXXXV	120
MCCXL	482
MCXLV	300
MCCL	400
MCCLI	incerti numeri
MCCLVIII	339
MCCLX	500
MGCLXIX	311
MCCLXXXIII	300
MCCXCII	1500

Reli-

Religio Sanctiſſimæ Trinitatis commendata à multiplici perfectione Appar. p. 3 item:
Religionis Sanctiſſimæ Trinitatis regula: anni 1148 n. 18 Ab Innoc. III. confirmata. ibid. 19 Prima commitia. ibid.
Religiones tres quaſi ſimul cæptæ, Sanctiſſimæ Trinitatis, SS. Dominici & Franciſci: App. p. 3 § 2
Regimen æternum introductum in conuentum Trinitar: Arelatenſem. 1238 n. 5
Robertus Bilingamus memoratur. 1284 n. 5
Robertus Lyncæus. ibid. n. 7
Robertus Pouerillius Ordinis Trinitarii Hibernus floret. 1272 n. 5
Roberto Imperatori Conſtantinopolitano viuis erepto ſubſtituitur Balduinus II. anno 1229 n. 2
Rogerius Comes Siciliæ inuadit Ducatum Apuliæ App. p. 4 12 n.
Rogerius Leproſus ſuccedit Gulielimo Scoto in regimine Ordinis Trinitarii. 1223.
Ricardus VViltonus Ordinis Trinitarii profeſſor inſignis celebratur 1239 n. 4
Rudolphus Anglus Ordin. Trinitarii. 1276 n. 3
Rudolphus Rex Romanorum moritur. ann. 1292 n. 1
Rudolphus Comes Habſpurgenſis eligitur in Regem Romanorum. 1273 n. 2 Confirmatur etiam. 1274 n. 3
Rudolphus & Thomas VVricht Ordinis Trinitarii florent. 1243 n. 3
Sancius Infans Aragonenſis, Archiepiſcopus Toletanus oſtenditur fuiſſe Ordinis Trinitarii. 1275 n. 5 Diſponuntur exceptiones cuiuſdam P. Mercenarii contra argumenta iam allata. ibid n. 6 Sed repelluntur. n. 7 Itemque 12 & 13 Defenduntur publica inſtrumenta Principum n. 7 Recenſus chronologici PP. Mercenariorum de educatione & monachatu, Principis Sancii n. 8 Conuincuntur plurium errorum. n. 9 Aliæ antilogiæ P. Mercenarii. ib.
Sancii Infantis Hiſpaniarum liberalitas in ſuos PP. Trinitarios. 1212 n. 6 Inſtrumentum donationis, & adhuc aliud eiuſdem iiſdem. ibid.
Saracenus quidam paſtor, miraculosè, propagat fidem Chriſti 1201 n. 1
Sederholam, ſiue ſeries Mundi liber ſummæ authoritatis apud Hebræos quando ſcriptus? Appar. 4. 3. 3.
Sedes Apoſtolica vacat aliquamdiù 1288 n. 1 Inſidetur à Hieronymo Aſculano Ordinis S. P. N. Franciſci. ibid n. 2
Sedis vacantis poſt Cæleſtinum IV. cauſæ 1241 n. 2
Sentetia pro cultu SS. Ioannis & Felicis ab immemorabili lata à Cardinali Pontificis Vicario 1214 n. 10
Stanislaus Polonus canonizatus ab Innoc. IV. in Eccleſia S. P. N. Franciſci Aſſiſij. 1253 n. 1
Stephanus Colaſſo vir inſigniter liberalis in Ordinem Trinitarium. 1274 n. 5
Stephani Menelai Ordinis Trinitarii præclarè geſta. 1245 n. 4
Tartari Poloniam vaſtant. 1286 n. 2 Tartarorum in Polonos & Hungaros nefanda ſæuitia 1241 n. 2
Theobaldi, qui B. Felici fuit auunculus, virtutes. App. p. 4 § 12 n. 2 In egenum quemdam liberalitas miraculo honorata. ibidem n. 3 Ipſe volit adſcribi ordini Præmonſtratenſium; ſed S. Fundator Norbertus noluit, diuinitus edoctus. ibid. Dictus cognomento bonus. ibid.
Thomas Riſbottus Anglus Ordinis Trinitarii refertur. 1278 n. 3 Thomas

mas Benſehamus. 1241 6
Titulus Ordinii, eiuſque dignitas. Appar. p. 3 § 6 Item Prælatorum eius miraculosè acceptus & aſſignatus ibid. n. 5 Cur Ordini inditus? n. 2 & 3
Vermandunum quid? & vbi? Appar. 4. 4. 2.
Veſperæ *Siculæ* expenduntur chronologicè. 1282 n. 2
Vindicta cælitus accepta de oppreſſore pauperum. 1235 n. 2
Vltio diuina in contemptores Sanctiſſimi Sacramenti. 1230 n. 2
Vrbani Pp. IV. aſſumptio ad Pontificatum. 1261 n. 2 Fortuna, & naturæ conditiones. ibid. Affectus in Ordinem Trinitarium. ibidem n. 4 Obitus phænomino cæleſti præſignatus. 1264 n. 1 Diſpenſatio in rigore Regulæ PP. Trinitariorum. ibidem num. 4 Item alia ibid. num. 5
VValdenſes, alias Pauperes à Lugduno quando cæperunt? Appar p. S 2 n. 3

ERRATA CORRIGE.

Quæ qui ſcire volet, Lybici volet æquoris idem
Diſcere quam multæ zephiro turbentur arenæ
Noſce quot Ionii veniant ad littora fluctus. &c.

Tam denſæ & paginatim ne dicam lineatim occurrunt. Facilitando autem lectori, ſæpius ipſas etiam lineas numerabimus. Vbi hoc non ſit dirigetur ille per P, M, F; quæ ſignificant principium, medium, & finem.

Igitur in Apparatu.

Pagina v	*Linea* 14	machis *corrige, & lege*	mæchis
ibidem	15	te enim	deleatur
vij	18	experitus	emeritus
xxiij	penult.	modeſtias	moleſtias
xxiv	14	iuramentum	iuramentum
	26	epiſcum	Epiſcopum
xxv	9	ſiue.	ſine
xxvj	7	vitalis	natalis
	24	noſat	notatu
	31	Nouiodnagi	Nouioduni
xxvij	4	tutelar:	tutelares
xxix	6	Burlonicus	Burbonicus
	24	adtruo	adſtruo
xxx	30	ſubſidıum	ſubſidium
xxxij	26	adnue	adhue
xxvij	31	filias	filius
xxxviij	24	egtege	egregiè
	31	Vituıcenſem	Bituricenſem
xliij	14	de monte Brodeliæ, *conſule Apparatum ad Annum* 1207. *num.* 2.	
xlviij	14	de Ambian & Meddens: eundem conſule.	
lj	3	quædum	quædam
liij	15	Euphremio	Euphemio
	1	oro	ero
lvj	14	profectus	profectu
lvij	18	Poma	Balma vel Bauma
lviij	18	ineſtiuo	inteſtino
lx	18	demuleıs	demulcens
	24	inſtiti aggregarentur	inſtitutæ aggregarẽtur
lxiv	13	eura	cura
lxv	9	Pomam	Balmam
lxvij	36	nceſſit	inceſſit
lxviij	39	inſpecto	inſpecto
	7	vi	vt
	19	1199	1197
lxxj	27	20	30
lxxij	30	centuras	Contreras

In Corpore Tomi.

Pagina 3 *Linea* Et factum eſt Cal:
8. interum interim
4 16 Calliæ Gallia
10 4 actiorem arctiorem
18 43 & tunc murationes. murmurationes
19 21 & illi locus & illi & locus.
22 8 dipoma diploma
23 35 Cæpuleo cæruleo
26 4 conceſſit eius conceſſit eis
29 25 ebariſnat chariſmata
33 26 dumilitatis humilitatis
34 40 filium filum
35 40 Galgteri Gualteri.
39 12 procupiſſe prorupiſſe
48 25 1221 1201
50 33 Generabilem. venerabilem
53 10 vero veſtro
54 35 iſuis ſuis
56 21 iudico inditio
59 38 baclinos bacinos
65 16 liberauit liberarunt
64 48 Brodelia de hoc loco conſule
Regeſtum infra pag. in nota ad An. 1207
69 28 verre verè
38 Vandolme Vandoſme
41 Radus Iadis
75 42 molitier molitoris
76 24 fvin ſoin
78 39 Toletani Toloſani
80 26 exurget exurgat
83 39 ignoteſceret ignoſceret
85 42 Barcinonæ. (dubie) Burgis
ibid. 25 bitura. babitura
87 penult. Eborenſi Elenenſi
88 17 Iſmolitas Iſmolaitas
89 35 fruiturum fruituram
103 Ordinis huius. adde FF. Diſcal.
111 12 eadem dica eadem die
116 16 peccato res peccato rei
36 1216. 1218.
117 43 E 1180; que he anno di Chriiſto 1218. Hoc loco videtur corruptum, & legendum, Æra 1180. que ea il anno di Chriſto 1138.
119 22 Damatiam Damiatam
135 16 littera Littora
144 18 Veteatus Card. Creatus Cardin.
147 2 Fantarenenſi Santarenenſi
47 Faracenus Saracenas
148 24 3388 1388
150 18 clamantiam clementiam
151 4 col. 1. Preu. alia. aliæ.
159 24 viti viri
161 7 omes omnes
163 14 illuſtri Regis illuſtris Regis
165 Breu. 7 col. 1. Maguatam Magnatum
169 1 viditudnitatem viduitatem
eadem 17 ad proxen.
eadem 30 a ereatus. creatus
170 7 fæliter fæliciter
Breu. eadem 4 col. 1. plur. plures
eadem 11 irauit iurauit
171 2 trimeribus triremibus
Breu. 175 8. col. 2 alios diplomate. alio dipl.

lege & factum eſt 8 Calend.
eadem 1 Frericus Fredericus
176 16 Conuentum Conuentuum
178 27 ſubdia ſubſidia
eadem 34 annatim annuatim
179 29 vregerent vrgerent
180 1 Præſcus Præſens
181 17 ELIGION RELIGION
189 10 ſpiraute ſpirantem
190 16 Romaor Romanor.
193 2 Mauſælæo Mauſolæum
197 14 adduxit addixit
198 19 adquæ
198 1 an. 1254 1255.
200 1 BEG. REG.
eadem 1 innabilem.
4 annonum. annorum.
10 iæculis iaculis.
12 imprecara eſt imprecata eſt
201 9 prænituit. pænituit
202 3 doloret
18 annn anno
29 proprierquæ propter quæ
203 25 capi, pitali. capitali.
41 ambamos manibus. ambabus manibus
205 16 aſportauerin aſportauerint
21 ſicut ſicut
28 decicimo die decimo die
206 2 col. 1 Breu. rurſum prorſum
206 23 ſupra maræ ſupra mare
ead. ead. in Bomitatæ in Comitatu
207 3 quod gom quod qum
208 12 Fortaine Bleau. Fontaine Bleu.
209 43 quagraginta quadraginta
214 14 alijs viubus alijs vſibus
215 2 col. 2 Breu. in Ordine in Ordinem
eadem 26 ſutrore
216 5 inſigne domilium. inſigne domicilium
20 nobiliſſimia ,hoſpitalis. nobiliſſimi hoſpitalis
41 inrectione iniectione
217 5 immnbilia immobilibus
219 1 alijs tres alij tres
10 pedores ſ.rores
222 6 d-communi de communi
ead. 4 col. 1 Bren. Franſcani. Franciſcani
226 3 col. 2 Breu. Meteuts Metenſi
228 34 ob has cauſa ob has cauſas
229 7 Apocritarios Apocriſarios;
231 4 rimedio remedio
46 fructibu arborum. fructibus arborum
232 8 adqniſitos adquiſitis
25 expoſeſt expoſcit
26 iaccnes iacentes
41 Quinquaſima Quinquageſima
235 24 cum ombus cum omnibus
242 vlt. filium filum
244 6 ad hac ad banc
29 vitam hac vitam banc
245 8 col. 1 Breu. narratur narrantur
247 14 virtutudum virtutum
15 adoeſcens adoleſcens
29 vt hic auſis

248 10 ſicini ſlumini vicini ſluminis
252 6 ſolemnas ſolemnes
254 6 proterinâ proteruiâ
255 1 inuicti Reqis inuicti Regis
256 41 vide ſis
258 36 memborum membrorum
259 38 Iacobis Iacobi
260 30 exhitus exhibitus
251 1 tameo tamen
eadem eadem deceant doceant
27 iuter inter
262 41 coneitiones
266 20 ſequltus ſepultus
26 peſolutis perſolutis
267 religiuis religionis
9 ab ab ab
14 erumpebar erumpebat
269 2 cum cum
4 am Iam
270 Breu. 5 col. 2 Conuento. Conſentio
272 2 coniecerent coniecerunt
5 feſtinatio feſtinato
32 Oxonieſes Oxonienſes
274 die 5 col. 1 Monarium. Monaſterium

274 24 redemprorum redemptor
276 16 es eſt
20 conſtructus conſtructum
278 9 diſum diuiſum
7 hod hoc
279 4 aunos annos
eadem eadem ſemptem ſeptem
15 fleruit floruit
280 16 miracalum miraculum
10 trigintaota trigiota
289 in Breu. Equiuis è viuis
11 peperunt pepererunt
29 nun non
290 4 demus domus
291 27 Illuſtriſtribus illuſtribus
29 Louarij Louanii
293 9 adſcribrendus adſcribendus
294 Breu. 2 col. ordini Ordinis
294 2 CELEST. V. 4. an. 1
294 6 ſponſe ſponte
295 18 facundæ facundiæ
19 Aduert. Aduent.
vlt. condionem conditionem